Iſti duo & cætera. In iſta parte tractat de polis in comparatione ad nos: & diuiditur iſta pars in tribus nam in prima cõparat & in ſecunda hoc cõfirmat auctoritate Virgilii. ſecunda ibi. Vnde Virgilius. Dicit de prima parte ꝙ iſti poli ſunt poli mundi qui terminãt axem. i. lineam imaginatam ſphæræ & ad illos uoluitur mũdus & unus ſemper apparet nobis & alius ſemper occultatur. Vnde Virgilius. Hic uertex ideſt polus artificialis ſemper ſublimis nobis ad illum ideſt polum antarcticum ſub pedibus ſtix atra ideſt in inferno tenet maneſq; profundi ideſt animæ infernales: & hoc eſt ꝙ dicit.

De zodiaco circulo.

ST alius circulus ĩ ſphæra qui ĩterſecat æquinoctialẽ & ĩterſecat᷑ ab eodẽ ĩ duas ꝑtes æq̃les: & una ei⁹ medietas declinat uerſus ſeptẽtrionẽ

ST autem & alius circulus & cætera. Poſtq̃ autor in ſuperiori parte tractauit de circulo æquinoctiali in iſta parte tractat de zodiaco: & diuiditur iſta pars in tribus: nam ĩ prima tractat de eo quantum ad ſubſtãtiã & in ſecunda quantũ ad nomen. & in tertia oſtendit nomina & numerum ſignorum quæ in ipſo reperiuntur. ſecunda pars incipit ibi. Et dicitur circulus &c. Tertia incipit ibi. Nomina autem ſignorum &c. Dicit de iſta parte ꝙ circulus zodiacus eſt alius ſubau. diuerſus qui interſecat æquinoctialem & interſecatus eſt ab æquinoctiali in duas æquales partes & una medietas eius declinat uerſus ſeptẽtrionem & alia uerſus meridiem ſiue auſtrum. Circa iſtam partem debetis ſcire ꝙ zodiacus poſitus fuit obliquæ in cœlo ut recte ſtaret ſupra partem terræ quæ habitatur & hoc eſt de ſeptentrione in auſtrum. Nam iſte circulus eſt uita omnium qui in mundo ſunt ut dicit Yparcus de uigore naturæ zoe ideſt circulus animalis uel zodiacus uita eſt & cor animalium & omnium quæ in mundo. Iuxta ꝙ debetis intelligere ꝙ circulus iſte dicitur eſſe uita non formaliter ſed ſubiectiue: nam ſigna quæ in ipſo ſunt non formaliter agunt ſed per planetas ſeptem: quia ſicut ſe habet forma ad materiam ſic ſe habẽt radii planetarum ad ſigna: unde uita eſt omnium mundanorum informatus ex radiis planetarum. Præterea dicebat Yparcus ꝙ eſt uita & cor animalium: quia ſicut cor informatũ uirtute uitali ſe hẽt ad mẽbra nr̃i corporis eo qđ ipm eſt cã & principium motus & cõparationũ q̃ ĩ nobis: ſic & iſte circulus zodiacus iformat⁹ radiis & ſtellaꝝ erraticaꝝ dr̃ uita oĩum q̃ ĩ mũdo: & hoc ẽ ꝙ dicebat almãſor ĩ ſuis amphoriſmis: ſigna ſignificãt corpa: plãeta uero ea q̃ mouent corpa qa ſicut plãetæ ſignificãt naturas q̃ formæ ſũt ĩ nobis ſic ſignificãt corpa q̃ materiæ ſũt ĩ nobis.

Et dicitur circulus &c. In ista parte tractat de zodiaco quantum ad eius denominationem. Et diuiditur ista pars in partes quinq: secundum q̄ quinq; modis denominari potest. Secunda ibi. Vel dicitur &c. Tertia ibi. Vel propter dispositionem. Quarta ibi. Iste idem &c. Quinta ibi. Vel obliqu⁹ circulus. Dicit de prima parte q̄ circulus iste zodiacus dicitur a ζion q̄ est uita: quia secundum motū planetarum sub ipso subaudi: inquantū planetæ informāt est uita oīs in rebus inferioribus. Circa istā partē solet esse una dubitatio cōis: utrū. s. circulus zodiacus cū aliis sit cā uitæ in istis inferiorib⁹: & uidetur q̄ nō unica rōne. Ná generās hét spēm generati si corpora cœlestia eēnt cá uitæ istoꝝ inferiorū: sequeret necessario ipsa ptici pare uitá eādē scdm spēm. Sed h̄ est impossibile: qa uita cœlestium informaret rebus nō naturalibus ut somno & uigilia: quiete & motu: quare nō sunt uita istoꝝ inferioꝝ. In oppositū est Hermes primo de spe. & de luce qui ad litteram sic dicit. Agens uniuersale & significatrix præter primá natură oīum uiuentiū sunt uita. & p̄bus. ii. phyſicoꝝ dicit q̄ homo generat hoīem ex materia: & sol. s. totum corpus cœleste cōpositū ex oībus sphæris: & multi alii quos dimitto Dico ad qōnē q̄ cā est duplex uniuersalis & particularis. Dico q̄ si loquamur de cā particulari ipsa ē cá efficiens īmediata & ꝓxima ipsius uitæ: & sic generās oportet hīe spēm generati. Si uero loqmur de cā cœlesti siue uniuersali: ut est efficiēs uitá istud nō oportet. Ná cœlestia & p̄cipue sol & luna sūt cá cōseruatōis istoꝝ inferioꝝ: ut alias dixi uobis: quia sol est radix luminis & cœlestia corpora agunt per lumen & lunā subiectiue in se includat uirtutes oīum planetaꝝ: ut superius dixi quare &c. Debetis uos aliud noscere q̄ secundū materiá & uerā fidē iste circulus formatus in zodiaco ex radiis planetarum licet sit causa uitæ: tamen nō est causa uoluntatis nostræ nec intellectus nisi dispositiue: & sic teneo & credo uere: quanuis alii astrologi contrarium teneant dicentes: q̄ omnia generata & corrupta & renouata in mundo inferiori generabili & corruptibili habent causas efficientes in mundo superiori: & in generabili & in corruptibili: & probant sic. Omne quod est primus in potentia deinde exit in actum per aliquod actuale exit de potentia in actum. Sed omnia generata corrupta & renouata in mundo inferiori & actus electionis liberi arbitrii prius fuerint in potentia q̄ in actu per aliquod actuale q̄ semper est unico modo se habens: sed in operatione ad effectum aliter & aliter se habēs necesse est in effectum deduci. Corpora uero cœlestia sunt semp in seipsis uno modo se habentia & renouantia ista inferiora scdm situm uel scdm cōparationē situalē: nec in uniuersalitate mundi sensibilis: aliud a corporibus cœlestibus repitur sic se habens medium. est q̄ omnia generata corrupta & renouata: & actus uoluntarii per uirtutem cœlestium corporum generantur corrumpuntur & renouantur. Istam rationem ego destruam in cengloſis centiloquii primo uerbo ubi locum habebit. Vel dicitur &c. Iste circulus dicitur alio modo a zodias q̄ est animal: quia cum diuiditur in duodecim partes quælibet pars signum appellatur & habet nomen speciale alicuius animalis propter aliquam proprietatem conuenientem tam ipsi q̄ animali. Circa istam partem debetis scire q̄ autor dicit q̄ quælibet pars signum appellatur: & habet nomen speciale alicuius animalis propter aliquam proprietatē conuenientem tam ipsi q̄ animali. Vnde aliqui dicunt q̄ aries dicitur ex quadam similitudine: quia sicut aries in æstate iacet in dextro latere: & in hyeme in sinistro: sic sol cum est in ariete dicitur esse in sinistro cœli. Et taurus dicitur quia cum sol est in tauro eleuat cornua radiorum suorum & reddit terram arabilem. Gemini dicitur eo q̄ sol stat in illo signo duobus diebus plusq̄ in alio signo. Cancer dicitur: quia sicut cancer retrocedit: sic sol cum est in cancro retrocedit ab ascensu suo. Leo dicitur: quia sicut leo ex parte anteriori est calidæ complexionis: & pars posterior est frigida: sic sol cum erit de mē se augusti in principio facit calorem & in fine frigus. Virgo dicitur: quia sicut uirgo non parit: sic mēsis septembris q̄ sol est in uirgine nihil oritur. Libra dicitur quia cum sol est in illo signo ponderat & æquat diem cum nocte: & sic de aliis dando proprietatem suam. Sed cum istud qd' isti dicunt nō causet errorem in scientia: iccirco non improbo. Sed ueritas est ista secundum q̄ ponit Moyses Arabi. Omnis species in mundo habet stellam respicientem & conseruantem ipsam in esse suo: subaudi per uirtutem diuinam: ideo stellæ quæ sunt in ariete gubernant & respiciunt arietem in hoc mundo: & sic de aliis. Nam signa rationabilia siue humana: quæ sunt gemini: uirgo: & medietas sagittarii respiciunt rationalitatem humanitatis. Et illi qui habent ista signa per ascendentem: rationabiles sunt ut plurimum: & libenter conuersantur cum hominibus. Illi uero qui habent ista signa siluestria abhorrent cum hominibus conuersari: & uadunt libenter soli ut feræ: nec uolunt associari. Et hoc est quod dicit autor propter proprietatem conuenientem tam ipsi q̄ animali.

alia uersus austrum: & dicitur iste circulus zodiacus a zoe quod est uita: quia secūdum motum planetarum sub illo est omnis uita in rebus inferiorib⁹. Vel dicitur a zodion quod est animal: quia cum diuidatur in duo decim partes æquales quælibet pars appellatur signū: & nomen hēt speciale a nomine alicui⁹ animalis: ꝓpter proprietatem aliquam conuenientem tam ipsi q̄ aīali.

Vel propter diſpoſitionem &c. Hic oſtendit alium modum denominationis: & dicit q̄ pars iſtius zodiaci poteſt nominari ſecundum diſpoſitionem ſtellarum fixarum: uel in illis partibus repertarum quæ ſunt ad modum animalium. Iuxta q̄ debetis intelligere q̄ omnis ſtella præter planetas aut eſt in ſigno aut de ſigno. Vnde ſunt aliquæ ſtellæ de quibus multotiens dixi uobis quæ in diuerſis partibus & ſignis ſunt ſituatæ quæ cauſant & figurāt formas animalium & humanorū. Nam in ariete. ſ. in pria facie aſcendit quidam iuuenis: & ſic diuerſæ figuræ ſunt in cœlo ſub quibus multæ fiunt imagines ad omnia quæ uolumus operari. Iccirco dicebat Ptholomæus in cētiloquio. Vultus huius ſæculi ſubiecti ſunt uultus corporum ſuperiorum: ideo ſapientes qui imagines faciebant ſtellarum introitū i cœleſtes uultus inſpiciebāt. & tūc operabātur q̄ debebāt de imaginibus ſcdm oīum ſniam in centiloquio dicā uobis. Iſte aūt circulus hic oñdit duplicē modum denominatōis circuli zodiaci. & dicit q̄ iſte circulus uocatur latine ſignifer uel obliquus: quia obliq̄ ad axem fert ſignum. Sicut dicit Ariſt. in. ii. de generatōe & corruptione ubi dicitur q̄ ſecundū acceſſum uel receſſū planetarū p circulum obliquū fiunt generatiōes & corruptōes in rebus īferioribꝰ.


Vel propter diſpoſitionem ſtellarum fixarū in illis partibus ad modum huiuſmodi animaliū. Iſte uero circulus latine dicit̄ ſignifer: quia fert ſigna: uel quia diuiditur in ea. Ab Ariſtotele uero in libro de generatōe & corruptōe dicit̄ circulus obliquus ubi dicit q̄ ſcdm acceſſum & receſſū ſolis in circulo obliquo fiūt generatiōes & corruptōes in rebus inferioribꝰ. Noīa aūt ſignorū. ordinatio & numerus in his patēt uerſibus. Sūt aries taurus gemini cancer leo uirgo Libraq̄ ſcorpius arcitenēs caper amphora piſces. Quodlibet aūt ſignū diuidit̄ in xxx. gradus. Vnde patet q̄ in toto zodiaco ſunt. cccl x. gradus. Secundum autem aſtronomos iterum quilibet gradus diuiditur in. lx. minuta: quodlibet minutum ī lx. ſecunda: quodlibet ſecundum in. lx. tertia. & ſic deinceps uſq̄ ad decem. Et ſicut diuiditur zodiacꝰ ab aſtronomo: ita & quilibet circulus in ſphæra: ſiue maior ſiue minor in partes conſimiles. Cum omnis etiam circulus in ſphæra p̄ter zodiacū intelligatur ſicut linea uel circū ferētia: ſolꝰ zodiacꝰ ītelligit̄ ut ſupficies hns ī latitudīe ſua. xii. gradus. de cuiuſmodi gradibus iā locuti ſumꝰ.

Noīa uero ſignorū. In iſta parte oſtendit noīa numerū ſignorū: & dicit q̄ in his uerſibus continetur numerus & ordinatio ſignorū eſt Aries. Taurus. Gemini. Cācer. Leo. Virgo. Libra. Scorpius. Arcitenens. i. Sagittarius. Caper. i. Capricornus. Amphora. i. Aquarius. Piſcis. Iuxta q̄ debetis intelligere ut poſſitis ſoluere q̄ ſolet q̄ri multotiēs: quare iſta ſigna nō fuerūt numero niſi. xii. Secūdo cū forma circularis nō hēat aliqd loco principii: cur ab ariete dī initiari & a piſcibus finiri. Dico ad primū q̄ deus & natura agens uirtute ipſius dei benedicti: nō facit fruſtra nec in neceſſariis deficit: ſed cū oē q̄ eſt ſub ſphæra cōponat̄ ex q̄tuor elemētis: & quattuor ſunt triplicitates ſtellarū. ſ. xii. ſigna q̄ ipſa elemēta regulāt & diſponūt. Iccirco. xii. fuerūt ſigna nō planeta. Nā Aries: Leo: & Sagittarius eſt triplicitas ignea. Capricornus: Taurꝰ: & Virgo eſt triplicitas terrea. Cancer: Scorpio: & Piſcis eſt triplicitas aq̄a. Gemini: Libra: & Aquarius eſt triplicitas aerea. Iccirco non fuerunt iſta ſigna plura nec pauciora. De ſecundo dico q̄ aries eſt prīcipium: & piſcis eſt finis circuli zodiaci. Nam calidus eſt principium generationis & motus animatorum & frigidum principium corruptionis rerum. Eſt auté in rebus iſta generatio & ultra corruptio. Iccirco ab ariete q̄ eſt calidum ſignum ſub quo cum intrat ſol omnia uegetabilia pululant & incipiunt renouari. Et in piſcibus frondes totaliter admittunt. Iccirco ab ipſo ariete fuit principium circuli zodiaci & finis fuerunt piſcis. Aliæ ſunt opiniones multæ: ſed ſi uultis iſta cōplete legatis libros quos fecit Albumaſar: & omnia uidebitis ſeriatim. Quodlibet &c. Conſequenter ſequitur pars iſta ī qua eligit ex diuiſione ſignorum quantitatem zodiaci. Et diuiditur iſta pars in partes duas. Nam in prima ex diuiſione ſignorum eligit quantitatem zodiaci: & in ſecunda tractat de linea enclyptica. ſecūda ps incipit ibi. Linea uero enclyptica. Prima diuiditur in duas. Nam in prima facit quod dictum eſt: & in ſecunda remouet errorem ſecunda ibi. Vnde patet &c. Dicit de iſta parte q̄ qudolibet ſignū diuiditur in triginta gradus. Et quilibet gradus diuiditur in ſexaginta minuta. Et quodlibet minutum in ſexaginta ſecunda. Et quodlibet ſecundum in ſexaginta tertia: & ſic quouſq̄ ueniatur ad athoma. Et dicit q̄ ſicut diuiditur zodiacus ab aſtonomo: ita diuiditur circulus quilibet ſiue ſit maior ſiue minor in partes conſimiles. Item cum omnis ſphæra. In iſta parte concludit latitudinem quantitatis zodiaci: & dicit q̄ cum omnis ſphæra intelligatur ſicut linea uel circunferentia. Solus zodiacus intelligitur ut ſuperficies habens duodecim gradus in latitudine: de cuius gradibus iam ipſe fuit locutus.

Vnde patet &c. Hic remouet errorem & dicit q̄ ex his patet q̄ quidam non uendunt in astrologia dicentes q̄ signa sunt quadrata nisi abutantur nomine & appellent illud quadratum q̄ quadrangulum quia signum habet. xxx. gradus in longitudine & latitudine. xii. ergo cum longitudo sit maior latitudine non erit aliquod signum quadratum subaudi: quia quadratum constat ex omnibus lateribus æqualibus: quadrangulus uero non: & hoc est q̄ dicit. Linea uero diuidens &c. Postq̄ autor in superiori parte ostendit quantitatem zodiaci secundum lōgitudinem & latitudinem. In ista parte determinat de linea eclyptica. Et diuiditur ista pars in partes duas. Nam in prima tractat de ipsa: & i secunda dat quædam documenta. Secunda ibi. Pars uero zodiaci. Dicit de ista parte q̄ linea ista descripta circulariter i circuitu zodiaci diuidens quantitates ipsius lateris zodiaci in duas partes æq̄les: ita q̄ cū tota latitudo ipsi⁹ fit xii. graduū dimittit sex ex una pte: & sex ab altera: linea talis dicit eclyptica. Quoniam quando sol &c. In ista parte reddit causam quare dicitur eclyptica. Et diuiditur ista pars in tres. Nam in prima facit hoc ostendendo per effectum in sole & luna. & in secunda ostendit concludendo eclypsim lunæ quid sit. Et in tertia tractat de qualitate motus solis sub zodiaco. Secunda ibi. Vnde eclypsis. Tertia ibi. Sol autem semp. Dicit de ista parte q̄ quando sol & luna directe sunt sub ipsa linea siue in superficie contingit solem aut lunam obscurari: obscuritatē solis contingit ut si in nouilunio & luna directe interponatur inter aspectus nr̄os & corpus solis obscuritatē lunæ cōtingit in plenilunio quando sol lunæ opponit linealiter: & terra in medio opponitur diametraliter. Vnde eclypsis. In ista parte cōcludit notificādo eclypsim lunæ. & dicit q̄ eclypsis lunæ non est aliud q̄ interpositio terræ inter solem & lunam. Circa istam partem debetis intelligere q̄ obscuritas solis & lunæ potest fieri tribus modis. s. diuine: naturali: & artificialiter. Diuina ut fuit illa i passione xp̄i: quia potētia diuina pōt qn̄ uult mutare ordinē naturæ de potētia. s. absoluta. Naturaliter: ut qn̄ luna & sol diametraliter sub ista linea cōiungitur q̄ ei nulla sit latitudo: & de ista intelligit autor. Artificialiter: sicut cū elitropia. Nā ut dicit Euau rex arabū in libro de lapidibus. Elitropia est qdā lapis magnus cuius color est uiridis: & habet sanguineas guttas & multas proprietates quas nunc dimitto. Sed illam dico q̄ facit ad propositum. Nā si sub tecto ubi sit sphæra solis ponatur in concha plena aqua: ita q̄ sphæra solis in aqua tāgat ipsam: subito uapores ascēdūt & multiplicātur q̄ obumbrāt totū orizōtē: & p cōsequēs solē in illa ciuitate. Vn̄ multi fatui dicūt q̄ obscuritas q̄ fuit in passione xp̄i fuit facta in ierusalē uirtute elitropiæ & nō diuine. Alii dicūt q̄ fuit stella comata q̄ uocat a Ptho. milex q̄ est ex cōplexione Veneris: & est magna admodū lunæ: & habet crines & radios suos infundit se retro & circuit. xii. signa quæ q̄do apparet: ut dicit Ptho. insurgūt mutātes leges antiquas: & leges adducūt nouas: & ista cometa nocet regibus & pricipibus atq̄ potētibus cū apparet. Alii dicunt q̄ illa eclypsis fuit naturaliter & nō miraculosa: nā dicūt q̄ cū uenus & mercurius semper sequūtur solē iterpositi fuerūt iter aspectū solis & lunæ: quia tūc luna erat i decio gra. libræ: & sol erat i decio gra. arietis: ideo obscuratus fuit sol & luna: sed istas opiniōes & alias soluam i fine istius tractatus ubi magis hñt locū si deo placuerit. Aliā ē q̄ debetis hic noscer̄ q̄ obscuritas luminariū sp i mūdo denotat detrimētū: uñ dicit Ypar cus i libro detrimēti naturæ terreāt aialia & p̄cipue ratiōis cū entiū p̄is & mris radioꝝ uideī deficere pulcritudo. Iuxta qā debetis scire q̄ cōtribulatis causis cōtribulant causata: nā sol ē origo uirtutis uitalis. luna ē origo uirtutis natuaralis: saturnus uirtutis retētiuæ: iupiter uirtutis augmenti: mars uirtutis irascitiuæ: uenus uirtutis appetitiuæ: mercurius uirtutis cogitatiuæ: sed cū uita cōsistat p uirtutes uitales & naturales. Iccirco dicit terreāt aialia: & cū mercurius semp comitet solē q̄ est origo cogita-

eliotropia

Vnde patet q̄ quidam mentiuntur in astrologia dicētes signa esse quadrata: nisi abutentes nomine idem appellent quadratum & quadrāgulum: signum enim habet. xxx. gradus in longitudine. xii. uero in latitudine. Linea autem diuidens zodiacum i circuitu ita q̄ ex una parte sui relinquat sex grad⁹: & ex alia parte alios sex dicitur linea eclyptica: quoniam quādo sol & luna sunt linealiter sub illa: cōtingit eclypsis solis aut lunæ. Solis: ut si fiat noui lunium & luna interponatur recte inter aspectus nostros & corpus solare. Lunæ: ut in plenilunio qn̄ sol lunæ oppōit diametraliter. Vn̄ eclypsis lūæ nihil aliud est: q̄ iterpositio terræ iter corp⁹ solis & lunæ.



tiue cum obſcuratur ſol ex coniunctione lunæ. Mercurius eſt in illa coniunctione: iccirco addidit & animalia rationis: quia Mercurius recipit contribulationem ex compaſſione: iccirco cauſat detrimentum in cogitatiua uirtute. Effectus autem particulares quos denotat eclypſis tam ſolis q̃ lunæ: hic nõ pono cum non ſit locus. Sed unum aliud debetis ſcire q̃ color eclypſis nõ eſt niſi color aeris: ut dicit Ptholomæus in ſecundo quadripartiti ubi docet cognoſcere planetam qui diſponit mundus hora eclypſis per colorem aeris: & dicit q̃ ſi color aeris fuerit niger uel ſubuiridis dominatur Saturnus. Si fuerit ſubalbidus Iupiter dominatur. Si fuerit rubeus Mars. Si aureus uel citrinus Venus. Si uarii coloris dominatur Mercurius. colores eclip: sium Vnde.

Sol quidem ſemper decurrit ſub eclyptica: omnes alii planetæ declinant uel uerſus ſeptentrionem: uel uerſus auſtrum: quandoq; autem ſunt ſub eclyptica. Pars uero zodiaci quæ declinat ab æquinoctiali uerſus ſeptentrionem dicitur ſeptentrionalis: uel borealis: uel arctica Et illa ſex ſigna quæ ſunt a principio arietis uſq; in finem uirginis dicuntur ſigna ſeptentrionalia uel borealia. Alia pars zodiaci quæ declinat ab æquinoctiali uerſus meridiem dicitur meridionalis: uel auſtralis. uel antarctica. Et ſex ſigna quæ ſunt a principio libræ uſq; in finem piſcium dicuntur meridionalia uel auſtralia.

Deinde cum dicit. Sol autem ſemper: & cætera. In iſta parte tractat de qualitate motus ſolis ſub circulo zodiaco. Et dicit q̃ ſemp currit uel mouetur ſub iſta linea eclyptica: ſi alii planetæ declinãt uerſus ſeptentrionem uel uerſus auſtrum: & quandoq; ſub iſta linea. Iuxta quam partem debetis ſcire q̃ ſicut dicit Meſalach in libro de cauſis orbium unus planeta eclypſat alterum: ut luna eclypſat Mercurium: quandoq; inter eos non eſt latitudo: & luna Mercurium: quia quandoq; nulla eſt latitudo ut uidiſtis in hoc anno q̃ luna erat in luna in parte non illuminata. Sed Venus & Mercurius non poſſunt eclypſare ſolem: quia ſicut Meſalach in præallegato libro. Venus & Mercurius cum ſunt ſub ſole in uno gradu in longitudine ſunt longiores q̃ eſſe poſſunt in latitudine. Pars uero zodiaci: & cætera. In iſta parte ut ſuperius dicebatur dat quædam documenta. Et diuiditur iſta pars in duas. Nam in prima dat documentum de diuiſione zodiaci in latitudine per æquinoctium. Et in ſecunda qualiter planeta dicitur eſſe in ſigno. Secunda pars incipit ibi. Cum autem ſol dicitur in ariete & cætera. Prima pars poſſet diuidi ſed non curo: totum legatis ſimul Dicit q̃ pars zodiaci quæ declinat a circulo æquinoctiali uerſus ſeptentrionem dicitur ſeptentrionalis uel borealis uel arctica. Et illa ſex ſigna quæ ſunt a principio arietis uſq; ad finem uirginis dicũtur ſeptentrionalia ſigna: & alia pars zodiaci dicitur meridionalis uel auſtralis quæ declinat ab æquinoctiali uerſus meridiẽ & ſex ſigna quæ ſunt a principio libræ uſq; in fine piſcium dicuntur meridionalia uel auſtralia. Circa iſtam partem debetis notare q̃ iſta eſt diuiſio totius circuli zodiaci q̃ ſex ſigna ſunt ſeptentrionalia & ſex auſtralia. Iuxta q̃ eſt intelligendum ſecundum q̃ dicit Meſalach in libro de uirtute motoris dignior pars zodiaci eſt aquilonis: eo q̃ eſt in ipſa regnum ſolis & lunæ: & ambo rum exaltationes quæ principaliſſimæ ſunt cauſa uitæ. Nam cum ſol fuerit in ariete omnia renouantur: quæ ſua exaltatio eſt eterna: & in iſta parte zodiaci oriuntur illi qui uniuerſæ terræ dominantur utputa gratia ſolis & lunæ. ut dicit Ptholomæus octauo de ac. ſe. Et Almanſor in ſuis amphoriſmis. Cum unum quodq; luminarium: ſcilicet ſolis & lunæ fuerit in corde exaltationis in dominio & liberum ab infortunio erit natus rex totius ſæculi: & hæreditabit ſemen ſuum ſuper terram: & ipſam longo tempore poſſidebit. Aliud debetis notare q̃ planetæ diuerſicantur in influẽtia in una parte zodiaci & in alia. Vnde Ioannes Damaſcenus in ſuis amphoriſmis ſecundum mutationes ſtellarum in longitudine & latitudine uitia & naturæ conſuetudines mutantur & diuerſitatem in aere faciunt: ut ponit Albumaſar in reuolutionibus annorum mundi. Et etiam luna habet in meridie proprietatem mirabilem: ut dicit Hermes primo de ſpe. & de luce. Cum luna fuerit meridionalis deſcendens in Scorpione uel in piſcibus: non incipias laborare: cito enim huius fabrica diruetur. Aliud debetis ſcire q̃ ciuitas dicitur ſeptentrionalis uel auſtralis dupliciter. Vno modo ratione ſitus eo q̃ ipſa ſituata ẽ ſub parte illa. Alio modo dicitur ſeptentrionalis uel auſtralis ratione ſigni ſub quo fuit ædificata. Vnde cum dixi uobis in meis prophetiis q̃ hoc erit in partibus Aquilonis: ideſt in illis ciuitatibus quæ ædificatæ ſunt ſub aliquo ſigno ſeptentrionali: & non in ciuitatibus quæ ſituatæ ſunt ſub parte illa. Nã in auſtro ſunt ciuitates ſeptentrionales: & in ſeptentrionale ſunt ciuitates auſtrales: & hæc eſt ratio. Quare in una ciuitate in uno anno eſt mortalitas: fames: & terremotus. Et in alia quæ non diſtat p uiginti miliaria eſt ſalus gentium fertilitas & quies. Hoc ut dixi uobis non eſt niſi propter diuerſitatẽ ſtellarum ſub quibus fuerunt ipſæ ciuitates ædificatæ. Deinde cum dicit.


quare pars ſeptrionalis nobilior

nota. Diuersi effectus Vnde.

Cū ſol eſt in ariete. In iſta parte dat documētū qūo dicaſ planeta eſſe in ſigno. Iſta pars poſſet diuidi: ſed nō curo: legatis totū ſimul. Dicit ꝙ ſol ſiue planeta eſſe in ſigno dicit quattuor modis. Vno mō accipiēdo in ꝙ ſub ſcdm ꝙ iā ipe accepit. In alia ſignificatōe dr̄ ſignū q̄drilatere pyramus: cui⁹ latitudo eſt ſupficies quā appellamus ſignū & pūctus ſiue acuties eius eſt in centro terræ exēpli gratia dato ꝙ a quolibet latere ſupficiei arietis ducaſ linea q̄ cū uenit ī cētro deſcribet corpus quadrilatere pyramidale: cuius baſis ſiue latitudo ē ſupficies quadrāgula. Angulus uero ī quo lineæ cōiūgunt̄ in cētro ē uertex ſiue acuties: ut patet in figura maginali: & hoc mō planetæ dr̄ eſſe in ſignis. Tertio modo dicūt planetæ eſſe in ſigno ut intelligātur ſex circuli trāſeūtes ſup polos zodiaci p principia. xii. ſignoꝝ. & iſti circuli diuidūt totā ſupficiem ſphæræ in. xii. ptes latas. ſ. in medio & ſtrictiores iuxta finē q̄libet talis pars dr̄ ſignū & nomē ſpāle hēt a noīe illius ſigni ꝙ includit inter illas lineas: & ſcdm iſtā acceptionē ſtellæ q̄ ſunt iuxta polos dicunt̄ eſſe in ſigno: & iſto modo accipiēdo ſignū eſt ſola ſupficies Quarto & ultimo modo planeta dicit̄ eſſe in ſigno: ut ſi intelligat̄ eſſe quoddā corpus: cuius baſis ē ſignū ſcdm ꝙ ipſe accepit. ultio. ſ. in tertio mō. acutū uero eius ſit ſupra axē zodiaci tale in q̄rta ſignificatōe dr̄ ſignū ſcdm quā ſignificationē totus mūdus diuiditur ī xii. partes æquales: & ſic qcqd eſt in mūdo. ſ. a ſupficie firmamenti uſq; ad terrā dicitur eē totū in ſigno: & hoc eſt quod dicit.

ſ VNT aūt alii duo circuli: &c. Poſtq̄ aūt autor in ſuperiori pte tractauit de linea eclyptica & de acceptōe ſigni In iſta pte tractat de coluris: & diuiditur iſta pars in duas. Nam in prima dat intentū: & in ſecūda ꝓſequitur. ſecunda pars incipit ibi. Dicitur aūt. Dicit de iſta parte ꝙ ſūt alii duo circuli maiores ī ſpha qui dicūtur coluri: officium quorum eſt diſtīguere ſolſtitia & æq noctia. Dicitur autē. In iſta parte proſequitur: & diuiditur iſta ps in duas. Nam in ipſa proſequitur intentum determinādo de coluris in generali. Et in ſcda in ſpāli. & ſcda pars incipit ibi. Colurus igit̄ trāſiēs &c. Dicit de iſta parte ꝙ colurus eſt dictus a colon græce qd̄ eſt mēbrū: & uros ꝙ eſt bos ſilueſter: qa ſicut cauda bouis ſilueſtris erecta facit ſemicirculum nō pfectū: ſic colurus ſp apparet nobis impfectus: quia tātū urat eius medietas apparet ſubaudi: nō ꝙ in ſe ſcdm totū ambitū nō ſit circularis. ſed quia illa pars alterius poli quā interſecat nunq̄ uideſ a nobis.

Cum aūt dicit̄ ꝙ in ariete eſt ſol uel in alio ſigno. Sciēdū ꝙ hæc ꝓpoſitio in ſumitur pro ſub ſecūdū ꝙ nūc accipimus ſignū. In alia aūt ſignificatōe dicitur ſignū pyramis quadrilatera: cuius baſis eſt illa ſuperficies quā appellamus ſignū: uertex uero eius eſt in centro terræ. Et ſecundū hoc proprie loquendo poſſumus dicere planetas eſſe ī ſignis. Tertio modo dicit̄ ſignū ut intelligat̄ ſex circuli trāſeūtes ſup polos zodiaci & p ꝓncipia. xii. ſignoꝝ Illi ſex circuli diuidūt totā ſupficiē ſphæræ in. xii. ptes latas ī medio: arctiores uero iuxta polos zodiaci: & q̄libet pars talis dicitur ſignū & nomē habet ſpeciale a nomine illius ſigni quod ītercipitur īter ſuas duas lineas. Et ſecūdū hāc acceptionē: ſtellæ q̄ ſunt iuxta polos dicunt̄ eſſe in ſignis. Itē intelligat̄ corpus quoddā: cuius baſis ſit ſignū. ſecūdū ꝙ nūc ultimo accepimus ſignū: acumē uero eius ſit ſup axē zodiaci. Tale igit̄ corpus ī quarta ſignificatōe dicitur ſignū: ſecundū quā acceptionē totus mūdus diuiditur ī. xii. partes æquales q̄ dr̄ ſigna: & ſic qcqd ē in mūdo eſt in ꝏliquo ſigno.




De duobus coluris.

ſ VNT aūt alii duo circuli maiores ī ſpha q dr̄ coluri: quoꝝ officiū eſt diſtinguere ſolſtitia & æqnoctia. Dr̄ aūt colurus a colon græce qd̄ eſt mēbrū: & uros qd̄ eſt bos ſilueſter: qa quēadmodū cauda bouis ſilueſtris erecta q̄ eſt eius mēbrū facit ſemicirculū & nō pfectū: ita colurus ſp apparet nobis īpfect⁹: qm̄ ſolū una eius medietas appet: alia uero nobis occulſ

Iuxta ꝙ debetis intelligere ꝙ hyparcus in libro de ierarchiis ſpirituū aliter interp̄tatus ē colon. & dr̄ ꝙ color dr̄ a colon qd̄ eſt mēbra & uoris. quia ſpūs qui ſunt in coluris. ſ. incubus & ſuccubus offm

eoꝝ eſt urere in ſomniis mẽbra genitalia. Vñ ad lr̃am ſic dicit: incubus & ſuccubus coluros tenẽt: & qñq; i maiori cõiũctiõe eoꝝ uirtute uelut diuinitatis hoĩes oriunt̃. Iuxta q̃ debetis itelligere q̃ incubus ſcd̃m ip̃m dr̃ morari i coluro q diſtĩguit ſolſtitiũ æſtiuale: & iſti ſp̃us dñant̃ i ſõniis coitus hoĩuꝫ & deportãt ſpma hoĩs i cõiũctiõe maiori. ſ. qñ Saturnus: Iupiter: & Mars cõiũgunt̃ i cãcro uel i capricorno & emittit i matricẽ alicuius mulieris: & exide fit cõceptio & oriunt̃ hoĩes q uident̃ diuini: & q cõſtituũt leges i mũdo: & faciũt mira: ut fuit Merlinus: & erit antix̃ps q cõceptus erit ex uirgine: & faciet miracula multa: de quo i fine lectiõis dicã uobis. Succubus dr̃ qa accipit corpus ex aere i forma mulieris: & decipit qñq; hominẽ agẽdo i eũ. Alii q ſũt minores ſupradictis q uocãtur marmores & aſmit⁹ tenẽt coluros & diſtiguũt æquoctia. uñ ad lr̃aꝫ dicit q̃ marmores & aſmitus tenẽt æquoctia nutu dei: ſed iſtd̃ nõ debet ſic ſimpliciter itelligi: ſed eget expoſitione magna q̃ h nõ hẽt locũ. Colurus igit̃ &c. In iſta pte dicit de coluro i ſpãli. Et diuidit̃ iſta ps in duas. Nã in pr̃a tractat de coluro diſtiguẽte ſolſtitia. & i ſcda de coluro diſtiguẽte æquoctia. ſcda ps incipit ibi. Alter qdẽ colurus. Ad huc pr̃a ps diuidit̃ i duas. Nã in pr̃a facit qd̃ dictũ ẽ: & i ſcda duo manifeſtat. ſcda ps ibi. Iſte aũt arcus &c. Dicit de iſta pte q̃ colur⁹ q tr̃ãſit p polos mũdi & zodiaci p maxĩas ſolis declinatões. ſ. p primos gradus cãcri & capri. diſtinguit ſolſtitia. Vnde primus p̃ũct⁹ cãcri ubi iſte colurus iterſecat zodiacũ dr̃ p̃ũctus ſolſtitii æſtiualis q̃ ſole exiſtẽte i eo tũc ẽ ſolſtitiũ æſtiuale quia nõ põt ſol magis accedere ad zenith noſtri capitis: quia zenith eſt punctus in firmamento recte ſuppoſitus capitibus noſtris. Circa iſtam partem eſt dubitatio utrum punctus cancri & capri. dicantur maximas ſolis declinatiões quæ maxime diſtant a medio mundi. Sed duo poli. ſ. arcticus & anctarticus maxime diſtant a medio mundi q̃ punctus cancri & capri. quare &c. Maior huius rationis eſt nota: declaro minorẽ. Nam poli mundi diſtant in termino: & diſtare plus nõ poſſunt. ergo p̃ũctus cancri & capri. non ſunt ſolis maximas declinatões. d. Oppoſitum: illa puncta dicũtur maximas ſolis declinationes in quibus ſol nõ põt magis diſtare ab æquinoctiali. Sed primus gradus cancri & capri. ſunt huiuſmodi. quare dicunt̃ maximas ſolis declinatiões. Maior huius eſt nota: declaratur minor ad ſenſum. Nam in orbe ſignoꝝ ſol non poteſt plus diſtare ab æqnoctiali: & per conſequẽs a medio mũdi. ergo puncta cãcri & capri. dicunt̃ maximas ſolis declinatões. Vnde ad rationẽ cũ dr̃ illa p̃ũcta &c. Dico q̃ q̃uis ſimpliciter loquẽdo poli mũdi dicãtur magis diſtare a medio mũdi tñ in orbe ſignorũ i quo ſol magis mouetur maxime diſtat a medio mũdi. Iſte aũt arcus coluri dicit̃ &c. In iſta pte autor duo manifeſtat. Et diuiditur iſta pars in duas. Nã in prima oſtẽdit qd ſit maxima ſolis declinatio. Et in ſecunda quid ſit p̃ũctus ſolſtitii hyemalis. ſcda ibi. Similiter p̃ũctus. Dicit de iſta pte q̃ iſte arcus coluri qui intercipit̃ inter primũ punctũ cancri ſiue ſolſtitii æſtiualis & æquinoctialis dicitur ſolis maxima declinatio ſiue aſcenſio. Et iſta ſcd̃m Ptolemeũ eſt. xxiii. graduũ: &. xxxiii. minutoꝝ. Iuxta q̃ debetis intelligere q̃ declinatio ſicut dicit Thebit in libro de diffinitionibus. Eſt arcus circuli meridiei cadens inter orbem ſignoꝝ & æquatorem diei ſiue circulum æquinoctialem. Aliud debetis ſcire q̃ iſta declinatio ſolis ſecundum Ptolemæum eſt. xxiii. graduum: &. li. minutorum: ut recitat Alphagranus. Sed opinio quam recitat autor hic: non eſt opinio Ptolemæi. Sed Alcmenon fuit iſtius opinionis. ſ. q̃ eſſet. xxiii. graduum: &. xxxiii. minutorum: & in iſta opinione omnes concordant. Similiter primus punctus &c. In iſta parte oſtendit quid ſit punctus ſolſtitii hyemalis. & dicit q̃ primus p̃ũctus capricorni dicitur punctus ſolſtitii hyemalis: & ille arcus qui intercipitur coluri qui intercipitur inter punctum illum & æquinoctialem dicitur maxima ſolis declinatio: & eſt æqualis ſupradictæ.

taſ̃. Colur⁹ igit̃ diſtĩguẽs ſolſtitia trãſit p polos mũdi p polos zodiaci: & maxĩas ſolis declinatões. hoc ẽ p primos grad⁹ cãcri & capricorni. Vñ prim⁹ p̃ũct⁹ cãcri ubi colur⁹ iſte iterſecat zodiacũ dr̃ p̃ũct⁹ ſolſtitii æſtiui: qa qñ ſol ẽ i eo: ẽ ſolſtitiũ æſtiuũ: & nõ põt ſol magis accedere ad zenith capitis nr̃i. Eſt aũt zenith p̃ũct⁹ i firmamẽto directe ſuprapoſit⁹ capitib⁹ nr̃is. Arc⁹ uero coluri q̃ itercipit̃ iter p̃ũctũ ſolſtitii æſtiui & æqnoctialẽ: appellaſ̃ maxĩa ſolis declĩatio. Et ẽ ſcd̃m Ptolemæũ. xxiii. graduũ: &. li. minutoꝝ. Scd̃m Alcmeonẽ uero. xxiii. graduũ: &. xxxiii. minutorũ. Similr̃ prim⁹ p̃ũct⁹ capricorni: ubi idẽ colurus ex alia pte iterſecat zodiacũ dr̃ p̃ũct⁹ ſolſtitii hyemalis & arcus coluri itercept⁹ iter p̃ũctũ illũ & æqnoctialẽ dr̃ alia maxima ſolis declinatio: & ẽ æqualis



priori. Alter quidem colurus transit per polos mundi: & per prima puncta arietis & libræ ubi sunt duo æquinoctia: unde appellatur colurus distinguens æquinoctia. Isti autme duo coluri intersecant sese super polos mundi ad angulos rectos sphærales. Signa quidem solstitiorum & æquinoctiorum patent his uersibus. Hæc duo solstitia faciunt cancer capricornus: Sed noctes æquant aries & libra diebus.

De meridiano & orizonte.

ſ VNT iterum duo alii circuli maiores in Sphæra. Scilicet: Meridianus: & Orizon.

Alter autem colurus. In ista parte autor tractat de coluro distinguẽte solstitia. Et diuiditur ista pars in tres. Nam in prima hoc facit. Et in secunda tractat de qualitate colurum. Et in tertia de signis solstitiorum & æquinoctiorum per uersus. Secunda ibi. Isti autem coluri. Tertia ibi. Signa solstitiorum. Dicit de prima parte q̃ alter colurus transit super polos mundi & per prima p̃cta arietis & libræ ubi sunt duo æquinoctia appellatur colurus distinguens æquinoctia. Circa istam partem est dubitatio utrum. s. colurus aliquis sit principium distinguendi solstitia & æquinoctia. Et uidetur q̃ non unica rõne: qcqd ẽ principiũ distīguẽdi aliud ẽ principiũ cognoscẽdi illd̃ sed colur⁹nõ ẽ pricipiũ cognoscẽdi solstitia & æqnoctia: sed potius econuerso. Maior huius rationis est nota. declaro minorem. Nam solstitia & æquinoctia ponuntur in diffinitione colurum q̃ patet cum dicit q̃ unus colurus transit per prima puncta cancri & capri. ut cõtingat solstitia. ergo coluri non sunt principium distinguendi solstitia & æquinoctia. Oppositum in duobus punctis in quibus colurus intersecat æquinoctialem: & cõtingũt duo solstitia: & in aliis duo æqnoctia. ergo æqnoctia & solstitia distīguunt̃ p cõtactũ coluro⁹. ergo coluri sũt prícipia distinguendi solstitia & æqnoctia. Ad formam rationis cũ dicitur q̃ q̃cquid est principiũ distinguendi aliquid est principium cognoscendi illud concedo. Sed colurus non est principium cognoscendi æquinoctia: sed potius ecõtra. Dico q̃ quanuis zodiacus secundum realitatem sit principium distinguendi coluros: tamen quo ad nos coluri sunt principium distinguendi quattuor puncta zodiaci. Isti autem coluri & cætera. In ista parte ostendit quantitatem colurum: & dicit q̃ isti coluri intersecant se super polos mundi ad angulos sphærales rectos. hoc potestis uidere in sphæra: & est notum. Signa solstitiorum & cætera. In ista parte ostendit signa solstitiorum & æquinoctiorum per uersus. Et dicit q̃ signa solstitia & æquinoctia patent in istis uersibus. & dicit q̃ cancer & capricornus faciunt solstitia. Aries & Libra faciunt æquinoctia. & hoc est quod dicit. Sed debetis scire q̃ ista quattuor signa quæ cardinali dicuntur recte posita sunt in cœlo: ut quattuor membra principalia nostri corporis. Nam sicut cerebrum est in summitate sic cancer. Nam si aliud signum: ut puta calidum esset loco Cancri Sole adueniente tam ratione signi q̃ ratione more tam ratione radiorum centruum causaret tam intensum calorem q̃ inficeretur aer: qua infectione non staret uita mœsta. Vnde sicut cerebrum est frigidæ & humidæ complexionis ut resistat cordi: sic cancer ut resistat soli: iccirco Cancer positus fuit in summitate zodiaci: & sicut cor est in medio indiuidui. sic aries est in medio mundi. Et sicut cor est calidũ & siccum & principiũ uitæ: sic aries ẽ principiũ circuli. Libra ẽ calidum & humidũ: & sic epar ẽ calidæ & humidæ cõplexiõis: & sicut opponit̃ cordi sui humiditate: sic libra opponit̃ arieti. Vñ quẽadmodũ spũs uitalis, pueniẽs ad aliqd̃ istor⁹ mẽbror⁹ principaliũ: utputa sic ad cerebrũ acqrit aliũ modũ cõplexiõis: qa fit aĩalis, pueniẽs ad epar fit naturalis sicut sol, pueuiẽs ad aliqd̃ istorũ signor⁹ fit uariatio q̃ sunt in mũdo inferior⁹. Iuxta q̃ debetis notare q̃ ista quattuor signa. s. Aries: Libra: Cancer: & Capri. in quibus cõtingunt solstitia & æquinoctia dicunt̃ signa cardinalia eo q̃ in cardinibus siue in angulis naturaliter situata. Vnde yparcus dicit in libro de ordine intelligẽtiar⁹ q̃ principes qdã dæmonũ tenẽt quattuor partes sub cœlo. Nam expulsi de cœlo aerẽ occupant & quattuor elemẽta. Nã æquinoctia & solstitia tenẽt in similitudinẽ primi troni. Nam cum signa quattuor supra dicta dicantur cardinalia siue angularia: iccirco uelut loca digniora sub ipsis tenẽt aliqui de ierarchia maiori: & cum ipso coluri intersecent cruciatim solstitia: ideo illi qui inuocant dæmones semper ĩ triuiis siue in cruciatis uiis stant ad inuocandum. Et hæc est ratio. quare &c.

VNT autem duo circuli maiores & cætera. Postq̃ autor in superiori parte tractauit de coluris


ſ In ista parte tractat de circulo meridiano & orizonte. Et diuiditur ista pars in partes duas. Nã in prima dat intentum. Et in secunda prosequitur. secunda pars incipit ibi. Est autem meridianus circulus. Dicit de ista parte q̃ sunt alii duo circuli maiores in sphæra: scilicet meridianus & orizon. Iuxta q̃ debetis intelligere q̃ circuli meridionales sunt circuli maiores qui transeunt per polos æquatoris diei. Et quicunq̃ transit per summum capitis alicuius terrar⁹ est circulus meridiei in terra illa. Vnde circuli meridionales sunt orizontes sub æq̃tore diei: ut dicit Thebit in lib. de diffinitõibus

Eſt aũt &c. In iſta parte ꝓſequit. Et diuidit iſta ps i duas. Nã in prima ꝓſequtur determinãdo de meridionali: & in ſcda de orizõte. ſcda ps incipit ibi. Itẽ orizõ ẽ circulus &c. Adhuc iſta diuidit in tres. Nam in prima notificat meridianũ. Et in ſcda quare dr meridianus. Et in tertia dat q̃dã documenta. Scda ibi Dicit meridianus. Tertia ibi. Et notãdũ. Dicit de prĩa pte ꝙ meridianus eſt circulus qui deſcribit ſup polos mũdi q trãſit per pũctũ capitis noſtri. Dicitur &c. In iſta pte oñdit quare dicat meridianus: & dicit ꝙ meridianus dr quia ubicũq; hõ ſit: & in quibuſcunq; tpibus anni qñ ſol p morũ firmamẽti puẽit i meridianũ ſuũ & ẽ illi meridies. & cõſimili rõne dr circulus meridiei. Circa iſtam ptẽ debetis itelligere ꝙ ſicut ſcribit Hyparcus in libro de cautelis naturæ in prĩcipio ad lram ſic dicit. Vt Sol i linea circuli meridiei decipit eleuantẽ ſic ſpũs p umbrã humãos decipiũt gloriãdo. Iuxta ꝙ debetis itelligere ꝙ aſtrologuſ decipitur in eleuatõe aſcẽdẽtis cũ ſol fuerit in meridie: quia i rei ueritate nõ põt hr̃i aſcẽdẽs. Et illi q tũc uoluit de futuris iudicare: ut plurimum errãt: ut dicit Hermes prĩo de ſpe. & de lu. Inueniuntur quandoq; aſtrologorum quorũdam iudicia nõ uera: aut propter defectum inſtrumẽtorum: aut qa ſol eſt circa gradum medii cœli: aut pp quærẽtis inſipiẽtiã: aut planetæ q rẽ cõcedũt uel denegãt ſũt æquales. Ideo dicit Hyparcus: ſicut ſol &c. ita p umbrã ſpũs humanos gloriãdo decipiũt. Nã dæmões gloriant qñ põt decipere hoĩes. Nã illi q uolũt ſcire de furto: hñt pueros uirgines & uidẽt i corpore polito formas & figuras hoĩum. Nã iſta uocat umbra circa quam cõtingit decipi iſto modo. Nam ſi ero furatus libr̃: & exeo de domo non apparebit figura mea i umbra: ſed figura illius cui ego primo obuiaui. Ideo dicit Hyparcus. ut ſol &c. Et notãdum. In iſta parte dat quædã documẽta. Et diuidit iſta pars in tres. Nã in prĩa dat unũ documẽtũ: & in ſecũda ſecundum. & in tertia tertiũ. Secũda ibi. Arcus &c. Tertia ibi. Si enĩ. Dicit de prĩa ꝙ eſt ſciẽdũ ꝙ duæ ciuitates quarum una plus ẽ ꝓpinqua orienti q̃ alia habet diuerſum meridanum ab alia. Iuxta ꝙ debetis intelligere uos iuuenes ꝙ meridianus uariatur ſecundum diuerſa loca mundi. Nam quando eſt meridies nobis: immo poſt meridiem in hieruſalem non eſt meridies nobis: immo poſt meridiem hieruſalem eſt meridies nobis. Et poſt meridiem noſtram eſt meridies pariſius. Quia ciuitates quæ propinquiores ſunt orienti: habent diuerſos meridianos a ciuitatibus quæ diſtant. Nam ciuitas quæ primũ habet orientem: primum habet meridianum. Arcus & cætera. In iſta parte dat aliud: & dicit ꝙ arcus æquinoctialis qui intercipitur inter duos meridianos dicitur longitudo ciuitatum: ſubaudi longitudo unius ciuitatis ab altera. Vnde debetis ſcire ꝙ longitudo regionis eſt diſtantia ab alia eſt diſtãtia meridiani circuli unius a meridiano circulo alterius latitudo eſt latitudo zenith capitis regionis ab æquinoctiali circulo uerſus ſeptentrionem uel meridiem. Vnde debetis ſcire ꝙ longitudo ciuitatis eſt diſtantia meridiani circuli a meridiano alterius ciuitatis. Si enim duæ: &c. In iſta parte dat aliud documentum. Et dicit ꝙ ſi duæ ciuitates habeant eundem meridianum: tunc æqualiter diſtant ab oriente & ab occidente. Item orizon eſt circulus & cætera. In iſta parte tractat de orizonte. Et diuiditur iſta pars in partes duas. Nam in prima oſtendit quid ſit orizon. Et in ſecunda ponit eius diuiſionem. Secunda pars incipit ibi. Eſt autem duplex & cætera. Prima pars poſſet diuidi: ſed nõ curo. Dicit de iſta parte ꝙ orizon eſt circulus diuidens hemiſphærium inferius a ſuperiori. Vnde appellatur orizon quaſi terminator noſtri uiſus. Et dicitur etiam circulus hemiſphærii. Vos iuuenes debetis ſcire ꝙ hemiſphærium dicitur ab hemi & ſphæra ſphæræ. Vnde hemiſphæriũ quaſi dimidia ſphæra. Orizon dicitur quaſi orientis zona. Aliud debetis notare ꝙ orizon quandoq; ſumitur realiter: quãdoq; ſimilitudinarie. Realiter: ut hic accipitur. Similitudinarie pro hierarchiis ſeparatorum: ut accipit Apollonius in libro ſuo artis magicæ: ubi ad litteram ſic dicit. Orizon maior ſeparatorum influit in minorem. Iuxta ꝙ debetis ſcire ꝙ ſecundum eius opinionem animæ noſtræ dicuntur in minori orizonte mouentes intelligentiæ dicuntur eſſe in maiori. Vnde ſecundum eius intelligentiam ibi ſic ſe hñt animæ noſtræ ad corpora: ſicut ſe hñt intelligentiæ ad aĩas nr̃as ꝙ uer̃ dicit ſi recte intelligatur.

Eſt autem meridianus circulus quidam tranſiens per polos mundi: & per zenith capitis noſtri. Et dicitur meridianus: quia ubicunq; ſit homo: & in quocũq; tempore anni quando ſol motu firmamẽti puenit ad ſuũ meridianũ eſt illi meridies. Cõſimili ratione dr̃ circulus mediæ diei. Et notãdũ ꝙ ciuitates quarũ una magis accedit ad oriẽtẽ q̃ alia habẽt diuerſos meridianos. Arcus uero æquinoctialis ĩtercept⁹ ĩter duos meridianos dr̃ lõgitudo ciuitatũ. Si aũt duæ ciuitates eũdẽ hẽant meridianũ: tũc æqualiter diſtant ab oriẽte & occidẽte. Orizon uero eſt circulus diuidens inferius hemiſphærium a ſuperiori. Vnde appellatur orizon: ideſt terminator uiſus. Dicitur etiam orizõ circulus hemiſphærii.

Est aũt duplex. In ista parte ponit diuisionẽ ipsius orizõtis. Et diuiditur ista pars in partes duas. Nã in pria ponit eẽ duplicẽ orizõtẽ: & in scda mẽbra ꝑdictæ diuisiõis declarat. scda incipit ibi. Rectũ &c. Dicit de ista parte ꝙ orizon est duplex. s. rectus & obliquus siue decliuus. Circa istã ptẽ est dubitatio utr̃ orizõ debeat diuidi ī rectũ & obliquũ: & uidet breuiter ꝙ nõ. Orizõ ẽ diuidẽs supius hemisphiũ ab inferiori: sed talis orizõ nõ ẽ nisi unus. ergo nõ debet diuidi in rectũ uel obliquũ. Maior huius rationis est nota: declaro minorẽ: qa unũ inq̃tũ unũ nõ recipit diuisionẽ: quare &c. Dico ad qõnẽ ꝙ orizon scd̃m ueritatẽ ẽ un⁹ q dr̃ naturalis: sed scd̃m apparẽtiã ẽ multiplex. Vñ dico ꝙ illa diuisio ī obliquũ ẽ solũ scd̃m apparẽtiã. Nã scd̃m diuersos sit' apparẽt nobis diuersa orizõta. Sed est differẽtia inter orizõtẽ naturalẽ & apparentẽ siue artificialẽ. nã orizõ naturalis est linea una ī circulis diuidẽs unũ hemisphæriũ ab alio. artificialis est aspectus sensibilis ꝙ terminat uisum. Sed debetis scire ꝙ orizon artificialis dr̃ sub quadã similitudine quẽadmodũ & dies artificialis. Nã dies artificialis dr̃ eo ꝙ artifices in eo ut plurimũ opantur de die: sic & orizon dr̃ artificialis qa ciuitas uel castrũ situata ex arte hñt orizõtẽ: & hic dr̃ artificialis eo sicut soluit' rõ. Rectũ &c. In ista pte ꝓsequit' mẽbra ꝑdictæ diuisiõis. Et diuidit' ista pars ī duas. Nã ī prima oñdit q sunt illi q habẽt rectũ orizõtẽ. Et in scda q sunt illi q hñt obliquũ. scda ibi. Obliquus &c. Dicit de ista pte ꝙ illi qui hñt orizõtẽ rectũ & sphæram rectã quor̃ zenith. s. pũctus est in æquinoctiali: & iꝑor̃ orizon ẽ circulus trãsiẽs per polos mundi diuidens æqnoctialẽ ad angulos sphærales rectos. Vñ dr̃ orizõ rectus uel sphæra recta. Obliquũ &c. In ista pte oñdit qd obliquus & diuidit' ista pars ī duas. Nã ī prima notificat orizõtẽ obliquũ. & ī scda ex hoc cõcludit altitudinem poli & latitudinẽ regionis eẽ æq̃les. Secunda ibi. Vnde ex his. Dicit de ista pte ꝙ obliquũ orizõtẽ siue decliuũ hñt illi qb⁹ polus mũdi eleuat' supra orizõtẽ: qa eor̃ orizon ītersecat æqnoctialẽ ad angulos sphærales īpares & obliquos iccirco dicitur orizon obliquus uel decliuus uel sphæra obliqua. Vnde zenith capitis nostri semper ẽ polus orizontis. Vnde ex his patet &c. In ista parte concludit altitudinem poli & latitudinem regionis esse æquales: & posset diuidi: sed non curo. Legatis totum simul. Dicit ꝙ ex supradictis ẽ manifestum ꝙ quanta est eleuatio poli mũdi supra orizonta tanta est distantia zenith. i. puncti ab æquinoctiali: & hoc sic potest demonstrari cum in qualibet die naturali uterq; colurus bis cõiungatur meridiano. i. ꝙ idẽ sit ꝙ meridianus unus sit in loco alterius mouẽdo in .xxiiii. horis siue in die naturali qcqd probatur de uno & de reliquo sumat' dicit ipse quarta pars coluri distinguens solstitia illa. s. quæ ẽ ab æquinoctiali usq; ad polũ mundi & sumatur alia pars coluri eiusdẽ qui est a zenith usq; ad orizonta. Cum ergo zenith sit pũctus orizõtis: & istæ duæ quartæ cũ sint quartæ eiusdẽ circuli: iter se sũt æquales. sed si ab æqualibus æqualia demas: uel idẽ cõe quæ remanẽt sunt æqualia dempto. Concludit ergo cõi siue gradu qui est inter zenith & polũ mundi residua sunt æqualia. s. eleuatio poli mũdi supra orizonta & distantia zenith ab æquinoctiali: & hoc expresse uidere potestis in sphæra.

Est autem duplex orizon: rectus & obliquus siue decliuis. Rectum orizonta: & sphæram rectã habẽt illi quorum zenith ẽ in æqnoctiali: qa illor̃ orizon est circulus trãsiẽs per polos mũdi diuidẽs æqnoctialẽ ad angulos rectos sphærales: unde dicit' orizõ rectus: & sphæra recta. Obliquũ orizõta siue decliuẽ: habẽt illi quibus polus mũdi eleuat' supra orizõtẽ: qm̃ illor̃ orizõ intersecat æquinoctialẽ ad angulos īpares & obliquos. uñ dicitur orizõ obliqu⁹: & sphæra obliqua siue decliuis. Zenith aũt capitis nr̃i sp̃ ẽ polus orizõtis. Vñ ex his patet ꝙ q̃ta ẽ eleuatio poli mũdi supra orizõtẽ: tanta ẽ distãtia zenith ab æqnoctiali: qd̃ sic patet. Cũ ī quolibet die naturali uterq; colur⁹ bis iũgat' meridião: siue idẽ sit qd̃ meridian⁹: qcqd de uno ꝓbat' & de reliquo. Sumat' igitur quarta pars coluri distiguẽtis solstitia q̃ ẽ ab æqnoctiali usq; ad polũ mũdi. Sumat' iter̃ quarta ps eiusdẽ cori q̃ ẽ a zenith usq; ad orizõtẽ: cũ zenith sit polus orizõtis. Istæ duæ quartæ cũ sint q̃rtæ eiusdẽ circuli iter se sũt æq̃les. Sed si ab æq̃lib⁹ æq̃lia demãt' uel idẽ cõe residua erũt æq̃lia: dẽpto igit' cõi arcu. s. q est inter zenith & polũ mundi residua erũt æq̃lia. s. eleuatõ poli mũdi supra orizõtẽ: & distantia zenith ab æquinoctiali.


m
Equino
3e
nith
chilla
Dri lis
Dri lis
Dri lior
Dri lior
Dri hor
Dri hor

Icto de sex circulis maioribus. &c. Postq̃ autor in supiori parte tractauit de sex circulis maiori
d bus. In ista parte tractat de quattuor circulis minoribus. Et diuiditur ista pars in partes tres.
Nam in prima hoc facit. & in secunda ex prædictis duo cõcludit: & in tertia tractat de zonis.
Secunda ibi. Quanta est ergo. Tertia ibi. Notandũ ꝙ æquinoctialis. Adhuc ista diuiditur in duas.
Nã in prima autor dat intentũ: & in secunda prosequitur. secunda ibi. Notandum. Dicit de ista par-
te ꝙ determinato de sex circulis maioribus: est dicendũ de quattuor minoribus. Iuxta ꝙ debetis scire

De quattuor circulis minoribus.

Icto de sex circulis maioribus: dicẽdum est de
d quattuor minoribus. Notandum igitur ꝙ sol
existens in primo puncto cancri: siue in pũcto
solstitii æstiui: raptu firmamenti describit quẽdam cir
culum qui ultimo descriptus est a sole ex parte poli ar-
ctici. Vnde appellatur circulus solstitii æstiui ratione
superius dicta: uel tropicus æstiuus a tropos quod est
cõuersio: qa tũc sol incipit se cõuertere ad inferi⁹ hemi-
sphæriũ & recedere a nobis. Sol iteꝝ existẽs ĩ prĩo pũcto
capricorni siue solstitii hyemalis: raptu firmaméti: de-
scribit quẽdã circulũ q ultĩo describit a sole ex pte poli
antarctici. Vñ appellat circulus solstitii hyemalis siue
tropicus hyemalis: quia tunc sol conuertitur ad nos.

i MAGINETVR etiã circulus &c. Clima ſumitur dupliciter. ſ. aſtrologice: & nigromantice. Aſtrologice: ut hic accipitur. Nigromantice: ut accipit zoroaſtes q fuit primus magicæ artis inuentor: ubi ita dicit ad litteram. Clima ſunt etiam ad miranda: quæ cum carne mortuorum & humano ſanguine fideliꝰ dant reſponſa. Iuxta qꝺ debetis intelligere qꝺ iſti quattuor ſpiritus magnæ uirtutis qui ſtãt ĩ cruciatis locis. ſ. in oriẽte: occidente: meridie: & ſeptentrione: quorum nomina ſunt iſta. Oriens. Amaymon. Paymon. & Egim. qui ſpiritus ſunt de maiori hierarchia: & habet unuſquiſq; ſubſe. xxv. legiones ſpirituum. Vnde iſta propter nobilem ipſorum naturam appetunt ſacrificia ex ſanguine humanorum: & carne ſimiliter hominis mortui uel gatti. Sed ars iſta zoroaſtes nõ poteſt fieri ſine magno periculo: ieiuniis & orationibus & omnibus quæ ſunt contra fidem noſtram. Vnde cum ponit̃ ſanguis humanus in cõcha ænea tales facta inuocatione ueniũt: & hi ſpiritus uocantur climata: quia ſicut clima eſt eleuatio: ſic hi ſpiritus ſunt omnes ſuperius eleuati. Non fuerunt climata niſi ſeptem ratione ſeptem planetarum. eo qꝺ unuſquiſq; planeta dominat̃ ſuo climati. Nam Saturnus dominat̃ in primo. Iupiter in ſecũdo. Mars in tertio. Sol in quarto. Venus in qnto. Mercurius in ſexto. Luna in ſeptimo. Et gentes habitantes ĩ climate ſequũtur naturam planetæ dominãtis. De hac materia ſuperius dixi uobis: ideo replicare non intendo.

Dicitur autem clima tãtum ſpacium terræ per quantũ ſenſibiliter uariatur horologium. Idẽ nãq; dies æſtiuus aliquãtus: qui eſt in una regiõe: & ſenſibiliter eſt minor in regiõe ꝓpinquiori auſtro. Spaciũ igit̃ tantũ q̃tũ incipit dies idẽ ſenſibiliter uariari dr̃ clima. Nec eſt idẽ horologiũ cũ principio: & fine huius ſpacii obſeruatũ. Horæ.n. diei ſenſibiliter uariant̃: quare & horologiũ. Mediũ igit̃ primi climatis ẽ ubi maxĩa diei ꝓlixitas eſt. xiii. horaꝝ: & eleuatio poli mũdi ſupra circulũ hemiſphærii gradibus. xvi. & dr̃ clima diameroes. Initiũ ei⁹ ẽ ubi diei maioris ꝓlixitas ẽ. xii. horaꝝ: & dimidiæ & q̃rtæ uni⁹ horæ: & eleuat̃ polus ſupra orizõtẽ gradib⁹. xii. & dimidiæ & quartæ uni⁹ gradus. Et extẽdit̃ ei⁹ latitudo uſq; ad locũ ubi lõgitudo prolixioris diei eſt. xiii. horaꝝ: & quartæ uni⁹: & eleuat̃ polus ſupra orizõtẽ gradibus. xx. & dimidio: qd̃ ſpaciũ terræ ẽ cccc. xl. miliaria. Mediũ aũt ſecũdi climatis ẽ ubi maior dies eſt. xiii. horaꝝ & dimidiæ: & eleuatio poli ſupra orizõtẽ. xxiiii. graduũ: & quartæ partis uni⁹ gradus. Et dr̃ clima diaſyenes. Latitudo uero eius eſt ex termino primi climatis uſq; ad locũ: ubi fit dies ꝓlixior. xiii. horaꝝ & dimidiæ: & quartæ ꝑtis uni⁹ horæ: & eleuat̃ polus. xxv. gradibus & dimidio: & ſpaciũ terræ eſt. cccc. miliariorꝝ. Mediũ tertii climatis eſt ubi fit lõgitudo ꝓlixioris diei. xiiii. horaꝝ: & eleuatio poli ſupra orizõtẽ. xxx. graduũ & dimidii: & quartæ uni⁹ ꝑtis. Et dr̃ clima dialexãdrios. Latitudo ei⁹ ẽ ex termĩo ſcd̃i climatis uſq; ubi ꝓlixior dies ẽ. xiiii. horaꝝ & quartæ uni⁹ climatis: & altitudo poli. ccc. xxx. graduũ: & duarũ tertiaꝝ: qd̃ ſpaciũ terræ eſt. ccc. l. miliariorꝝ. Mediũ quarti climatis ẽ ubi maioris diei ꝓlixitas eſt. xiiii. horaꝝ & dimidiæ: & axis latitudo. xxxvi: graduũ & duaꝝ quintaꝝ. & dr̃ diarhodos. Latitudo uero eius eſt ex termino tertii climatis uſq; ubi prolixitas maioris diei eſt quattuordeci horaꝝ & dimidiæ: & quartæ partis unius: eleuatio aũt poli xxxix. graduũ: qd̃ ſpaciũ terræ eſt. ccc. miliariorꝝ. Mediũ qnti climatis eſt ubi maior dies eſt. xv. horarũ: & eleuatio poli. xli. gradus & tertiæ uni⁹: & dr̃ clima diaromes. Latitudo uero ei⁹ eſt ex termĩo quarti climatis uſq; ubi ꝓlixitas diei ſit. xv. horarũ & quartæ uni⁹: & eleuatio axis. xliii. graduũ & dimidii: qd̃ ſpaciũ terræ eſt. cclv. miliariorum. Mediũ ſexti climatis eſt ubi ꝓlixior dies eſt. xv. horarũ & dimidiæ: & eleuat̃ polus ſupra orizõtẽ. xlv. gradib⁹: & duab⁹ qntis uni⁹. Et dr̃ clima diaboriſthenes. Latitudo uero ei⁹ eſt ex termino qnti climatis uſq; ubi lõgitudo diei prolixior eſt. xv. horarũ & dimidiæ: & quarte uni⁹: & axis eleuatio. xlvii. graduũ & quartæ uni⁹: q̃ diſtãtia terræ eſt cc. xii. miliariorũ. Mediũ aũt ſeptimi climatis ẽ ubi maior ꝓlixitas diei ẽ. xvi. horaꝝ: & eleuatio poli ſupra orizõtẽ. xlviii. graduũ & duaꝝ tertiaꝝ. Et dr̃ clima diaripheos. Latitudo uero eius eſt ex termino ſexti climatis uſq; ubi maxĩa dies ẽ. xvi. horaꝝ & quartæ uni⁹: & eleuat̃ polus mũdi ſupra orizõtẽ qnquagĩta gradib⁹ & dimidio: qd̃ ſpaciũ terræ eſt. clxxxv. miliariorum. Vltra autem huius ſeptimi climatis terminum, licet plures ſint inſulæ: & hominum habitationes: quicquid tamen ſit: quoniam prauæ eſt habitationis ſub climate non cõputat̃. Omnis itaq; inter terminum initialem climatum & finalem: eorundem diuerſitas eſt trium horarum & dimidiæ: & ex eleuatione poli ſupra orizontem. xxxviii. graduum. Sic igitur patet uniuſcuiuſq; climatis latitudo a principio ipſius uerſus æquinoctialem uſq; in finem eiuſdem uerſus polum arcticum: &



n OTANDVM ꝙ sol habet &c. Vnde quando uidetis planetam in auge uel ascendẽte fortunatũ & sit in significatore natiuitate & luna in eodem gradu cum ipso iudicate natum esse famosum sicut sũt reges: & ꝙ nullus ꝑteribit eius mãdata: Et dicit Almansor ī amphorismis: ubi ita dicit ad litteram. Famosi tanꝙ reges & quorum mandata non prætereunt sunt quorum Iupiter & luna fuerit in eodẽ gradu ascendentes ad augem suam. Quilibet autem planeta &c. Circa istam partẽ debetis plura intelligere: prima ꝙ caput & cauda sunt stellæ quemadmodum est draco: sicut dicũt aliqui ignorantes: sed sunt intersecatores circulorum. s. æquantis & differentis: & hæ intersecationes dicuntur nodi & mouentur trib⁹ minutis die qualibet naturali. & xi. secundis peruersæ ab ariete in pisce. Et a pisce in aquario &c. Et operantur in mundo: ut alii planetæ: quia natura capitis componitur ex complexione Iouis & ueneris. Cauda uero ex natura Martis & Saturni. Vnde caput dat ī natiuitate regnum & fortunam si fuerit in sui exaltatione. s. in tertio gradu geminorum. Dico si est in oriente uel in angulo cœli. Cauda uero dicit totum contrarium s. uilitatem & malum. Et si coniũgitur cum domino ascendẽtis dĩminuit tertiam partẽ uitæ: & plus nocet inferiorib⁹ planetis q̃ supioribus. Hoc aũt intelligatis cũ fuerit ī malo signo. Sed si fuerit ī exaltatõe sua. s. ī sagittario nõ minuit ĩmo auget: sic dicã uobis in scripto supra lib⁹ de prin. ubi magis hẽt locũ. Aliꝺ scire debetis ꝙ istæ intersecatões circulo⁹ multas ꝓprietates hñt occultas naturæ. Nã dicit Astafon in lib. de minerali. b⁹ cõstellatis: ubi ita dicit ad lĩam O q̃ta ẽ uirtus ĩtersecatõib⁹ circulo⁹ q̃ occulta ẽ sensibus humanis diacedius si ñ tactu corporis mortui ī aqua cũ fuerit ī sagit. Nã qꝺ spũs ueniũt ad gusa. Iuxta ꝙ ut ĩtelligatis: ꝙ cũ caput dra. fuerit in sagit. & ponat ī aq̃ qdã lapis q dia cedius dĩ. Naturalĩ spũs ueniunt ad dãdũ rñsa: & iste lapis hẽt mirabilem latentiam naturalem: qa si tangit corpus mortui hominis amittit istam proprietatem quã non amittit si tangit corpus alterius mortui animalis. Adhuc scire debetis ꝙ cum caput fuerit in sagittario coniunctum cũ ioue in medio cœli: & luna iuerit ad eum si separata fuerit ab eo & iuerit ad dominum ascendentis: & si dñus ascendẽtis ad Ioué qcqd petiẽ ab eo obtinebiẽ: ut dicit Almãsor in suis ampho. ubi sic dicit ad lĩam.

ꝙ primi climatis latitudo ẽ maior latitudine scꝺi: & sic deinceps: Lõgitudo aũt climatis põt appellari linea ducta ab oriẽte in occidẽtẽ æqꝺistãs ab æqnoctiali. Vnde longitudo primi climatis ẽ maior lõgitudine secũꝺi: & sic deinceps: qꝺ cõtingit ꝑp angustiã sphæræ.

Capitulum quartum de circulis & motibus planetarum: & de causis eclypsium solis & lunæ.


n Otãꝺũ ꝙ sol hẽt unicũ circulũ ꝑ quẽ mouet ī supficie lineæ eclypticæ: & ẽ eccẽtricus. Eccẽtricus qꝺẽ circulus ꝺĩ nõ oĩs circul⁹: sed solũ talis q diuiꝺẽs terrã ī duas ꝑtes æquales non hẽt cẽtr⁹ suũ cũ cẽtro terræ sed extra. Pũctus aũt in eccẽtrico q maxĩe accedit ad firmamẽtũ appellat aux: qꝺ ĩterꝑtat eleuatio Pũctus uero oppositus q maxĩe remotõis ẽ a firmamẽto ꝺĩ oppositio augis. Solis aũt ab occidẽte ī oriẽtẽ duo sũt motus: quor⁹ un⁹ ẽ ei ꝓprius ī circulo suo eccẽtrico: quo mouet in oĩ die ac nocte. lx. minutis fere. Ali⁹ uero tardior ẽ mot⁹ sphæ ipsi⁹ supra polos axis circuli signor⁹ & est æq̃lis motui sphæ stellar⁹ fixarũ. s. ī. 100. annis gradu uno. Ex his itaq; duob⁹ motib⁹ colligit cursus ei⁹ ī circulo signor⁹ ab occidẽte ī oriẽtẽ ꝑ quẽ abscĩdit circulũ signor⁹ ī. ccclx. dieb⁹: & q̃rta uni⁹ diei fere ꝑter rẽ modicã q̃ nulli⁹ ẽ sensibilitatis.




Quilibet aũt planeta tres hẽt circulos ꝑter solẽ. s. æquãtẽ deferẽtẽ & epicyclũ. Aequãs qꝺẽ lunæ ẽ circulus cõcẽtricus cũ terra: & ẽ ī supficie eclypticæ. Ei⁹ uero deferẽs est circulus eccentric⁹: nec est ī supficie eclypticæ: ĩmo una ei⁹ medietas declĩat uersus septẽtrionẽ: altera uersus austrũ. Et ĩtersecat deferẽs æquãtẽ ī duob⁹ locis. Et figura ĩtersectõis appellat draco: qm̃ lata ẽ ī medio & angusti or uersus finẽ. Intersectio igit illa ꝑ quã mouet luna ab austro ī aqlonẽ appellat caput dracõis. Reliqua uero ĩtersectio ꝑ quã mouet a septẽtriõe in austrum dicitur cauda dracõis. Deferẽtes qꝺẽ & æquãtes cuiuslibet planetæ sũt æq̃les. Et sciẽdũ ꝙ tã deferẽs q̃ æquãs. Saturni

caput. cauda quid prestant in natiuitatibus.

Si quis postulauerit aliqd ab eo existēte capite ī medio cœli cū Ioue & luna eūte ad eū: īplebit ei id: uel sepata ab eo iueritq; ad dñm ascēdētis. Et si dñs ascēdētis iuerit ad Iouē: nō ꝓteribit qn breuiter adipiscat̄ q̄sitū. Sed quō talis ꝓpositio debet ītelligi: dicā in scripto supra libꝝ de prin. Aliud scire debetis q; arcus sumit̄ tripliciter. s. astrologice: nigromātice: & chyromātice. Astrologice: ut hic autor est Alchindus in libro de motu diurno ubi sic dicit ad lr̄am. Ab exaltatōe solis usq; ad occasū dr̄ arcus bo realis: a casu usq; in fine pisciū australis dr̄: & isti duo arcus materia sunt rebus. Vt intelligatis dictum Alchindi uacat: & casus eius in libra. Vñ ab ariete usq; ad librā uos iuuenes sciēdū est q; exaltatio solis ē aries & casus eius est libra. uñ ab ariete usq; ad librā dr̄ arcus septentrionalis. A libra usq; ad finē pisciū dr̄ australis. Et hi duo arcus sunt materia rebus. s. totus circul⁹ zodiacus informatus ex radiis solarib⁹ & alioꝝ planetaꝝ: eo q; iste zodiacus uirtute cōtinet elemēta. Secūdo nigromātice: ut Salomō ī lib. de umbris ideaꝝ: ubi ita ad lr̄am dicit. Arcus septētriōalis nobilitate cito ueniūt ad rñsa & operant̄ mirabilia nutu dei. Vt ītelligatis isti dæmōes q; sūt ī septētrione dñr septētrionales: & hñt nobilē naturā. sciūt. n. secreta elemētoꝝ mūdi. Et tāta ē istoꝝ nobilitas q; cū hō nobilis naturæ eos īuocat parua īuocatōe stati ueniūt ad rñsa: & hi sūt q; stāt libēter ī domibus nobiliū & loquunt̄ domestice cū familia. i. seruiūt libēter sine lesione. Et qñq; ī domibus usurioꝝ & uiliū psonaꝝ ꝓiiciūt lapides & stercora: & reuoluūt paraꝑsides & pannos de camera & de nocte pauide & terribiles uoces suspirādo emittūt. Tertio mō chyromātice: ut accipit Abliton ī sua chyromātia ubi ita dicit ad lr̄am. Cū arcus ī chyros fuerit: ♄ eē crede a natura cœli. Vt intelligatis chyromātia a chyros græce q; est manus: ut cū arcus. i. līea erit a natura ī manibus significat effectus uēturos ī creatura pp planetā illā lineā īprimētē ī manu ī pricipio gñatōis. Et hoc potestis uidere q; stati cū creatura hūana exit de utero q; ī manibus signa hēt a natura impꝛssa: sed multa signa sūt facta ī māibus ꝓ accidēs. s. ex cōstricatōe manuū: uel ex cōsuetudie alicuius artis. Vñ cū uolueris signa naturalia hr̄e: opꝛ ut man⁹ ponat̄ ī aq̄ calida: & tūc signa ꝓ accidēs resoluūt̄: nālia āt remanēt. Vñ plāetæ ñ tñ ī māibus faciūt: uerū ēt ī toto corpe. Nā Mars ī ascēdēte facit signū ī facie: ut dicit Pto. ī cētiloqo.



Iouis: Martis: Veneris: & Mercurii sūt eccētrici & extra superficiē eclypticæ: & tamē illi duo sūt ī eadē superficie. Quilibet ēt planeta ꝓter solē habet epicyclū. Et ē epicyclus circulus parꝑuus ꝓ cuius circūferētiā deferet̄ corpus planetæ: & cētꝝ epicycli sp deferet̄ in circūferētia deferētis. Si igit̄ duæ lineæ ducant̄ a cētro terræ ita q; includāt epicyclū alicui⁹ planetæ: una ex parte oriētis: reliqua ex pte occidētis. pūct⁹ cōtractus ex pte oriētis dr̄ statio pria: pūctus uero cōtractus ex pte occidētis dr̄ statio secūda. Et qñ planeta ē in alterutra illaꝝ stationū dr̄ stationari⁹. Arc⁹ uero epicycli supior ītercept⁹ dr̄ directio: & qñ planeta ē ī illo tūc dr̄ direct⁹. Arc⁹ uero epicycli īferior ītercept⁹ dr̄ retrogradatio: & planeta ibi existens dr̄ retrogradus. Lunæ aūt nō assignat̄ statio directio uel retrogradatio. Vñ nō dr̄ luna stationaria directa uel retrograda propter uelocitatē motus eius in epicyclo.




De eclypsi lunæ.

c VM āt sol sit maior terra: necesse ē q; medietas sphæræ terræ ad minus a sole semꝑ illuminet̄ & umbra terræ extēsa ī aere tornatilis minuat̄ ī rotūditate: donec deficiat ī superficie circuli signoꝝ in-

c VM āt sol sit maior terra &c. Quia sicut terra ē fex alioꝝ elemētoꝝ: ita luna ē fex alioꝝ cœlestiū: & de ista umbra lunæ q̄sitū fuit a quodā spū q; uocat̄ Florō: q̄ eēt illa umbra: q; sic ait. Vt terra terra ē: sic idea humi dicatū ē terra si totā umbrā hūeris: te nō decipiet sicut umbra. Iuxta q; ut ītelligatis scire debetis q; sicut terra ē terra. i. fex: sic idea humiditate. i. luna ē fex. s. cœlestiū. Et ex hoc denotat grossitiē illius ptis nō illuminatæ. Si totā umbram habueris te nō decipiet sicut umbra. Vt intelligatis debetis scire quod cum luna est plena: tota illa umbra uidetur in plenilunio spiritus a natura dant responsa: nec decipiunt sicut quando fit experimentum ad inueniendum furtum cum puero uirgine in corpore polito: sicut in ense: speculo: christallo: uel ungue: ubi est deceptio magna.


Vñ qñ uidebitis ipsam esse uniuersalē. Iudicate grādes effectus in terra siue in mūdo: & spāliter in illis ciuitatibus q̄ habuerūt ī ædificatōe illud signū pro ascēdēte in quo fuerit eclypsis & p̄cipue solis. Si uero fuerit particularis: iudicate significata renuisse: nec faciatis sicut unus qui dicebat mūdū terminari eo q̄ uidit mediā solis ptē obscuratā & guttas aliquas sanguineas de cometa exire: & pluere sup terrā: nec uidebat quō sanguis poterat de aere pluere qđ pōt esse ex cometa Martis inspissante aquā decoquēte ipsam & ex calido imprimēte aliquā ibi rubedinē admodū sanguinis. Et hoc bene designat in cāndo horribiles nominatos: & effusionem sanguinis humani.

sepabilis a nadir solis. Est aūt nadir solis punct⁹ directe oppositꝰ soli ī firmamēto. Vñ cū ī plenilunio luna fuerit in capite uel ī cauda dracōis sub nadir solis: tūc terra īterponet soli & lunæ. Vñ cū luna lumē non hēat nisi a sole: ī rei ueritate deficit a lumīe. Et ē eclypsis gñalis ī oī terra si fuerit ī capite uel cauda dracōis directe. Particularis uero eclypsis si fuerit prope uel infra metas determinatas eclypsis. Et sp in plenilunio uel circa cōtingit eclypsis. Vñ cū in qualibet oppositōe hoc ē in plenilunio nō sit luna ī capite uel cauda dracōis: nec oppositā nadir solis: nō ē necesse ī quolibet plenilunio pati eclypsim: ut patet in pñti figura q̄ subseqt. Cū āt luna fuerit in capite uel cauda dracōis: uel ꝑpe metas supradictas: & in cōiunctōe cū sole: tūc corpus lunæ interponetur īter aspectū nr̄m & corpus solare. Vñ obumbrabit nobis claritatē solis: & ita sol patiet eclypsim: nō qa deficiat lumine: sed qa deficit nobis ꝑp interpositionē lunæ inter aspectū nr̄m & solē. Ex his patet q̄ nō sp ē eclypsis solis ī cōiūctiōe siue in nouilunio. Notā dū ēt q̄ qñ est eclypsis lunæ: est eclypsis in oī terra: sed quando est eclypsis solis neq̄q̄: īmo in uno climate est eclipsis solis: & in alio non: quod contingit ꝑpter diuersitatem aspect⁹ in diuersis climatibus. Vnde Virgilius elegantissime naturas utriusq; eclypsis ſb cō pēdio tetigit dicēs Defectus lunæ uarios solisq; labores



Cū luna fuerit &c. Ex p̄dictis &c. In ista pte q̄rta & ultima tractat de quadā nō naturali: sed miraculosa eclypsi. Et dicit q̄ ex prædictis est manifestum q̄ cum eclypsis esset in passione xp̄i. Et eadē passio est uel fuit in plenilunio: illa nō fuit naturalis sed miraculosa & cōtra naturā: qa eclypsis solis in nouilunio. s. in cōiunctiōe uel circa cōtingere oportet naturaliter: pp hoc dicit ipse: legit Dionysium ariopagitā dixisse. Aut deus naturæ patit: aut mūdi machina dissoluit. Circa istā ptē ultimā scire debetis q̄ aliq infideles dicunt q̄ istud uerbū debet intelligi nō de dei uero: sed de deo qui ē dict⁹ deus per gr̄am supcœlestiū. Sicut dicit zoroastes in libro de dominio quartaꝝ octauæ sphæræ ubi ita dicit ad lr̄am. Ex dñio quartarū octauæ sphæræ: & ex uirtute incuboꝝ & succuboꝝ oriunt hoīes diuinitate fulciti q mutāt leges & adducūt nouas: ut quoꝝ obitum cœlū cōpatit eo q̄ unusq̄sq; cheos dr in natura. Nā scđm ip̄m oīs quarta octauæ sphæ dñat. xii. milibus annis: & leges quæ incipiūt in prima quarta termināt: cū alia incipit dñari: sicut fuit lex Moysi terminata p legē xp̄i & nr̄a scđm p̄mū modū termīaret p antixp̄m Vñ iste bestia zoroastes & aliqui eū sequētes dicūt q̄ xp̄s fuit ort⁹ in dominio istaꝝ quartaꝝ ex uirtute īcuboꝝ & succuboꝝ: de q̄b⁹ supra dixi uobis q̄ horribile mihi uidet scribere ista uerba. Et sic ī morte sua fuit eclypsis & alia mirabilia: sed cū hoc isti dicāt de dominio quartaꝝ: & nihil ꝑbent: & uerba eorum uana sūt & melācolica & contra ueritatem sanctæ fidei reuerēdæ: qa xp̄s dñs nr̄ non fuit un⁹ de illis diis p influxū cœlestiū corpoꝝ & incuboꝝ & succuboꝝ. Immo uere filius dei uiui qui uenit in uirginē gloriosam & humanum genus ex manibus retraheret inimici. Et q̄ uere sit filius dei & non factus a natura cœlestium: immo naturæ cœlestis factor apparet nobis per multa. Primo per tres magos qui erant maiores astrologi mundi & sciebant uniuersa naturæ secreta: uoluerunt ipsum tanq̄ dei filium in regem adorare: uidentes in stella quæ eis apparuit cum quadam cruce puerum co-

ronatum. Sibylla præterea & Octauianus in ortu xp̃i uiderunt ſolem auro coronatũ. Primo poſt eius incarnationem nunq̃ fuit in uoluntaria corporum tranſportatio a malignis ſpiritibus ſicut primo. Aliud ualde mirabile eſt q̃ dicit Floron: q̃ eſt ſpiritus quidam naturæ nobiliſſimæ qui fuit de hierarchia cherubin interrogatus de xp̃o reſpondet his uerbis. Carnem ſumpſit humanam ut per ipſum ſaluaretur omnis caro. Sibylla dixit. Cum rumpetur fons olei: naſcet ſaluator mundi. Et hoc de aduentu dicit: & loquẽs eius iudicio qñ debet per ignem ſæculũ iudicare. ubi ſic dicit ad litteram. Et ueniet in conſpectu agni. i. xp̃i abomina tio peccatorum & ultionis appeti tus: & deſcẽdens ignis terribilis q̃ uniuerſa creatura uſq; Adã cõcre mabit: & cõcrẽabit ultra ſolare lu minare nec iubar non mõtes aut colles nec hominum habitatio ẽ in terris: ſed deſcendet nox tubæ terribilis aduocans omnes ut ue niant in examen. Adhuc eſt ali ud ſignum q̃ iudæi propter pec catum nunq̃ cœlum aſpiciunt: & poſt mortẽ xp̃i oẽs homines iu dæi ut mulieres menſtrua patiũt nec adeo a morte illa citra potue runt aliquam gratiam obtinere: nec habent proprias manſiones. Vnde exponatis aut deus natu ræ: & non factus a natura cœleſti um: ut dicunt iſti ſimplices igno rantes.



Ex prædictis pa tet q̃ cũ eclypſis ſolis eſſet in paſ ſione domini: & eadem paſſio eſ ſet in plenilunio illa eclypſis ſolis non fuit natura lis: immo mira culoſa contraria naturæ: quia eclypſis ſolis in nouilunio uel circa debet contingere. Propter quod legitur Dionyſium ariopagi tam in eadem paſſione dixiſſe. Aut deus naturæ patiẽ aut mundi machina diſſoluetur.

c IRCA hãc ultimã ptẽ eſt una dubitatio. Vtr̃ eclypſis q̃ fuit in paſſiõe xp̃i fuiſſet naturalis mi raculoſa: & uideẽ q̃ nec naturalis nec miraculoſa. Et prio ſic: aut fuiſſet naturalis aut miraculo ſa. Nõ põt dici q̃ naturalis: qa naturalis eclyplis ſolis fit in nouilunio. Sed xp̃s paſſus fuit ĩ ple nilunio: qa luna erat in. x. gradu libræ. Sol uero in. x. gradu arietis: ut ẽ notũ: qa nõ fuit ſolis obſcura tio naturalis. Primo arguo ſic q̃ nec miraculoſa. Ad generationẽ ſiue cõtingẽtiã eclypſis in plenilu nio ſequeretur mutatio cœleſtiũ uel ſubuerſio. Sed cã uniuerſali ſubuerſa & imutata puertiẽ & muta tur uniuerſaliter cãtũ. Cũ ergo ordo cœleſtis uniuerſalis cã iſtor̃ inferior̃ cũ oĩa inferiora nõ fuerint tũc ſubmerſa: nec ẽt imutata. Videẽ ẽt q̃ nec illa ſupiora: ergo eclypſis ſolis in morte xp̃i nõ fuit mira culoſa. p̃terea qđ deus nõ põt facere: illud nõ põt fieri aliquo mõ: ſed deus nõ põt facere cõtra ratiões quas rebus nec cõtra ſeip̃m naturæ inſeruit: quare &c. Huius rõnis maior eſt nota. Declaraẽ minor p Aug. dicẽtẽ q̃ nõ facit cõtra rõnes quas rebus inſeruit: ſicut nec cõtra ſeip̃m. Quare uideẽ q̃ illa ecly pſis nõ fuit miraculoſa. In cõtrariũ uideẽ Dionyſius: & ſiẽr multi alii p̃bi. Et ſiẽr ueritas manifeſta. Vñ dico q̃ de ipſa obſcuritate multæ fuerũt opiniões. Aliq dicũt q̃ ipſa obſcuritas fuit ex interpoſitiõe alicuiuſdã cometæ q̃ uocaẽ milex: & eſt ex cõplexiõe ueneris: & circuit. xii. ſigna: & cũ apparet inſur gunt mutãtes leges. Et nocet regibus & potẽtibus cũ inſurgit. Vnde iſta interpoſita fuit inter ſolem & lunã: & ſic fecit obſcurari. Sed obſcurato ſole: ſic luna p cõſequẽs fuit obſcurata: qa ipſa luna nõ niſi a ſole lumẽ hẽt. Sed qđ iſti dicũt eſſe falſũ pp duo: & cõtradicũt ſibi ipſis. Primo ſi q̃tũ q̃to addaẽ totũ qđ eſt fiet maius. Sed addere lucidũ lucido eſt illuminare & nõ obſcurare. Sed cometa illa eſt clara lucida & ſubtilis: qa eſt aer aliqualiter inflãmatus: dato q̃ fuiſſet una cũ ſole: fuiſſet ſol magis ſplendi dus & nõ obſcuratus. Præterea nulla cometa ẽ in tãta altitudine q̃ poſſit ꝓhibere radios ſolares ad lu naẽ tráſmitti eo q̃ ipſi efficiunt in firma aeris regiõe: quare ſimiliẽ eſt de eis ſicut eſt de nubibus eleua tis: q̃ nõ eleuanẽ niſi circa p ſpaciũ milliaris: ut dicit Albumaſar: quare &c. Alii dicũt q̃ illa eclypſis fu it in hieruſalẽ uirtute elitropiæ. Elitropia eſt quidã lapis: ut ſupius dixi uobis uiridis: & hẽt guttas ſã guineas: ſi ponaẽ in cõcha aquæ plena ita q̃ ſol tãgat ip̃m lapidẽ: eleuanẽ ſtatim uapores: & obſcurãt ſtatim orizõtẽ in illa ciuitate. Iſte lapis uulgariter diẽ orfanella: quæ reddit hoiem inuiſibilẽ. Et ſi ſecũ iũgaẽ herba q̃ diẽ elitropia: nõ q̃ accipiat aſpectũ hoĩum: ut portãs nõ uidere ſicut aliq dicũt. Sed ſicut magnes. i. calamita hẽt ꝓprietatẽ attrahẽdi ferrũ: ſic elitropia hẽt ꝓprietatẽ ãmouẽdi & fugãdi hoĩum oculos a geſtante: ut non uideantur. Sed iſti qui dicunt q̃ eclypſis fuit facta uirtute Elitropiæ: falſe dicunt: quia obſcuritas quæ fit per elitropiam: non fit niſi in una ciuitate. Sed eclypſis in morte chriſti fuit uniuerſalis per mundum in eadem hora quæ fuit in Hieruſalem. Alii dicunt q̃ illa eclypſis fuit interpoſitione Veneris & Mercurii qui uadunt ſemper cum ſole. Sed dictum eſt impoſſibile. Nam Venus & Mercurius non poſſunt eclypſare Solem: ut dicit Meſedach in libro de cauſis orbium.

Venus & Mercurius cum sunt sub sole in uno gradu in longitudine sunt longioris q̃ esse possunt in latitudine. Præterea si Venus & Mercurius possent solem obscurari omni mense solis esset eclypsis. cum omni mense Mercurius cum sole iungatur in uno gradu. Immo dico q̃ si sol in morte christi eẽt obscuratus ex interpositione ueneris & Mercurii fuisset utiq; miraculum magnum: & præter natura naturalis circulorum motus fuisset mutatus: eo q̃ quinq; planetæ declinant a linea illa eclyptica: nec uaduut sub ea præcipue Venus & Mercurius qui si mouerentur sub ipsa possent solem obscurare siue eclypsari. Hoc autem est impossibile quia & primum. Dico ergo ad quæstionẽ q̃ illa eclypsis i mor te christi miraculosa fuit & præter naturam: & solum ex diuina potentia absoluta: quia deus quando uult potest ordinem mutari naturæ uelle posse conuertuntur in ipso. Et q̃ miraculosa fuisset ostendo tibi triplici signo. s. ratione temporis loci & repugnatione. Ratione temporis in quo fuerit. s. in maio ri distantia quæ posset esse inter lunam & solem. uidelicet in oppositione: quia sol erat in decimo gra du arietis: & luna in decimo gradu libræ. Nec poterat inter solem & lunam maior esse distantia. Ra-tione loci: quia omnis naturalis eclypsis incidere debet ab occidente propter naturalem lunæ motũ. Ista incepit ab oriente. Ratione repugnantiæ: quia pars absentata prius non illuminabitur sicut debet secundum naturam & propter alia multa possunt ostendi: sed hæc sufficiãt. Vnde ad formam ratiõis. Ad primam cum dicitur q̃ non erat naturalis: dico q̃ fuit naturalis. s. facta uirtute naturantis: sed fuit præter naturam. Ad alia cum dicitur q̃ facta subuersione non uniuersalis &c. Dico q̃ duplex est cau-sa uniuersalis. s. prima: siue prima & secunda. Dico q̃ deus est causa prima & propria uniuersalis. Cœ. lum est causa uniuersalis secunda. Vnde omnis causa primaria plus est influens super suum causatum q̃ secunda uniuersalis causa. Sed deus causa omnium naturalis prima subuersa influentia causæ secun dariæ potest remouere influentiam primam supra tantum: ergo deus potuit facere inferiora stare in proprio esse mutatis & subuersis orbibus corporum superiorum. Ad tertiam rationem dico q̃ quan uis Augustinus dicat q̃ deus non facit contra rationes quas deus inseruit &c. Dico q̃ uerum est nisi ordine gratiæ superioris utatur: quod est miraculum: quia tunc creata omnia mutant ordines & obe-diunt creatori: cui sit honor & gloria in æternum. Si in hoc meo scripto & in omnibus aliis inueni untur aliqua nõ bene dicta ipsa omnia correctioni sacrosanctæ romanæ ecclesiæ & meipsum submit to. Qui me legit intelligat & benedicat dominum qui mihi tribuit intellectum: eo q̃uetera transiue-runt & innouata sunt omnia.

Cicchi Aesculani in Sphæram Enarratio fœliciter explicit.

25

¶ Quæstori Patauino Laurentio Donato Patricio Veneto Franciscus Capuanus Sipontinus Artium ac Medicinæ Doctor. S. P. D.

TAMETSI humanæ uitæ imbecillitas Laurenti Donate uariisq; casus(quibus nostræ sæpe cogitationes in medio curriculo franguntur atq; corruũt)me crebro admonuerunt ut nostros comentariolos in sphæram tandem exhiberem. Eos tamen in nonum annum Horatio autore constitui præmere pariter & quiescere ut ad eos aliquando tanq̃ alienos redirẽ: & ut ad posteros emendatiores peruenirent. Verum quom perspicerem: te non mediocri teneri desiderio cognoscendi siderum rationem & legem: ac cœli structuram elegãtissimam: unde & mũdi nomen inditũ est: opere preciũ duxi præstituto tempore non expectato nostras uigilias repetere: tuæq; pro uiribus non de esse uoluntati. Nam quáuis minime sim nescius: tui ingenii acumen humanitatis studiis ac philosophia exculti nostra nõ indigere explanatione. Tamen hoc te labore reipublicæ detentum curis leuandum existimaui: quare innata humanitate qua litteratos omnis amplecteris atq; foues: suscipe hoc munusculum meæ in te pietatis testimonium. Quod quantulumcunq; astronomiæ studiosis collaturum sit: id omne tibi acceptum ferant. Vale mi unice patrone.

¶ Ioannis de Sacrobusto Astrologi Celeberrimi Spericum Opusculum cũ breui & utili expositione Eximii Artium ac Medicinæ Doctoris Domini Frãcisci Capuani de Manfredonia astronomiam in Patauino Gymnasio Puplice Legentis Fœliciter Incipit.

PROLOGVS.

ICVT uult philosophus in principio sui libri de anima dupliciter scientia aliqua nobilior alia prædicatur: primo dignitate subiecti: cuius ratio est quia subiectum est materia & causa circa quam scientia uersatur & est modo non est ambigendum cæteris equalibus causa nobiliori existente effectum eius esse nobiliorem: & hoc est qđ idem p̃fatus philosophus secũdo de cœlo. xii. metha. &. xvi. de animalibus cõfirmat q̃ melius est parum scire de re & subiecto nobiliori q̃ multum de uiliori: quare melior ẽ scientia nobilioris: imo ob scientiam uilioris imperficitur & uilescit ut idem. xii. methaphysicæ q̃ non esset nisi uilitate subiecti: certum est igitur scientiæ dignitatem ex subiecto & materia circa quam ipsa uersatur atendi debere: secundo scientia nobilitatur demonstrationis certitudine & modo procedendi: quoniam cum ratio formalis sciẽtiæ sit causæ cognitio & ex ea ad effectum processius uel ecõtra in duplici manerie demonstrationis ut habetur in primo poste. q̃to huiusmodi noticia eorum firmior est tanto & scientia nobilior: tanto autem noticia est firmior q̃to processus certior & demonstratio uigorosior: quare certitudine modi demonstrandi scientia quælibet nobilitatur: astronomia autem utroq; modo reliquas scientias uincit & excedit: primo quidẽ nobilitate subiecti: subiectum nãq; eius est corpus cœleste quod ueluti inferius declarabo per corpus mobile circa medium importatur: tale autem cum sit substantia nobilius est subiectis scientiarum mathema. quæ quidẽ q̃titates sunt ut magnitudo & numerus ut omnes fatentur: præterea quoniam in generabile incorruptibile quod nec intensione crescit: nec retractione minuitur: nec uariatione permutatur: sed semper in propria ui suæ se nature subsidiis nixum custodit primo de cœlo & mundo: quod ob eius excellentiam locum nobiliorem altiorem ac principio primo propinquiorem sibi uẽdicauit: & mediator astractorum & corruptibilium Auer. primo cœli cõmẽto uigesimo secũdo: quinimo omniũ generabilium & corruptibilium causa ex omnium sententia philosophorum: corpus cœleste inter omnia corpora præstantissimum est: qua de re astronomia excellit & mathematicas sciẽtias & naturales disciplinas: minime autem diuinam. Est & secundo scientia hæc nobilis & dignissima demonstrandi certitudine & firmitate: probat nãq; & demonstrat certissimis rationibus uidelicet mathematicis demonstrationibus in quibus nulla intercipitur ambiguitas: sed retinẽt certitudinis gradum supremum Auer. secundo methaphysicæ comento. xvi. testante qua de re ratione procedendi & naturalem excedit & diuinam nõ autem mathema. & hac de causa philosophus secũdo phy. uocat astrologiam mediam inter naturalem & mathe. per participationem: participat nãq; naturalis scientiæ subiecto immo nobiliori parte eius subiecti & ideo ea dignior: modo uero procedendi utitur mathematico ut est uidere in libris theoricæ astronomiæ præsertim in Almag. ptolo. & ideo certissima est prædicanda gratis est igitur dignitas & utilitas astronomicæ disciplinæ: quam quoniam nemo bene adipisci poterit absq; hoc opere sphærico: cum ĩ eo radices principia & fundamẽta quibus ignotis astronomia pericitabitur: breuiter succinte & ordinate traduntur: quare nouitiis hanc disciplinam cupientibus aditum est & uia patens: eiusdem operis q̃ta sit utilitas dignitas & excellentia facile liquet: ausim namq; dicere & fateri esse tantam q̃ta est totius scientiæ: quinimmo in eo tota theorica astronomiæ in uniuersali cõtinetur & confuso: huiusmodi nãq; pars tota uersatur circa figuram & situs uniuersi & præcipue cœli: circa motus primi mobilis: & orbes & motus inferiorum sphærarũ: quæ omnia siquis bene cõsideret in hoc paruo ope cõprẽdet: in prio nãq; tractatu eius figura & situs declaratur uniuersi.

In ſecundo circuli ſphæræ exponuntur:in tertio motus primi mobilis notificatur: in quarto uero & ultimo orbium & motuum planetarũ noticia traditur. Et ſic patet q̃ tota materia aſtronomica theoricalis in hoc paruo libello contenta eſt. Quare ſequitur q̃ idem eſt ſubiectum in eo qđ in tota aſtronomiæ theorica:eſt autem ſubiectum aſtronomiæ huius corpus mobile ad ubi circa medium inquãtum mobile:ut alibi declarauimus pro nunc autem dico q̃ quia aſtrologia ſubalternatur naturali in qua ſubiectum eſt corpus mobile: hoc idem in ea limitabitur: at quia corpus cœleſte quod aſtrologus conſiderat non mouetur niſi motu locali eſt additum ad ubi:& quia de motibus localibus non mouetur niſi circulariter adiunctum eſt circa medium & hoc tale ſcilicet corpus mobile ad ubi circa medium eſt ſubiectum in tota aſtrologia tam theoricali q̃ iudiciali: ad hoc autem ut a iudiciali hæc diſtinguatur additum eſt inquantum mobile:nam corpus mobile ad ubi cætera eſt ſubiectum ī parte iudiciali non inquantum mobile:ſed inquãtum effectuum in his inferioribus productiuum ut notum eſt ſequitur q̃ corpus mobile ad ubi circa medium inquantum mobile ſit ſubiectum in hoc libro ſphæræ: & eſt ſimilis comparatio huius libri ad totam partem theoricalem comparationi libri phyſicorum toti philoſophiæ naturali:quẽadmodum nãq; in libro phy. habetur noticia totalis philoſophiæ naturalis in uniuerſali & confuſo ita in hoc opere totius aſtronomiæ theoricæ traditur cognitio:& ueluti idem eſt ſubiectum ī libro phy.& tota philoſophia naturali corpus .ſ. mobile: ita idẽ eſt in opere ſubiectum & in tota aſtronomiæ theorica ob cauſam iam prius narratam:quod eſt corpus mobile ad ubi circa medium:& ita patet per prædicta huius operis utilitas & intentio ſiue ſubiectum. Quod quia & expoſitione indiget & multorum notificatione:cum nõ tantum mihi ipſi natus ſim:pro utilitate inchoantium & ſcientiam huiuſmodi affectantium ceu noſtræ uires ſe extẽdent ſtatui declarare:q̃ ſi noſtra expoſitio ſicut non ambigo diminuta fuerit & imperfecta ſequentes gratiã mihi habebunt:cũ eis deberim uiã eã cõplendi:& opuſculum præſens melius & perfectius iterp̃tãdi.


PRIMVM

Tractatum de ſphæra quattuor capitulis diſtinguimus.


PHAERA igitur ab Euclide ſic deſcribitur. Quia ſubiectū in ſcīa eſt illud circa qđ prin
cipaliter uerſaī eius oīs cōſideratio: ſubiectū noīatū eo q̄ in ſcīa ſubiiciī & determinaī:
de eo nanq; pprietates & paſſiones cōcludunī: & materia exiſtit circa qđ alia ſpeculanī
ſ & ſphæra q̄ per corpus mobile ad ubi circa mediū: inquantū mobile importaī in pñti
opere eſt ſubiectū: ut diximus: cōueniēs eſt ut de ſphæra partibus eius & paſſionibus in
eo determineī. Quæ qđē determinatio quadripartita eſt: ſcđm q̄ in quattuor tractati-
bus agiī. Primo nanq; diffiniī ſphæra & eius indiuiſibilia: ut cētrū axis & poli ſphæræ
eaq; diuidiī. Multa quoq; aſtronomiæ pricipia declaranī: ut q̄ ſit forma mūdi: q̄ cœ-
lū ſit ſphæricū: q̄ terra & aqua hēant figurā rotūdā: q̄ terra ſit ī medio & cētro totius: q̄ ſit paruæ q̄ti-
tatis & ad inſtar pūcti reſpectu ſphæræ: q̄ īmobilis & fixa ī loco ſuo naturali: & demū eiuſdē q̄tas de
mōſtraī: qbus negatis nō tm̄ effectus aſtrorū cōfunderenī: īmo eorū ſcīa totaliter nobis abnegaretur.

Secūda huius opatio eſt de circulis qbus ſphæra cœleſtis hoc eſt cœlū imaginaī cōponi: ſiīr & ma-
terialis ſphæra hoc eſt ſphæra facta & cōſtructa ex aliqua materia uti ferro uel ligno illā repñtans ī tra
ctatu ſecūdo ibi. HORVM aūt circulorū. Tertia conſideratio erit in tractatu tertio de motu primi
mobilis & primæ ſphæræ. ſ. de ortu & occaſu ſignorū & cœli mediatione: & ſecūdo de diuerſitate die
rū & noctiū quo ad lōgitudinē & breuitatē: cuius diuerſitatis cā eſt ortus & occaſus ſignorū diuerſitas
& tertio de diuiſione terræ hītabilis in climata: in quibus huiuſmodi diuerſitas cōtingit ibi. SIGNO
RVM autē ortus. Quarta & ultima huius libri ſpeculatio erit de ſphæris aliis: a prima de ſphæris ui
delicet planetarū & eorū moribus. Et de quadā paſſione eorū. ſ. de eclypſibus: & hoc in quarto tractatu
ibi. NOTANDVM q̄ ſol hēt. Circa pt̄ē primā eſt notandū q̄ pfecta de aliquo ſcibili hētur ſcīa ex
tribus. Primo ex diffinitione & expōne pfecta illius ſcibilis. Si.n. ſubiectū nō declareī ſed ignotū re-
maneat: qualiter de eo ſcīa acqreī? Secūdo ſcīa pfecta alicuius cōſiſtit in eiuſdē diuiſione in partes: niſi
nāq; diuidaī nō diſtincte ſed cōfuſo mō tm̄ cognoſceī. Tertio cōpleī ſcīa in notificatōe partiū ſcibi-
lis & eius paſſionū: ut declarat Ariſt. prīo poſterioꝝ. Nō.n. ſufficit ſcire ſubiectū & partes hīe: ſed ptiū
pprietates & paſſiones nō ignorare requiriī: ut ſcīa cōpleatur. Hac de cā uolēs autor pfecte ſphærā no
tificare eā prīo diffinit. Secundo ſphærā diuidit ibi. SPHAERA aūt dupliciter diuiditur. Tertio uero
partiū motus determinat & pprietates ibi. VNIVERSALIS aūt mūdi. Sphæra aūt dupliciter conſide
rari pōt. Primo modo q̄tū ad fieri. Secūdo mō q̄tū ad factū eſſe: igitur eā dupl'r notificat. Primo diffi
nitione primo mō q̄ mathematica eſt magis & imaginatoria. Secūdo uero ſecūdo modo diffinitiōe
naturali magis & realis ibi. SPHAERA ét a Theodoſio. Pro lucidiori notitia diffinitōis utriuſq; no-
tandū eſt prīo q̄ ſicuti hētur ī prīcipio elemētorū Euclidis: Figura é q̄titas termīo uel terminis clauſa
& cōtēta. Siquidē oīs q̄titas ut naturales demōſtrāt finita eſt & terminata. Termini aūt quibus oīs q̄ti
tas terminatur: ut ibidē uult Euclides & pbs in p̄dicamētis ſunt triplices. pūcta. ſ. lineæ ac ſupficies: ſed
quia pūcta q̄titatē nullā claudunt neq; figurā cōſequēter: ſed lineæ tm̄ & ſupficies: figura oīs lineis tm̄
uel ſupficiebus: pūctis aūt minime. Prīo terminatur & cōtinetur: & ſiquidē ea lineis claudatur: ex quo
lineæ termini ſunt ſupficierū figura dicetur ſupficialis. Si uero eadē ſupficiebus cōtineatur: quia ſupfi-
cies termini ſūt corporū corporalē figurā noīauere: quia igitur termini quibus figuræ terminantur nō
ſunt plures his: neq; figuræ ipſæ plures erunt. Præterea figura ſuperficialis uel terminatur linea una tm̄
quæ rotunda erit: quia linea recta neq; una neq; duæ figurā claudunt per. v. petitionē primi elemento
rum: & talis erit circulus & figura circulans. Vnde circulus eſt figura plana. i. ſuperficialis unica linea
circulari contenta: & hæc linea circulum continens circūferentia dicta eſt. Vel terminatur figura pla-
na pluribus rectis lineis: & tunc uel tribus: quia duæ non claudunt (ut dictum eſt) figurā: & conſurgit
triangulus. unde triangulus eſt figura plana rectilinea tribus rectis lineis contenta: uel quattuor & di
citur quadrangulus: uel quinq; & uocata eſt pētagonus: & ita ulterius ſingulis numeris a trinario per
æqualitatem lineaꝝ figuræ planæ ſingulæ ꝓducūtur & ab eiſdē nūeris denoīanī. Eodē quoq; mō fi-
gura corporea uel terminatur ſuperficie unica & ſimplici: quæ rotunda eſt per ſundamentum idem:
& huiuſmodi figura dicitur rotunda. Quæ ſi ſuperficies eā terminās & claudēs nullā hēat eminētiā
& depreſſionē: īmo per totū ſit æqualis & æqualiter diſtās a centro dicta eſt ſphæra uel corpus ſphæri
cū. Si uero non ſit pfecte rotunda: īmo oblonga ut ouū: uel lata ut lens: uel eminentiā aliquā poſſidēs
& depreſſionē rotunda erit ſphærica uero minime: quæ ſi longitudinē hēat maiorē oualis: ſi uero la-
titudinē lēticularis: ſi aūt depreſſionē & eleuationē rotunda irregularis dicitur. At ſi ſuperficiebus plu
ribus terminetur: uel quattuor & dicetur piramis trilatera: uel quinq; eſtq; piramis quadrilatera: uel
ſex & fiet cubus: uel octo & erit octocedron: & ita de aliis quas quia Euclides optime proſequitur nō
curo aliter exemplificare. Secundo eſt notandū pro declaratōe primæ diffinitionis poſitæ. ii. elemē
torū prope principiū: q̄ huiuſmodi p̄dicatio ſphæra eſt: tranſitus non eſt idemptica & eſſentialis: quia
diffinitū quod eſt ſphæra corpus eſt de p̄dicamento ſubſtātiæ. Trāſitus aūt cū ſit motus localis in p̄-
dicamēto actionis uel paſſiōis locatur. Modo ea quæ ſunt in p̄dicamētis diuerſis idēptice & eēntialr

ꝓdicatõe affirmatiua de se ĩuicẽ minime ꝓdicant:sed bñ negatiue ut hẽt prĩo poste.quare falsa ẽ hæc ꝓdicatio idẽptice:ueꝝ erit ꝓdicatio cãlis ita ĩtelligẽda.Spha ẽ trãsitus.i.corpus causatũ seu cãri imaginatũ ex trãsitu:qđ ueꝝ ẽ scđm mathematicã imaginationẽ.Imaginant nãq; mathematici lineã motã cãre supficiẽ:& supficiẽ corpꝰ:& ita ĩ ꝓposito lineã circũferẽtialẽ medietatis circuli moueri uolutione cõpleta & supficiẽ cõuexã sphæræ ꝓducere. Tertio ẽ notãdũ ceu ex dictis liq̃t circulũ unica tm̃ circulari linea & rotũda terminari & cõcludi:q̃ linea dicta ẽ circuli circũferẽtia.i.linea circuẽs & concludẽs circulũ.Linea uero recta p cẽtrũ circuli trãsiẽs usq; ad circũferẽtiã eius diameter dr̃ circuli: ut patet ĩ prĩcipio Euclidis.Est nãq; diameter linea recta p cẽtrũ circuli trãsiẽs applicãs extremitates eius circũferẽtiæ diuidẽs circulũ in duo æq̃lia.Capiaꝫ itaq; diameter a b:cui medietas circũferẽtiæ circuli a c b ĩfixa circũuoluaꝫ diametro nõ mota donec circũferẽtia dicta redeat ad locũ suũ.i.ducaꝫ pfecta reuolutõe:usq; quo circũferẽtia redeat ad c uñ moueri ĩcepit.In spacio nãq; illo imaginaꝫ descriptũ eẽ corpus qđđã rotũdũ qđ spha seu sphicũ corpus noiaꝫ:qđ qa ĩ plano melius & clarius declarari nõ põt:sed materiali instr̃o patescit pfectiorẽ ex planationem lectoribus relinquo. Deinde cum dicit.



SPHAERA ẽt a Theodosio.Sphærã definit realiter magis & quo ad factũ eẽ diffinitõe Theodosii uñ dicit.Sphæra ẽ solidũ.i.figura solida & corpea:p hoc nãq; qđ dr̃ figura ponit genus: quo cõuenit nõ tm̃ solidis figuris:ueꝝ ẽt planis & supficialibus. Ad hoc aũt ut differat a supficialibus ponit prima dr̃ia.s.solidũ.i.corpea:uocaꝫ nãq; solidũ oẽ id qđ hẽt soliditatẽ & ꝑfũditatẽ q̃le corpus ad dr̃iam plani qđ hẽt planiciẽ tm̃.i.lõgitudinẽ & latitudinẽ.At qa figuraꝝ corporaliũ plures sũt spẽs q̃ nõ sunt sphæra:ut supius ĩotuit.Spha nãq; spẽs ẽ figuræ corpalis qđ denotauit cũ addidit qđđã. i. ẽ corpus pticulare & determinatũ:nõ aũt oẽ.Ad hoc igr̃ ut differat a reliqs figuris corpeis q̃ nõ sũt sphæra.Se cũđã adiecit dr̃iam.s.unica supficie cõtẽtũ.Aliæ nãq; corporeæ figuræ pluribus supficiebus cõtinent ut supra declarauĩ.Sed qa figuraꝝ cõtẽtaꝝ unica supficie aliæ sũt oblõgæ ut ouales:aliæ uero depssæ & latæ ut lẽticulares:q̃ &si rotũdæ sũt:ut supra claruit sphæra dici nõ debẽt.Aliæ uero sũt rotũditatis pfectæ nõ hñtes depssionẽ uel eleuatõem ut sũt sphæricæ:ut distinguaꝫ sphæra a primis tertiã adiunxit dr̃iam.s.in cuius medio pũctus ẽ a quo oẽs lineæ ductæ ad circũferẽtiã sũt æquales.In figura nãq; ouali lõgiores sũt lineæ a medio ad ptẽ oblõgã & acutiorẽ ductæ q̃ ad ptẽ depssam:& ita ĩ aliis figuris nõ regularibus hñtibus.s.depssionẽ & eleuationẽ:quaꝝ supficies ñ æqualr̃ distat a cẽtro & medio eius:neq; cõsequnter lineæ ductæ a medio ad circũferẽtiã æquanr̃:& ita hr̃ explicatio pfecta diffinitõis sphæræ q̃ fuit secũda. In hac pte aliq logicates pueriliter dubitãt.Cũ spha & corpus sphicũ sit ĩbm ĩ hoc ope.subiecti ãt ĩ scia supponit nõ tm̃ qa ueꝝ qđ prĩo poste.Debuit igr̃ diffinitio sphæ hic ꝓsupponi & nõ declarari. Sed hi nõ aduertũt q; qđ ĩ scia ꝓsuppositũ nõ ẽ qđ rei sed qđ noĩs.i.significatũ noĩs:ut oẽs cõcedũt ĩ prĩo poste.Significata nãq; noĩum (cũ ad placitũ significẽt) nõ põt ꝓbari: & ita hic suppositũ ẽ qđ hic terminus spha significet.Significat nãq; corpus rotũdũ pfecte:cũ noĩbus ut plures utunr̃ utẽdũ sit.vi.topi.Diffinitões aũt sphæræ qđ rei declaratæ sũt ut patuit. Præterea & siqđ in scia supponaꝫ:nõ tñ excludit qn possit declarari & notificari:nõ tñ debet demõstrari & forti rõne ꝓbari:qa tũc nõ supponereꝫ:& ita ad ꝓpositũ diffinitões sphæræ nõ sũt ꝓbatæ sed declaratæ tm̃ eo mõ quo sõm ĩ oĩ scia notificaꝫ:hoc nãq; nullo mõ ĩcõuenit. Et qm̃ spha descripta ẽ ꝓ mediũ cõsequẽter declarat mediũ sphæ:& alia q̃ sũt de rõne eius inq̃tũ mouet.Vñ dicit q; pũctus in medio sphæ æqdistãs a q̃libet circũferẽtiæ pte cẽtr̃ dcm̃ ẽ sphæ.uerbi gr̃a.Spha a b supra pũcto c descripta a quo oẽs lineæ ductæ ad circũferentiã sũt æquales c.igr̃ pũctus cẽtrũ sphæ dicet:& tale ẽ medium terræ:terra nãq; ẽ ĩ medio cœli ab oĩ pte eius æqdistãs.Si aũt p dcm̃ cẽtr̃ recta linea ducaꝫ extrẽa eius utraq; ex pte applicans circũferẽtiæ sphæ:& sphærã diuidẽs in duo æq̃lia axis sphæræ uocaꝫ:ut a c b pp sĩlitudinẽ quã hẽt cũ axe curri:sicut nãq; rota curri uoluit circulariter sup eiꝰ axe:ita spha imaginaꝫ uolui sup axe hac:hẽt ãt se axis ad sphærã ceu circulũ diameter:sicut nãq; diameter trãsiẽs p mediũ circuli & extrẽa eius applicãs circũferẽtiæ dĩuidit eũ in duo media:ita axis sphærã:ueꝝ diameter in plano scripta ẽ.Axis uero ĩ sphærico.Pũcta uero duo a & b axis dicti termini poli mũdi dicti sũt.i.poli totius entis circulariter mobilis:sup nãq; axe a c b:& polis a & b totũ cœlũ circũuolitur motu diurno ut sphæra materialis ostendit.




SPHAERA aũt dupliciter.Ponit in hac pte diuisionẽ sphæræ:pro quo notãdũ q; spha dupl̃r partir põt.Prĩo mõ diuisiõe sbali & eẽntiali.Nã oĩs diuisio supioris ĩ iferiora & gñis in spẽs eẽntialis dcã ẽ diuisio:spha ãt hmõi diuisiõe in spẽs eius:hoc ẽ in sphas pticulares & cœlos diuidit:q̃ seu sint eiusdẽ spẽi seu dr̃iant spẽ in pbia nãli determinationẽ hẽt & ꝑcipue de cœlo & mũdo.Scđo sufficit tm̃ q;


sint ſeriora q̄dā ad ſphærā:in q̄ ſpha abſolute diuidit ad hoc ut diuiſio dicat ſcd̄m ſbām & eēntiā. Scd̄o ſpha diuidit añtali diuiſiōe ei nō cōueniēti exp̄pria natura:ſed pp aliqd extrīſecū.ſ.pp hītationē. Si nāq̄ nulla eēt hītatio ī terra:& nullus uidēs cœlū miniē in ptē uiſā & nō uiſā ptireť:neq̄ directe uel obliq̄ conſpiceret:& cōſeq̄nter nullus eēt orizō uel ſpha recta ſeu obliq̄:qa igī accidit cœlo terrā hītari:& ip̄m recte uel obliq̄ uideri diuiſio ſphæ ī rectā & obliquā ſcd̄m accn̄s ē & reſpectiua.Duo igī facit autor.Primo diuidit ſphærā ſcd̄m ſbam & diuiſionē declarat.Scd̄o uero eā q̄ ē ſcd̄m accn̄s ibi.SECVNDVM accn̄s āt.Propriæ ptis notitia clariori prīo ē notādū q̄ corpa cœleſtia & ſphæ duplici ordīe nūerari p̄nt & cōſiderari. Prīo ordīe naturali a digniori & ſupiori ſpha īcohādo:illa nāq̄ prior ē q̄ ſupior ē & nobilior.ſupior nāq̄ ſpha prīo enti & prīo pricipio,ppior ē:& tali ordīe ſupior q̄ a pria ītelligētiaꝝ recipit motū mobile primū noiata pria erit ſphaꝝ:& q̄ īmediate ſub ea ſecūda:& ita p ordinē itaq̄ ſpha lunæ ab ea maxīe diſtās īfima & ultīa erit ī ordīe. Scd̄o p̄nt ordine quo ad nos nūerari:ut q̄ prior ſit ſpha q̄ nobis uicinior ē: & quo a nobis diſtās maxīe ultimū locū poſſideat:& qa ſpha lunæ ,ppinqſſima ē īter ſphas oēs:ordīe tali pria noiabitur:q̄ uero ip̄i īmediata ſcd̄a:& ſic deīceps q̄ ſup̄ma a nobis maxīe diſtās ultīa erit ī ordīe.& iſto mō ordinis ſupior ſphaꝝ nona ē a nobis:qa ī nono loco ſita:quo ordine utit autor qñ dicit. Spha ſcd̄m ſubam diuidit in ſphæras.ix.ſ.ſphærā nonā:nonā uidelicet a nobis ſiqdē ſpha lunæ pria ſit:poſtea uero qñ ſubdit q̄ primū mobile dī:ītelligit q̄ illa iā dcā nona ordīe quo ad nos pria ſit ordīe naturali: uocat nāq̄ primū mobile qa primū ē corporū recipiētiū motū:ex quo moueť a prīo pricipio cā exñs motuū corporꝝ aliorꝝ ut īfra declarabo. Vtꝝ āt primū mobile nona uel decia ſit ſpha a nobis hoc ē dicere an ſphæ cœleſtes ſint ix.uel.x.requrat in expōne nr̄a theoricaꝝ ſup theorica octauæ ſphæ ī qōne qua q̄rit an ſup ſpha.viii.orbis alter ſit ponēdus pro ſaluādis apparētiis:ī qua plures oppōnes & modū quo nūerus ſphærarꝝ ſit cōprēſus declarari. Scd̄o ē notādū q̄ ſub hac nona ſpha īmediate ſituat alia ſpha a nobis locū poſſidēs octauum firmamētū nūcupata.Cuius rō ē qa ſtellaꝝ oīum q̄ ī cœlo uidenť duplex ē maneries:q̄dā nāq̄ dr̄ fixæ ī eadē ſpha ſituatæ nō motæ niſi ad modū ſphæ illius:q̄ fixæ dictæ ſūt nō qa nō moueanť qa ſenſus demōſtrat eas moueri duplici ſaltē motu:ut ī theorica de.viii.ſpha declaraui:& ēt qa ſūt corpora naturalia motū hñt.Siqdē corpus oē hēt motū.ii.phy.& prīo de cœlo:neq̄ ēt fixæ ſūt dictæ eo q̄ nō mutātur niſi motu cœli in quo ſūt īfixæ:qa eadē rōne & planetæ dicerētur fixæ:cū p ſe nō moueanť ſcd̄o cœli: īmo īfixæ cœlo:mouētur tm̄ ad motū eius:ſed fixæ dictæ ſūt:qa ſp ſeruāt eādē figurā:& fixū ſitū nūq̄ uariāt:ſed ſp in eadē ſūt,ppinqtate & diſtātia. Aliæ uero ſūt ſtellæ q̄ pp hoc q̄ īfixæ ſūt ī orbibus pluribus & diuerſis q nō mouenť æq̄li uelocitate:īmo eoꝝ aliq tardius & aliqui uelocius:ut infra patebit:& ī Almag.& libro theoricaꝝ declaraťnō ſeruāt eādē figurā ſp:īmo qñdoq̄ ppinqores & aliqñ diſtātiores adinuicē ſūt:& diuerſis aſpectibus ſe aſpiciūt:& hmōi ſtellæ planetæ græce qd errātes latine ſonat noiatæ ſūt:eo q̄ errāt nō eodē mō ſe hñtes ſp adinuicē cōparati.Mō aūt qa ſphæra octaua a nobis ceu infra,pbabo ſtellas fixas oēs hēt & defert nō īmerite firmamētū noiata ē:hoc ē ſtella deferēs ſtellas firmas & fixas. Tertio notādū eſt q̄ ſphæræ deferētes planetas & ſtellas erraticas ſūt ſeptē eo q̄ totidē ſunt illæ ſtellæ ſingulæ ſingulis in ſphæris infixæ:quaꝝ ordinē inferius,pbabo:q̄ qdē ſphæræ qa ſunt corpora adinuicē ſe cōtinētia nō ē poſſibile q̄ ſint eiuſdē q̄titatis:cōtinēs nāq̄ corpus maius ē cōtēto.quarto phy.Mō qa ita eſt q̄ ſpha Saturni ſupior alias cōtinet inter oēs planetaꝝ ſphæras maxima ē:ſeqtur deinde ſphæra Iouis.Tertio ſphæra Martis. quarto Solis.quito ſpha Veneris:deinde Mercurii:ultima uero & minima ſphæra lunæ q̄ tm̄ cōtinetur: & nullā aliā cōtinet:& hæc figura in textu demōſtrat optime. Dubitať utꝝ ſpha ſcd̄m ſubſtātiā diuidatur ī.ix.ſphæras:& uideť q̄ nō:qa nō ē niſi una:ſi nāq̄ eēnt plures uel eēnt cōtiguæ & adinuicē ſe tāgerēt uel diſtārent:nō diſtārent:qa in illo ſpatio diſtātiæ uel eēt aliud corpus replēs:qd ē incōueniēs q̄ æterne eēt aliquod corpus ibi p̄ter naturā & extra locū ſuū naturalē:uel nō eēt corpus replēs & ita uacuū qd.iiii.phy.negatur. Si uero eēnt cōtiguæ:tūc ſupficies unius eēt īmediata ſupficiei alterius qd reprobatur.vi.phy. Qd cōfirmaťducatur nāq̄ linea recta a cētro mūdi ſecās ſupficiē īfimi cōuexā & cōcauā ſup̄mi.Notū ē q̄ ſecabit in duobus eius pūctis:at quia ſupficies dictæ ſūt īmediatæ:& duo pūcta ī eadē linea īmediabūtur: qd falſū ē & cōtra p̄m eodē ī loco. Scd̄o,pbatur:q̄ ſint īfinitæ:ſi nāq̄ eēnt finitæ ita q̄ daretur maxīa ſpha oīa cōtinēs & maximū corporꝝ daretur minimū:quia ubicūq̄ datur maximū datur & minimū:cōſeqns ē falſū;ſiquidē oē corpus & cōtinuū ſectōes recipit īfinitas.vi.phy.& prīo de cœlo. In oppoſitum q̄ nō ſit ſpha unica & cōtinua q̄ tūc oēs ſtellæ uiderētur moueri unica mutatōe & æquali:cōtinuū nāq̄ ē cuiꝰmotus ē unus.v.methaph.qd falſū ē & cōtra ſenſus & apparētias:uidemus nāq̄ ſtellas diuerſis & inæqualibꝰ motibus trāſlatas:ſed nō mouētur niſi motu orbis ſcd̄o de cœlo:quare orbes mouētur motibus pluribus & cōſeq̄nter ſūt plures.Quod āt orbes & ſphæ cœleſtes nō ſint infinitæ:,pbatur.iii.lib.de naturali p̄bia:& prīo cœli:ubi p lōgū,pceſſū & efficaces rōes infinitū tā in nūeris q̄ in magnitudine negatur quia tale nūq̄ moueret:& ſcd̄o de aīa textu.xli.Oīum natura cōſtantiū terminata ē rō magnitudis & augmēti. Quia hāc qōnē ſupra theoricā octauæ ſphæræ ſufficiēter uiſū ē mihi ptractatā:nolo hac ī pte digreſſionē facere Sed hæc dixi ne oīno ſiccis ueſtigiis ptranſirē.ueꝝ argumēta añ oppoſitū q̄ militare uidētur reſtat ſoluer.


ſeptentrionis prius ei occultatas. Quod ſi terra eſſet plana procedenti per eandem planitiem uiſæ ſp uiderentur & occultæ ſemper eſſent abſconſæ: quod cum non ſit terra rotunda. Cuius rei ut ponatur exemplum ſit terra a b. cuius a ſeptentrionalis habitatio. b uero auſtralis. Cœlum uero c d e f g h. cui delicet ſtellæ ſeptentrionales. f uero auſtrales. Notum eſt enim ꝙ habitantibus in a ſtellæ c apparent. f uero ſunt occultatæ orizonte h e habentibus. q ſi in b ꝓcederent orizonte mutato in d g ſtellæ c prius uiſæ occultabuntur & prius occultatæ f apparebunt. Itaꝙ ex b in a moto ſtellæ f occultatæ erunt. c uero apparebunt & quom hmõi apparentia ſaluari nõ poſſit abſq; terræ tumoroſitate terram eſſe rotũdam fateri cogimur. Sed circa hanc concluſionem non ĩmerite quærere contingit qualiter terra ſit rotunda. cum oppoſitũ ſenſui ſe manifeſtet. Videmus nanq; in terra tot & tam magnas planities. Itẽ mõtes imenſos & ualles aliaſq; eleuatiões & depreſſiones: quæ cum eius rotũditate ſtare nõ poſſunt: ĩmo eam deſtruunt: non eſt igitur terra rotunda. Reſpondetur breuiter rotundũ eſſe duplex: quoddã nanq; regulare a cuius cẽtro ad circunferentiam omnes lineæ ſunt æquales: & tale eſt ſphericum non habens aliquam deformitatem in extremis: ĩmo æqualiter quælibet pars eorum a medio diſtat. Aliud uero eſt rotundũ irregulare quod ſcdm omnes partes non æquidiſtat a medio eius: quin ĩmo plurimas habet eleuatiões & depreſſiones: non tamen tantæ proportionalitatis ad corpus rotundum ꝙ eius ualeant deſtruere rotunditatem: ceu in pila & ſi ſit aliqua parua rimula uel foramen: aut aliqua eminentia: non tamen agent ut pila non dicatur rotunda: erit nanq; rotunda: ſphærica uero minime. Ad propoſitum reſpondendo dico ſcdm Auer. ii. cœli: ꝙ licet corpora cœleſtia ſint rotundæ figuræ & elementa: differenter tamen quia ſphæræ cœleſtes ut probarunt rationes neceſſitatis habent ſphæricitatẽ perfectã. elementa uero minime. terra nanq; propter montes ualles & loca plana: aqua uero propter inundationes: aer quia igni contiguatur: qui ob eoꝝ contrarietatẽ agunt adinuicem & patiuntur: & altero inſequenter reliquus fugit quare ſphæricitate caret aer: ignis uero quia contiguatur concauo orbis lunæ: qd ſphæricum eſt poteſt concedi ꝙ ſit ſphæricus. Non fuerunt autem figuræ elementorum ſphæricæ perfectæ quia non ſunt eleméta ita digna & perfecta ceu corpora cœleſtia. ideo eis non fuit decens & conuenies figura perfectiſſima: quæ debetur illis: licet igitur terra non ſit ſphærica ut monſtrãt montes & alia dicta: eſt tamen rotunda ut patuit. Vltra autem rationem iſtam alia non minus forti ab Ariſt. ii. de cœlo tex. cix. formata terræ rotunditas concluditur: præſupponendo perſpectiuorum ueriſſimam propoſitionem. ꝙ. ſ. umbra in figura ſimilis eſt corpori opaco illam cauſantis: unde corpus rotũdum umbram cauſat rotundam: & ſi quadratum quadratã debitæ diſtantiæ conditione ſeruata: quod patet in ductiue in ſingulis: quo ſtante capiamus lunæ eclypſim: luna nanq; eclypſim patitur dum lumen a ſole recipere prohibetur: unde cum lumen non habeat a ſe: uerum id a ſole recipit dũ impeditur ne poſſit lumen dictum accipere eclypſatur: impeditur autem (ut ratione oſtendunt pſpi & experimẽtis aſtrologi) a terra: terra nanq; cum ſit corpus opacum cauſans umbrã lunam eclypſabit inter eam & ſolẽ interpoſita: unde breuiter luna eclypſatur dum terræ ingreditur umbrã: talem igitur figuram habet terra qualem producit in corpore lunari tempore eclypſis: ſed umbra terræ in luna hoc ẽ pars lunæ quæ eclypſata eſt in particulari eclypſi ad figuram tendit circularem ut uolunt aſtrologi: & ego multotiẽs uidi: terræ igitur figura eſt rotunda. Et licet non poſſit exemplariter oſtendi niſi inſolido: in plano tamen ut ualeam depingam in circulo a b ſolem a & lunam b terram uero in medio c: & umbra terræ proiiciat uerſus lunam: quam quia non intercipiet totã partem eclypſabit ſecundũ figurã ſphæricam & rotundam: ut patet in hac figura: & in ſphærico uerius & ſenſibilius: alias rõnes quia naturales ſunt & principiis naturalibus corroboratæ phyſicis relinquo & ꝑcipue ſecundo de cœlo: ubi terræ rotunditas optime probatur.





Q VOD aũt aqua hẽat. Probat duplici rõne aquæ tumorositatẽ ſeu rotunditatẽ: quaꝝ prima patet maxime ex figura textuali: quom nauigãtes dũ ſunt a terra diſtantes: & ꝙrunt uideꝛ locũ remotum aſcendant in altum ſupra malum: & uident ide quæ uideri non poterãt ex loco infimo nauis: quod alia de cauſa accidere non poteſt niſi tumore aquæ impediente uiſiõe eiꝰ qui eſt ſub malo. nõ autẽ illius qui ẽ in ſũmo loco: quia tumor aquæ nõ pueniat ad lineã uſq; eius uiſualẽ. Pro rõe ſecunda ẽ notandum ꝙ corpoꝝ naturalium ueluti phyſice declarãt duplex ẽ maneries: ꝙdã nãq; ſunt ſimplicia

& homogenea dicta naturã eandẽ proprietatẽ & denoiationẽ in toto hñtia & ptibus quibuslibet ſen ſibilibus:& ſunt elta & multa alia mixta.eadẽ nanq; natura ꝓprietas & denoiatio ẽ in tota aqua & car ne & eaꝝ ſingulis ptibus:q̃libet nãq; pars aq̃ aqua dr:ſicut & tota aqua:& q̃libet pars carnis caro noia tur:ceu & caro tota:qua de cã ſimplicia & homogenea noiantur diuerſitatẽ ĩ ptibus nõ hñtia. Alia ue ro dñr ætherogenea & cõpoſita ĩ toto & ptibus eandẽ naturã & denoiationẽ nõ retinẽtia:ut ẽ hõ & oẽs eius inſtr̃ales ptes.pars nanq; hois nõ denoiatur hõ ut manus & caput:qa hõ nõ ẽ eiuſdẽ naturæ cũ ptibus eius:cũ cõponatur ex ptibus diuerſis in ſpẽ ſaltẽ largo mõ ut carne oſſe neruis.&c. Et ẽt di uerſis ſcdm figurã:ut manu capite pede & hmõi:& iõ tale cõpoſitũ ex ptibus diuerſaꝝ rõnum a pbis & medicis ẽ denoiatũ. In hoc igr̃ corpora homogenea differunt ab æthomogeneis: qa homogenea hñt in toto & ptibus eãdẽ naturã & rõnẽ.minꝰ uero ætherogenea.Sed aqua ẽ corpus homogeneũ ut patet:qa eãdẽ naturã &ꝓpria accidẽtia hẽt tota aqua:q̃ ptes eiuſdẽ.Sed ptes aq̃ tẽdũt naturaliꝝ ad figurã rotũdã ceu demoſtrãt guttæ aq̃ cadẽtis & rores ĩ herbis iuẽtæ:q̃ quia nõ cõtinẽtur corpe ter minato figura rotũda figurant.Figura igr̃ naturalis totius eleméti aq̃ ad rotũditatẽ tẽdit:qd ẽ intẽtũ An ãt rões hæ demõſtrẽt uel ꝓbabiliꝝ cõcludãt nolo in pñtiaꝝ diſcutere.Ptole.ãt prĩo almag.cap.iiii. aq̃ rotũditatẽ expimẽto:qd cũ prĩa rõne coĩcidere uideꝫ:oñdit dicẽs.Si ſit nauis ĩ mari tñ a terra elõ gata ꝙ nullo mõ poſſit uidere terrã & alia q̃ ſũt in ea:intm̃ appropinq̃t ꝙ eã incipiet uidere:prius ui debunt ſũmitates mõtiũ & cacumĩa reꝝ altaꝝ:deinde q̃to magis dcã nauis terræ uicinatur tãto mõ tiũ & hoꝝ uidebit ptẽ maiorẽ ac ſi ſurgerẽt ex aqua:& qñ ꝓpinqua erit:totus mõs uidebitur:quare cũ prius apparuerint ſũmitates q̃ ptes ĩfimæ:arguitur aq̃ rotũditas:q̃ ĩpediebatur ne uideretur pars ĩfima mõtis:cacumẽ uero minꝰ ut patet ꝑ figurã textualẽ. Veꝝ quia hæ rõnes ꝓcedũt potius ex quibuſdã apparẽtiis & ꝓbabilibus prĩcipiis fidẽ tm̃ faciẽtibus:quom imptinẽs ſit aſtronomo declarare figuras eſtoꝝ:ſed pẽo ptinet hoc negotiũ:nã rotũditas terræ & aq̃ ẽ qdã principiũ in aſtrologia: principia ãt cũ ſint nota in ſcia cuius ſunt prĩcipia forti rõne nõ ꝓbãtur:ſed leui iductõe & ſuaſiõe tm̃ teſte Auer. ii.&.iiii.phy.& prĩo de cœlo. Ideo formo rõnẽ Ariſt.ii.de cœlo tex.xxxi.figurã aq̃ eẽ rotũdã neceſſi tatẽ:ꝑſupponẽdo prĩo ꝙ aqua nata ẽ flueꝛ ad locũ decliuioꝛẽ nõ ĩpedita:uñ naturaliꝝ naturalitate cõi uſq; ad cẽtꝝ terræ moueretur,ſi terra eẽt ꝓforata:q̃,ꝓpoſitio & ſi nota ſit ſenſui:& capi debeatur ab in tellectu bñ diſpoſito:ita tñ demõſtro:locus ille decliuior uel ẽ ,ꝓprius aq̃ & tũc ad illũ naturaliꝝ moue tur:& fluit niſi ĩpediatur:uel ẽ ,ꝓprius terræ:& tũc licet aqua nõ deſcẽderet naturalitate ,ꝓpria:quia nõ ẽ ſimpliꝝ grauis:deſcẽdit tñ naturaliꝝ naturalitate cõi ad replẽdũ uacuũ:ad quẽ ſi nõ moueretur deſcẽ deret aer:mõ cõueniẽtius eſt & aqua magis inclinata ad deſcẽſũ q̃ aer cũ ſit grauis:aer uero leuis prĩo &.iiii.de cœlo:aqua igr̃ ad locũ decliuioꝛẽ deſcẽdet. Scdo ꝑſupponatur ꝙ locus decliuis &ꝓfundiſſi mus ad quẽ oĩa grauiſſima mouẽtur ẽ cẽtꝝ mũdi:ut patet ex.iiii.d cœlo:& locus ei ,ꝓpiqor dcliuior: eſt qbus ita manẽtibus ſupra a cẽtro circulus b c d deſignetur: & ducatur lĩea b d figurã aq̃ denotãs ſiqdẽ plana ẽ & nõ rotũ da circulũ ſecãs ex ſcda ,ꝓpõne tertii eleñtoꝝ & ĩtra eũ trãſiẽs ductis duabus lĩeis a b & a d & lĩea a c ꝑdictã lĩeã ſecãte ĩpũto e qa lĩeæ a b a c & a d ꝓ diffõnẽ circuli prĩo eleñtoꝝ Euclidis æq̃les ſũt:& lĩea a e pars ẽ lĩeæ a c q̃libet dictaꝝ maior erit lĩea a e locus igitur e ,ꝓpiqor ẽ cẽtro q̃ b & d & cõſeq̃nter ,ꝓfũdior ꝑ ſuppoſitũ ſcdm: q̃re ꝑ primũ aq̃ exñs ĩ b & d fluet ad locũ e naturaliꝝ:nõ igitur aq̃ qeſcet naturaliꝝ cũ figura hmõi: ĩmo cõ tinuæ fluet quouſq; æq̃liter diſtet a cẽtro & nõ ſit locus decli uior alio: nõ põt aũt a cẽtro æq̃liter remoueri niſi hẽat figurã rotũdã ꝑ huius figuræ diffõnẽ: aq̃ igitur neceſſario figurã hẽt rotũdã. Sed arguitur ꝙ aq̃ nõ fit rotũda: rotũdũ nãq; eſt cu ius q̃libet pars circũferẽtiæ æq̃liter diſtat a medio: ſed nõ q̃li bet pars ſupficiei cõuexæ aq̃ æq̃diſtat a cẽtro:ex quo inũdatur uñ nãq; remouẽt rotũditatẽ aq̃. Scdo terra ẽ rotũda cuius cẽtrũ ẽ cẽtrũ mũdi ut ĩfra patebit:ſi igi tur aq̃ hẽat figurã rotũdã hñs cẽtrũ mũdi ꝑ eius medio:terra & aq̃ eẽnt cõcẽtrice:ſed duoꝝ circulo rũ idẽ cẽtrũ hñtiũ alter reliquũ nõ põt ĩterſecare:ĩmo eoꝝ mĩor totaliter cõtinetur:maior uero cõti net:cũ igitur aq̃ hẽat maiorẽ circuitũ q̃ terra totaliꝝ eã circũdabit: qd cũ ſit cõtra ſenſũ:ẽ nãq; magna pars terræ diſcopta aqua:ſequitur aquã figura carere rotũda. Ad oppoſitũ ſunt rõnes factæ ſupius q̃ quia bñ ſunt expoſitæ nõ me ꝑ lõgo circa aliud niſi ꝑ reſponſione argumẽtoꝝ: ad primũ patet reſ ponſio ex ſupius dictis de rotũditate terræ:conceſſum ẽ enĩ eleméta non hẽre figurã ꝑfectæ ſphærici tatis ſed totũdã tãtũ:quã rotũditatẽ in aqua non impediũt uñ:ex quo inſenſibiles ſunt reſpectu eius: magis q̃ montes reſpectu terræ. Ad ſecũdũ dicẽdũ ꝙ cã quare terra in hac parte eẽt aqua diſcoper ta duplex aſſignari ſolet prima eſt finalis:ſecũda uero efficiens: finalis cauſa eſt quia cũ aĩalia oĩa pau cis exceptis habeant pulmonem & reſpiratione indigeãt:reſpiratio aũt fiat aere mediãte: oportuit ut eſſent in parte terræ qua aerẽ atrahere poſſent:ſi autem terra ſecundum omnes partes eſſet circundata




aqua:talia animantia non aerem imo aquam attraherent:siquidem degerent in ea: & ita uiuere non possent:ne igitur natura quæ nunq̃ deficit in necessariis animalia produxerit:quibus modum uiuẽdi non dederit:egit ut aliqua pars terræ pro uita aiantium esset discooperta. Causa aũt agens & detinẽs aquã ne fluat ad cooperiendũ terrã multiplex assignari solet.Prima cã conciliatoris differentia. xiii. articulo primo est q̃ terra non est sphærica imo est oblonga:cuius centrũ magnitudinis nõ est cẽtr̃ grauitatis:& q̃ altera pars sit leuior supereminens aquam:& ideo aqua non potest eam cooperire nisi ascendendo. Sed hæc causa uidetur mihi uana & a uero discedens.Non enim est possibile tantum altera ex parte terram eleuari q̃ excedat aquam:& ea sit altior:cum aquæ ad terram:secundo de generatione decupla sit proportio.nam in hoc casu quanuis esset maior terra q̃ aqua:etiam non uidetur uerisimile terram ex ista parte habere tantam leuitatem q̃ supereminet aquam. Ideo dat secũdam resposionem dicens q̃ in illa parte in qua aqua terram reperit sunt quædam stellæ in polo.s.arctico frigidæ aquam detinẽtes ne fluat ad hanc partem & eam cooperiat. Sed hoc iterum nihil est:quia cum de natura aquæ sit fluere ad hanc partem tanq̃ ad locum decliuiorem:nunq̃ tamen fluet imo perpetuæ retinetur:eẽt in æternum & in perpetuo aqua extra locum proprium & naturalem:quod falsum ẽ & inconueniens:nullum nanq̃ uiolentũ perpetuum primo de cœlo. Tertia eiusdem responsio & causa est q̃ in hac parte sunt quædam cauernæ & ariditates terræ:aquam eam cooperire debentem absorbentes:quæ si non absorberetur terram cooperiret. Nec etiam hoc potest stare:quia si tota terra esset uacua & cauernosa non posset tantam aquæ multitudinem absorbere:quanta est aqua debens terram hanc aridam cooperire:& illa quæ post hoc flueret. Quarta responsio est q̃ aqua in hac parte consumitur & euaporat radiis solaribus:qua consumpta terra remanet arida & discooperta. Hoc etiam ob eandem causam non potest stare.non enim uidetur qualiter sol possit consumere tantam aquæ multitudinem quanta est hæc cum ea quæ continue ad hanc partem fluit. Quare credo nullam harum causarum per se & solam esse sufficientem:nisi earum plures adinuicem combinentur. Effectus nanq̃ qui ab una tantum causa produci non potest:a pluribus simul iunctis causari poterit.Ideo dico ex sententia Aristotelis & Alberti magni secundo metheorum:q̃ sub polo arctico & septentrionali aqua multo altior est q̃ alia in parte:cuius ratio est quia propter frigiditatem illius loci aer condensatur:& aqua generatur. Vnde hi montes aquarum esse uidentur respectu aliorum locorum:neq̃ uiolenter detinetur:immo continue fluit ad locum istum decliuiorem secundum propriam naturam:& intãtum flueret q̃ terram hanc cooperiret:& undiq̃ circundaret:nisi esset calor solis & stellarum uigentium in hac parte eam subtilians:euaporans:& in aerem conuertens.Quod etiam adiuuat quia terra hæc discooperta continuo recipiens radios solares & siderum aliorum facta est leuis rara &cauernosa:aquam secundum magnam partem absorbens & consumens:nec etiam negandum est quin propter eandem causam facta sit altior terra:q̃ licet aqua fluat non tamen tam cito eam cooperire potest: immo sicut continue aqua ex septentrione fluit ad nos:ut patet sensui:sic continue ab his causis consumitur:& secundum eandem quantitatem:nisi igitur essent dictæ causæ ad uitam animantium ordinatæ:terra ab aqua undiq̃ circundaretur.Nec in septentrione uiolente retinetur:quia sicut continue generatur:continue currit:& continue corrumpitur:uiolente nanq̃ staret si nullo modo flueret. Ad argumentum dico aquam esse rotundam:licet non perfecte:& si terram non circundet:si eam nanq̃ cooperiret & a centro distaret æqualiter esset sphærica:quomodocunq̃ sit aqua tendit ad rotunditatem.In hac parte nolo determinare an centr̃ aquæ sit centrum mundi uel non:quia uidet̃ esse extra propositum.

QVOD AVTEM terra sit in medio. Declarat situm & locum terræ probans eam esse in medio mundi locatam.Necessitas autem huius probationis q̃ scilicet terra sit in medio est: ut quæ in astris uidentur apparentiæ saluentur:quæ ut patebit nunq̃ saluarentur:nisi eam in medio uniuersi locando. Probat igitur intentum duplici ratione impropria forma ab Alphagrano differentia quarta a ceptis. Quarum prima est. Si terra non esset in medio sphæræ:non æqualiter esset remota ab omni parte eiusdem:quia ex opposito consequentis sequitur oppositum antecedentis. Sequitur nanq̃ æqualiter est remota:ergo est in medio: ut patet primo elementorum Euclidis.Si igitur non est in medio: appropinquat magis parti orientali uel occidentali.Et consequenter quando sol uel aliæ stellæ essent in parte illa magis terra appropinquat:essent terræ propinquiores:& ita uiderentur maiores: quod falsũ est & apparentiæ contrarium:semper nanq̃ tam orienti q̃ occidenti æqualis magnitudinis uidentur. Igitur terra tam ab oriente q̃ ab occidente distat æqualiter: & per consequens est in medio mundi.

Secunda ratio patens est præcipue ex sententia Ptolemæi primo Almagesti capitulo quinto:quam breuiter declaro.Inquit nanq̃ Ptolemæus. Si terra non est in medio mundi tripliciter potest imaginari ab eo recedere:uel quia extra axim ab utroq̃ polorum æquidistans:uel secundo q̃ sit in axe polorum alteri uicinior:uel tertio:q̃ neq̃ in axe neq̃ polis æquidistans:quæ ut exemplariter pateat describo figuram cœlestem a b:cuius c medium:per quod linea axis a c b ducatur polis a & b existentibus Primus modus ponendi terram extra medium mundi est si sit in d extra axim a polis tamen æquidistans. At si ponatur in e axis puncto: & polo a uicinior est motus secundus.Si uero sit in f neq̃ in

axi neq; a polis æqualiter remoto reſurgit tertius modus. Alii modi ab his remotionis terræ a medio non ſunt imaginabiles




Siquidem ponatur primus modus q;.ſ.terra ſit ī d extra axim a polis : tamen æquidiſtans tria ſequerentur incouenientia & contraria apparentiis. Quorum primum eſt q; cum orizon rectus g d h non tranſeat per centrum ſphæræ non diuidet ſphæram in duo æqualia:neq; conſequenter æquatorem & circulos æquidiſtantes ei a ſote deſcriptos:habentes ſphæram rectā nūq; haberent æquinoctium:quod eſt contra apparentiam:ut patebit in tertio huius & ſecundo Almag.Similiter cum orizon obliquus diuidet æquatorem eundem in puncto d in partes inæquales:ſequitur q; cum ſol eſſet in æquinoctiali non eſſet æquinoctium in uniuerſa terra:imo uel nunq; accideret æquinoctiū uel in alio loco:quod contrariatur apparētiæ.Et ad hoc poteſt reduci ſecunda ratio autoris.ſ.q; orizon non partiretur ſphærā in partes æquales:quod eſt contra ſenſum ꝓceptum eſt namq; ubicunq; ſit homo q; cœli medietas ei ſemper apparet:quod qualiter aſtrolabio mediante ſit comprenſum non eſt præſentis declarationis.


Secundum inconueniens eſt q; illis quorum orizon eſſet.a l.a parte exiſtente orientali & l occidētali:quia.7.propoſitione tertii elementorum concedente:occidens.i.magis apropinquat terræ q̄ a oriens:ſtella exiſtens in occidente uideretur maior q̄ quæ in oriente quod eſt cōtrariū apparentiæ : tam enim in oriente q̄ occidente ſtellæ eiuſdem uidentur quātitatis:ut dicebat prima rationum Autoris.

Tertium inconueniens eſt q; cum meridiani locus ſit k per zenith .ſ.tranſiens magis diſtans ab oriente q̄ ab occidente ſequeretur q; motus ſolis ab oriente ad meridianum non æquaretur motui eiuſdem a meridiano ad occidentem:& per conſequens ſpacium tempis quod eſt ab ortu ſolis ad meridiem non eſſet æquale tempori a meridie ad uſq; occaſum eiuſdem:quod eſt contra apparentiam.

Si uero concederetur terram a medio remoueri ſcdm ſecundum modum imaginationis. ſ. q; eſſet in axe magis appropiquās alteri poloꝝ:ut ſcda figura demōſtrat hñtes orizontē obliquū d e nō uiderēt cœli medietatē. Etiam eoꝝ orizon ſecaret æquatorē in pūcto f in ꝑtes inæquales:quare ſole exñte in eo nō hērent æqnoctiū:qd̄ eſt cōtrariū apparētiæ.




Scdm incōueniēs eſt quia cū oriēs d magis uicinetur terre q̄ e occidēs ſtella exñs in d maior uideret q̄ exñs in e ut deductū eſt cōtra apparētiā. Tertiū incōueniēs ēt ſupra patefactū: qa zenith iſtoꝝ & meridianus nō æqualr diſtaret ab oriēte & occidēte:quare ſol nō cāret motū æqualē ab oriēte ad meridiānū & ab eo in occidētē:neq; tps diurnū ante meridianū eēt æq̄ le tpi poſt meridiano ēt diurno cōtra apparētiā . Quartū incōueniēs eſt q; ſole exñte in oriente & æqnoctiali uerbi gīa. g hītantes ſphā rectā nō ꝓiicerēt umbrā directe in occidēte h: & ecōuerſo:imo in l ut demōſtrat linea g c i qd̄ eſt apparētiæ contrariū:īpoſſibilis eſt igr̄ hic ſecūdus modus. Neq; ēt tertio modus ſtare pōt q;.ſ terra extra axim & inæqualr ponat a polis remota:qa a maiori cūcta ꝑdicta ſequerent incōueniētia.Cū igr̄ nullus ꝑdictoꝝ modoꝝ remotōis terræ a medio poſſit poni decēter cōcludit Pto.terrā ꝓciſe eē in medio ſitā nuſq; ab eo ſepatā & diſtātē.Com̄.ēt Auer.ii.de cœlo com̄.io3.adducit ad aliud īcōueniēs ubicūq; ponat terra extra mediū q;.ſ. nō ſp eclypſes lunares cōtīgerēt lumīaribus oppoſitis.i. qñ eſt oppō ſolis & lunæ:qd̄ falſū ē & cōtra ſenſū & apparētiā:& hæc rō ē fortis uīs & ſatis cōuiniēs.Seq̄la ita deducit: pro qua cœlū a b c pingat:cuius d mediū a quo terra remota ſit in pūcto e ſole uero in a exñte umbra terræ in b ꝓiicet:quā cū luna ingredit eclypſat ut patuit ſupra.Sed notū ē ſolē & lunā nō eē eo in cāu oppoſitos:cū pūctus oppoſitus loco ſolis ſit c ut demōſtrat linea a d c:quare luna nō oppoſita ſoli eclypſim patiet: qd̄ nūq; uiſū fuit.Neceſſariū eſt igr̄ pro his oībus apparentiis ſaluandis fateri terrā ſituari in medio totius mūdi.Neq; ēt naturales pbi ab hac ueritate diſſoni exiſtūt:imo cōcludūt neceſſario locum terræ eē cētrū mūdi.Oē nāq; fūme graue tēdit ad locū infimū qd̄ ē cētr̄ mūdi (uti patuit):terra ē grauiſſima pūo & q̄rto cœ



li:igitur cētrum mundi eſt locus eius naturalis:in quo ſi nō eēt æternaliter extra ꝑpriū locū ſituareť: quod eſt contra omnem naturam.Terræ igitur locus eſt medium uniuerſi:& hāc rationem poſſumus habere a pō quarto phy.primo & quarto de cœlo & mundo. Deinde cum dicit.

ILLVD item eſt ſignum.Probat paruitatē & inſenſibilitatem terre reſpectu firmamenti duobus ſignis:pro quo notandū eſt:ꝙ quātitas aliqua inſenſibilis dici poteſt dupliciter:primo abſolute & nulli comparata:ita ꝙ nullo modo ſenſu percipi poteſt neq; ſentiri ob eius paruitatem: omne nanq; quod ſenſu percipitur ſub certa quantitate ſentitur:quod ſub minori inſenſibile redderetur.Secundo modo aliquid dicitur inſenſibile reſpectiue & ad aliud comparatum:ad quod additum non facit ſenſibiliter maius:uerbi gratia granum frumenti & ſi per ſe & abſolute ſit ſenſibile:quia quilibet ſentiens bene dī ſpoſitus poterit eum ſentire:reſpectiue tamen & comparatum modio eiuſdem eſt inſenſibile:nam additum modio nullus ſenſus humanus percipiet augmentum:immo iudicabit totum eſſe tante quantitatis quante prius uiderat.Et quia quot modis dicitur alterum oppoſitorum & reliquum cum inſenſibili ſenſibile opponatur:dupliciter & ſenſibile dicetur:primo modo abſolute quod ſenſu percipi poteſt.Secundo modo reſpectiue:quod ſcilicet alteri comparatum & additum ſenſibiliter facit maius. Ad propoſitum quando in hoc capitulo probatur inſenſibilitas terre:non intelligitur inſenſibilem eē primo modo ꝙ ſcilicet nullo modo ſenſu poſſit cognoſci ob eius paruitatem:quia falſum eſt:eſt nāq; multum magna:& poſtea patebīt:& igitur ſenſibilis eſt primo modo.Sed audiendum eſt inſenbilem eſſe ſecundo modo & reſpectiue reſpectu ſcilicet firmamenti:nam ſi comparetur firmamento non habet aliquam ſenſibilitatem:nec ei addita ſenſibiliter crementum faciet:neq; eius quantitas in cœlo facit diuerſitatem aſpectus ſenſibilem ut declarabitur:prima igitur ratio probat terræ paruitatem & inſenſibilitatem cœli eſt. Alphag.differentia quarto:& Ptolo.primo.Almag.capitulo ſexto. ſiquidem terra reſpectu firmamenti eſſet alicuius quantitatis & ſenſibilis non uideretur cœli medietas quod ē contra apparentiam & Ptolo.ubi ſupra.Nam cum homo ſit in ſuperficie terræ uidet cœli partem diuiſam a linea orizontis tranſeūtis per ſuperficiem terre in qua homo uidens exiſtit:ſed hæc linea uidetur diuidere cœlum duas equales partes:cuius termini reſpectu cœli non diſtāt ſenſibiliter a terminis lineæ per centrum terræ tranſeuntis:ergo ſemidiameter terræ cauſans inſenſibilem illā diuerſitatem reſpectu firmamenti eſt inſenſibilis:ex quo centrum terræ diſtat a ſuperficie inſenſibiliter: & conſequenter tota terra eſt reſpectu firmamenti inſenſibis:quod declaratur exemplariter:ſit firmamentum a b in cētro c deſcriptum & ſuper eodem terra d:& ducta linea e d f p ſuperficiem eius:oculus exiſtens in c centro terræ uideret medietatem cœli a b:ſi quidem primo Euclidis linea a c b ueræ diuidit in duo media.Item oculus exiſtens in d uidet partem e f uere iudicans medietatem:quare differentia a e & b f inſenſibilis ē reſpectu totius cœli:ſi quidem ſenſus non ponit differentiā inter totam medietatem a b & partem e f:quare corda eius & ſemi diameter terræ c d inſenſibilis eſt reſpectu cœli:& conſequenter tota terræ quantitas parua eſt & inſenſibilis ē reſpectu firmamēti. Sed dubitatur in hac parte & ſatis rationabiliter non eé aliquo modo poſſibile exiſtentem in terra ſuperficie cœli uidere medietatem ut omnes dictæ rationes præſupponunt cū nanq; ex principiis primi elementoru m linea a b trāſiens per centrum diuidat ſphæram in duo æqualia præciſe linea e f per ſuperficiem tranſiens non diuidet io duo media præciſe: quia tunc terminaretur in a & b:& duæ lineæ recte ſuperficiem & figuram clauderent contra ultimam petitionem primi elementorum euclidis:diuidet igitur in punctis e & f parte ſuperiori minori exiſtente inferiosi:ſed homo exiſtens in puncto d ſuperficiem terræ uidebit partem e f tantum per lineam orizontalem e d f quare non apparet ei præciſe medietas cœli immo minus. Iſtam quæſtionem memini terminaſſe in expoſitione quam egi ſupra opere theoricarum ubi de diuerſitate aſpectus agitur:modo tantum ea quæ ſunt neceſſaria ꝓ itellectu rōnis ꝓſequar dimittēs male itelligētiū īmo rōnē hāc deſtruētiū expoſitionē:q uolūt q hō uideat p̄ciſe cœli medietatē exñs i ſupficie terræ pp eius erectionē ſupra terrā ex qua expōne rō hæc annichilať & alia pl̄ima ſequūtur incōueniētia:q̄ in qōne p̄dicta recitaui. Dico igitur breuiter ceu ſupra dictum eſt ꝓ parte:ꝙ ſicut ratio concludit homo exiſtens in terræ ſuperficie non uidet præciſe cœli medietatē:neq; linea e df diuidit eū i duo media:īmo linea a c b:at quia ita parum deficit a medietate pars e f ſupior ꝙ nullus ſenſus perciperet eius defectum:non.n.eſt gradus.nñ. neq; aliquid notatione dignum: iudicat ſenſus præciſe uidere medietatem e f: quia illud quod deficit eſt inſenſibile: & ob hoc concluditur inſenſibilitas terræ: nam ſi terra eſſet magna & ſenſibilis magnā & ſenſibilē i cœlo cauſaret diuerſitatē:& ita nūc neq; uere neq; ſenſibiliter cœli mediū uideret:& hæc uidetur mihi uera expoſitio huius partis & itroductio rōis dicāt alii qcqd uelint:quā ꝓ me-




ip̄m testor speculatus sum:neq; ab alio unq̄ itellexi:quā siqdē legētibus satisfacere pcepero aīus meus gaudebit:fin āt dabo materiā & uiā speculādi ueriorē. Scda rō q̄ ,pbaī terræ īsensibilitas ē Alphag. dria quarta est hæc: q̄libet stellaꝝ fixaꝝ uisu notabiliū.i.uisu notari & cōphēdi potētiū maior ē tota terra ut dicit idē Alphag.dria uigesima scda & ,pbat ī ope suo qd̄ adhuc nō puenit ī manus meas:sed haꝝ respectu firmaměti q̄libet ē īsensibilis:nullus nāq; sensus pciperet augmētū ī cœlū si stella addere tur:neq; eū dimiutū si stella demeretur:igitur a maiori terra respectu cœli īsensibilē hēt q̄titatē. No tādū ē ,p ītellectu eoꝝ q̄ dicta sūt: q̄ terra hēt īsensibilē respectu cœli magnitudinē non respectu cuius cūq; cœli & sphæ cœlesti:qa nō respectu orbis lunæ Mercurii Veneris & Solis: īmo rōne terræ ī noiatis plāetis:cātur diuersitas aspectus ut declarat Ptolo.septio Almag.& ī lib.theoricaꝝ de passiōibꝰ planetaꝝ:qd̄ ñ eēt nisi terra sensibilē q̄titatē & ,pportionē hīet respectu eoꝝ orbiū:sed ītelligēdū ē respectu firmaměti & octaui orbis & cōsequnter respectu nonæ sphæ:qd̄ patet qa ,pbat p ,pportionē stellaꝝ fixaꝝ ad terrā q̄ sūt ī illo orbe:neq; icōuenit hoc:licet nāq; granū fruměti respectu modii sit īsensibile respectu tñ decē granoꝝ eiusdē ē sensibile qa sensibiliter facit nūeꝝ maiorē:ita & si terra īsensibilē habeat respectu octaui orbis q̄titatē: respectu tñ orbiū lunæ & reliquoꝝ noiatoꝝ hēt sensibilē: & nō tñ respectu orbis octaui hēt ī pceptibilē ,pportionē ueꝝ ēt respectu orbis Saturni Iouis & Martis: siqdē hii plāetæ ut patet ī locis allegatis diuersitate carent ī aspectu:& declarat Alphag.dria uigesimaseptia.

Arist.āt scdo de cœlo & mūdo tex.iio.aliā facit rōnē ,pbātē terræ paruitatē:qm̄ nāq; parua fctā trā slatiōe de loco ad locū uariaī orizō & meridianus eleuaī polus uel deprimiī ceu uisū ē: seq̄ q̄ parua est terræ magnitudo:si nāq; magna eēt ualde magnā trāsmutationē reqreret adhoc ut huius diuersareī:qd̄ nō videī:& hæc rō p̄bi cōcludit paruitatē terræ nō tñ respectu firmaměti ueꝝ ēt absolutæ: ut cuilibet intelligenti notum est.


QVOD āt terra ī medio oium īmobiliter. Quia necessariū ē astrologo scire sitū terræ q̄.s.sit ī medio mūdi:qa aliter apparētiæ nō saluarēt:& p motū eius localē posset a medio remoueri: iō non magis idiget sitū terræ q eius ī medio qtē nō ignorare:hac de cā ī parte p̄nti autor ,pbat terræ īmobilitatē & qtē ī medio mūdi duabus rōnibus naturalibus:quaꝝ pria oē corpus sūme graue naturaīr tendit ad locū infimū qd̄ ē cētrū & mediū totius firmaměti.iiii.phi.& prio &.iiii.de cœlo:& ibi qescit:siq dē īferiora hītis locis naturalibus qescūt:terra āt ē grauissima ut hētur ī eisdē locis: ad cētrū igiī naturaliter moueī:& ibi exñs qescit:a quo si recederet uiolēter moueretur. Scda rō:terra exñs ī medio si moueret ab eo recedēs uersus circūferētiā ascēderet:qd̄ cōtigeret uel naturaīr uel uiolēter: nō naturaliter:qa motus eius naturalis ē ad mediū:igiī motus a medio cōtrarius nō ē naturalis prio cœli īmo uiolētus neq; uiolēter:qa nō ē repire corpus uel agēs eā uolētās ob eius grauitatē & magnitudinē:cōcludēdū ē itaq; ī medio exñs īmobilis pmanere. Est notādū scdm sniam pḧoꝝ q̄ corpa grauia oī ex pte tāq̄ ad locū naturalē tēdūt ad cētꝝ:hæc est igiī ,pprietas cētri totius: ut grauia undiq; attrahat: cuius qdē rō ē qa q̄to grauiora sūt tāto cœlo elōgari q̄runt:nō daī āt locus a cœlo ita distās & remotus ac cētꝝ mūdi æq̄liter remotū ab oī pte circūferētiæ a quo cū qd remoueī circūferētiæ magis uicinaī:si grauia igiī a cētro remoueret:cœlo appropiquaret cōtra naturalē īclinationē: & licet spha materialis fere ī oīb⁹ repñtat sphā cœlestē ī hoc tñ minie assimilaī ad cētꝝ: nāq; sphæ cœlestis(uti dictū est)undiq; grauia ferūī:nō āt ad cētꝝ sphæ materialis:qa talē uirtutē & ,pprietatē nō hēt:nisi cētꝝ eiꝰ eēt cētꝝ uniuersi:& iō hæc ,pprietas notificari nō pōt exēplariter p sphā materialē:nisi ī cētro eius poneret magnes:ad quā oī ex pte circūferentiæ moueret ferꝝ:& ibi qesceret:q̄ si ab ea recederet uiolenter moueret hoc ē cōtra naturā & q̄litatē sibi a magnete īp̄ssā:& ita dicēdū ē de terra qd̄ mouet ī medio mūdi naturaīr & ab ītrīseco:& ab eo p̄ter naturā discedit. Veꝝ qa antiq naturales & pitagorici ceu Arist.scdo de cœlo recitat:dicebāt terra moueri nō motu recto sed circa mediū & circulariter cœlo oīno qescēte:qd̄ moueri a nobis iudicaī terra in q̄ nos degimus trāslata:nihil.n.,phibet ad hoc q̄ res aliqua moueri uideatur q̄ ipsa moueatur aut uidens: ueluti motis in naui arbores montes littora & quæ sunt in eis & si quieta moueri uidētur:quoniam ipsi mouētur:ita dicunt quia nos circulariter mouemur cū terra:cœlum quiescēs moueri uidetur:uolunt igitur hi terrā moueri circulariter motu diurno.i.complēdo circulum in die naturali ab occidēte in oriēte contrario motui quē ponimus in primo mobili: ideo oportet contra hos primo probare motum cœli apparētiis:quia eo perempto tota astronomica sciētia annihilaī: secundo nullo modo terram circa medium moueri immo eē quietam. Quod nāq; cœlum moueatur ita notum ē q̄ puerile uidetur hoc uelle ,pbare: & hoc q̄rentes intellectu cum sensibus carere demonstrant:cum uideamus astra non semper uniformiter se habere: īmmo in aspectibns uariari:aliquando nāq; eorum quædam coniuncta sunt:aliquando uero distantia diuersis se aspectis aspicientia:tam planetæ inter se q̄ cum stellis fixis: uidemus nāq; lunam quandoq; cū sole cōiunctā:& aliqñ oppositam:qñq; uero præcedere:& aliqñ sequi:& simiīr sidera reliqua. Hæc aūt in distantia uariatiōes absq; motu causari nō p̄nt:si nāq; nō mouerenī sp in aspectibus se haberēt uniformiter:qd̄ est contrariū apparētiæ. Patet igitur sidera moueri & cœlū cōsequēter:qd̄ ipsi negāt. Præterea oē corpus naturale hēt motū:ideo nanq; naturale dictū est:nam natura est principiū & cau-

ſa motus & quietis ſcdo phy. & primo de cœlo. Cœlū aūt eſt corpus naturale: hēt igitur motum prium quo mouetur: non igitur quieſcit ut uolunt: quin imo non tm̄ mouetur: ſed motus eius ē æternus ut demonſtrat Ariſt. viii. phy. Quod aūt terra non moueatur orbiculariter demonſtratur: prima ratione uni corpori ſimplici unicus debetur ſimplex motus primo de cœlo. Siquidē corpus unū unā hēt naturam & principiū unius motus. Terra aūt ē corpus ſimplex: cui ineſt motus deorſum naturalis: quia partes terræ ab intrinſeco & naturaliter deſcēdunt: igitur & tota terra; ſiquidē motus idem ē toti & parti naturalis: quare motus circularis non eſt ei naturalis neq; uiolentus: quia non ē aſſignare uiolētans: itē quia non moueretur ppetue ut hi uolunt: neq; præter naturam hic motus ē ei: quia tūc naturalis eēt alteri corpori: primo de cœlo: non eſt naturalis cœlo: quia nō mouetur ut ipſi admittūt Præterea quia tunc terra moueretur a cœlo: & cœlum & terra mouerētur motu eodē qđ eſt cōtra ſenſum. Semp nanq; eandē parte cœli uideremus: neq; ē naturalis elementis: cū hēant motus rectos proprios: quare nullo mō terra eo motu mouet: imo cœlū: & hæc ratio fit a ꝓbo ſcdo de cœlo tex. xcvi. & xcviii. Secunda ratio eiuſdē in eiuſdē. tex. xcvii. Si terra circulariter moueretur: tranſferetur pluribus motibus: motu. ſ. diurno & motu ī zodiaco: q̄to nanq; ſphæra mota circulariter eſt inferior tanto pluribus mutationibus defertur ex ſententia ꝓbor: ſed nullo modo uidemus terrā moueri in zodiaco. Semp nanq; ſtellæ fixæ eadē ex parte terræ oriri uidētur & occidi: quod nō cōtingeret ſi terra his motibus moueretur: ceu in ſphæra materiali faciliter deduci pōt & demōſtrari: nō igr̄ terra mouetur.

Sed inſtatur contra hāc concluſionē & probatur primo terrā moueri localiter ratione qua cœlum reuolui concluſum fuit. O ē nanq; corpus naturale hēt motum ſibi propriū & naturalē ut dicebatur. Terra eſt corpus naturale: ceu liquet: igitur habet motū proprium & naturalē quo neceſſe eſt moueri alioquin eſſet uanus & fruſtra ei. Secunda ratio. Si terra non moueretur pars quæ modo exiſtit ī cētro nunq̄ moueret inde: cui cū nō poſſet applicari cōtrariū nunq̄ eē deſineret: ſed eēt æterna: qđ falſū eſt: quom ex materia & forma hēat cōpoſitionē: & oē hmōi eſt corruptibile. In oppoſitū q̄ terra in medio qeſcat fūt rōnes dictæ & autoritates Ariſt. plurimæ. Quod neceſſariū fuit cū cœlū moueatur: nā oē motū indiget qeſcēte: ut demōſtrat Ariſt. in lib. de cā motus anīalium: nihil aūt qeſcit in motu cœli p̄ter terrā: ut notū eſt: qm̄ igr̄ neceſſario cœlū mouet: ut uolūt ꝓbi: nā motus eius cā ē oīum hic inferius ꝓductor: ſequit pp hāc finē terrā quieſcere neceſſario: & ideo dr̄ ex ſnīa Ariſt. in libello allegato oēs deos deaſq; oēs totā terrā moueri nō poſſe. ſiqdē oēs nō poſſent cœlū qeſcere: Ad primū in cōtrariū dico q̄ rō illa cōcludit motū localē ī cœlo: ī terra uero minīe: cū nāq; cœlū nobilius ſit terra decēs fuit ut priuilegiū aliqđ & ſpāle ꝓgatiuā: q̄ terra abnegata ē obtinuiſſet: nā ſequit neceſſario cœlū hr̄e motū naturalē localē ex quo ē corpus naturale: nō āt terra. Cuius rō ē: quia cū corpus oē naturale hēat aliquē motū ſibi ꝓpriū: & motus ſint. vi. gña: quor̄ nullū cœlo cōpetit p̄ter localē: nō. n. gñaī corrūpit: neq; augeī uel minuit: nec alteraī: prīo de cœlo & mūdo: oportuit igr̄ motū naturalē cœlo eē localē. Terra āt qa aliis oībus motibus moueī prīo & ſcdo de gñatōe: nō ē neceſſe locaī deferri. Scda rō & melior qm̄ credo oē corpus phyſicū a natura hr̄e motū ſibi ꝓpriū ē: q̄ licet tā cœlū q̄ terra hēant motū localē ſibi propriū & naturalē: diuerſimode tn̄ qm̄ cœli (ex quo cōtinuū ē & indiuiſibile) nō ē poſſibile ptes locaī moueri toto nō moto: nā cōtinui motus ē unus. v. metha. Igr̄ uel nullo mō moueī uel totū moueī. terræ āt quia diſcōtinuaī & in ptes diuiditur p̄nt moueri ptes: & ſi tota ſimul nō moueatur: & igr̄ motus localis terræ ſaluatur ī ptibus: qđ cœlo accidere nō pōt ut dcm̄ ē: qđ igr̄ fuit ut cœlū poſſit moueri: ut dcm̄ ē: cœlū nāq; iō mouetur qm̄ tetra qeſcit. Ad ſcdm rñdeo cōcedēdo illud qđ cōcluditur: neceſſe ē. n. q̄ ps terræ q̄ mō cētr̄e poſſidet eius aliqñ fiat circūferētialis ut poſſit corrūpi: cū ſit ex materia & forma cōpoſita: pro quo ē imaginādū terrā ex pte hac diſcooptā aq̄ cōtinue radiis ſolaribus cōſumi ſubtiliari: & ī uapores cōuerti ceu notat expiētia & metheorologici annuūt: exalatōes nāq; a terra eleuatæ euaporāt ab hac pte diſcoopta: ex pte uero altera coopta aq̄ frigiditate aqua ſibi uicina cōdēpſatur: & ī terrā cōuertitur: quare ex p̄te illa creſcit: nō pōt āt addi alteri pti: ex altera uero demi niſi cētr̄e uarietur: ut patet ī hac figura terra a b cuius cētr̄e c: a cuius a ſi dematur uſq; ad d & addatur b uſq; ad e reſultabit terra d e: cui⁹ cētr̄e f. & ſic ps c q̄ prius erat in cētro circūferētiæ uicina fcā ē: & ita ulteri⁹ donec fiat totaī circūferētialis ut piamatur a cōtrario: & ī hoc caſu tota terra mota erit: ſiqdē cētr̄e ē uariatū ex c in f & q̄ ita ſit uī expimēto: ut dicūt Ari. prīo metheo. & Alber. eiuſdē. ii. q̄ cōtinue grādis uariatio fit ī terta: q̄ ubi prius maī poſt terra & ecōuerſo: ut uidi mea tēpeſtate: littora maris p̄uo tpe īpleri: q̄ ubi aqua erat & naues nauigabāt: demū terrā ſolidā factā eē cōſpexi. At tn̄ qa hæc terræ cōſūptio ex pte altera & alia appoſitio nō fit niſi lōgo tpe: & p̄uo tpe ē īſenſibilis: & cōſequēter īſenſibilis ē motus eius: ſimpliciter ꝓfertur eam eē ſtabilē: & nullo modo moueri tāto magis qm̄ centr̄e totius continuo poſſidet.



TOTVS autem terræ ambitus. Quoniam superius terrã dixerat paruã esse & insensibilem respectu firmamenti: nequis putaret paruam esse absolutæ & insensibilis quantitatis determinat eius quantitatem & eius continentiam: ceu philosophi & astrologi inuenerunt. Est nanq; astrologo terræ q̃titatem declarare: cũ eam per cœli magnitudinem uerificet: diuiserunt nanq; cœli circuitũ in. cccl x. partes æq̃les: quaꝝ singulas graduũ noiarunt: ut patebit scdo huius cap. ii. s. de zodiaco. Et quia astrolabiũ uelut Ptole. in suo planisphio exponit cœlũ nobis repñtat limbũ eius & extremũ circuitũ in totidẽ gradus ptiti sunt: cẽtꝝ eiusdẽ pro cẽtro mũdi cõstituẽtes & cõsequenter pro cẽtro terræ. siquidẽ terra cẽtrũ possidet uniuersi: & respectu firmamenti insensibilẽ héat q̃titatẽ: ceu supra, pbatũ est: in quo quidẽ centro medicliniũ uolubile noiatum seu uoluella cũ duabus tabulis perforatis in extremitate foraminibus adinuicẽ se respicientibus infixũ est: quo altitudines capiunt astroꝝ taliter ut astrolabio tento p armillã & natura dimisso: tñ uoluella seu medicliniũ eleuetur: ut astꝝ per utrũq; foramen uideat: aut per eadem transeat solaris radius: & numerus graduum in dorso astrolabii per uoluellã demonstratorum: altitudinem ostendet stellæ quæsitæ: cuius ratio est quia tanta est pars astrolabii ab orizonte eius ad locum uoluellæ: quanta est pars cœli ab orizonte ad locũ syderis: cum orizon astrolabii uniatur secundum sensum orizonti cœli: & uoluella cum linea ueri loci stellæ: hanc tamen operationem nemo intelliget nisi quis astrolabio operatus fuerit: uel quandoq; alium operari conspexerit. Hoc igitur modo cosmimetræ hoc est mundi & terræ mensores a cosmos quod est mundus & metra. i. mensurator in nocte serena quando. s. stellæ optime uideri possunt: astrolabio capto altitudinem cœperunt stellæ polaris hoc est cuiusdam stellæ polo arctico propinquæ in parte nostra nunq̃ occasum cognoscentis: quæ cum non sit in polo præcise: qualiter eius ostendat eleuationem: non hic sed in canonibus astrolabii declarandum est. Deinde quia terra rotunda est & uersus septentrionem deprimitur orizõ & polus arcticus eleuatus supra eum: tantum eidem cosmimetræ ab austro directe procedant ad septentrionem uersus: q̃ polus uno gradu magis ibi q̃ prius eleuetur: & hoc totum terræ spacium a primo loco ad hunc secundum correspondet singulis gradibus in cœlo: quam terram si mensi sint per stadia uel miliaria: non ignorabitur quot stadia seu miliaria in terra unicuiq; debentur gra. cœli. Et nota q̃ stadium est octaua pars miliari cõtinens. cxxv. passus: cum miliare habeat. 1000. Quod ut exemplariter declaretur: in terræ loco a cuius orizon b c eleuationem poli d capiatur b d quæ gratia exẽpli. x. graduum reperietur. Vnde si uersus septẽtrionem in e perueniat orizõte in f g uariato eoq; depresso: polus magis eleuabitur: quia f d. xi. uidelicet gradib⁹ & igitur spacium terræ a e unius gradus polaris altitudinis dat differentiam: & consequenter tantum spacium terræ quantum est a e correspondet singulis gradibus cœli: cum illa quantitas terræ agit ut polus magis eleuet uno gradu. Quo facto si mẽsuretur spacium illud a e per stadia seu miliaria: non ignorabit quot stadia uel miliaria singulis cœli gradibus debentur: & huiusmodi per. cccl x. omnes gradus eiusdem multiplicatum circuitum & rotunditatem terræ manifestabit. Verum circa spacium terræ polarem altitudinem singulis gradibus uarians duplex inuenitur opinio: quarum prima est Ambrosii: Theodosii: Macrobii: necnon Euristhenis philosophorum: quam autor declarat in textu & imitatur uolentium singulis gradibus cœli. 700. stadia correspondere seu. 87. miliaria cum dimidio: & consequenter huiusmodi per superiorẽ doctrinã multiplicando per. 360. gra. cœli stadiorum. 252000. uel quod idem est. 31500. miliariorum circuitum terræ resultare: ueluti autor declarat in textu. Et qm̃ uti geometri declarãt circũferẽtiæ ad diametꝝ proportio est tripla sexquisepti ma: ceu. xxii. ad. vii. imaginãdo circuitũ & ambitũ terræ. xxii. & diametꝝ. vii. xxii. nãq; cõtinẽt. vii. ter & ultra hoc unũ qd̃ ẽ septia ps eoꝝ: iõ tripla sexqseptia dicta ẽ, pportio: ut. v. Euclidis: & prio arismetricæ Boetii declarat. Igr̃ si ex toto ambitu terræ i. xxii. ptes resoluto ptes. vii. capiãtur terræ haud ignobitur diameter: qd̃ ita cõpletur ex 252000. stadiis circuit⁹ terra uigesimasecũda ps capiatur p. xxii. uidelicet ptiẽdo: & numerus quotiẽs. ii454. cũ dimidio ex. 252000. dematur. &. xxi. ptes. 240545. cũ dimidio remãebit: cui⁹ si tertia ps p. iii. diuidẽdo capiat tertia nãq; pars. xxi. sunt. vii. diameter terræ. 80181. stadiorum & semis & tertiæ partis stadii erit inuenta. Qd̃ si huius medietas. 4009. stadia cum tribus quartis unius fere capiatur semidiameter eiusdẽ seu distantia inter centꝝ & circũferẽtiã terræ hẽbit.




Et quia arrea & continentia corporis rotundi reperitur rotunditatem seu circuitũ multiplicando p diametrũ: si. 252000. stadia terræ ambitus per eiusdem diametrum. 80182. fere stadioꝝ multiplicẽtur: terræ totius capacitas producetur. 20205864000. stadiorum: habet nãq; terra tot stadia & partes quarum singulæ in singulis eorum dimensionibus in longitudine. s. latitudie & profunditate q̃titatem habent stadii: & si omnia huiusmodi stadia per octo partiendo ad miliaria reducantur hebebitur terræ diameter: semidiameter eiusdem & area non tantum per stadia uerum per miliaria: quæ

apud nos notiora sunt: & quia has calculationes astronomiæ & arismetricæ artis nouitii non bene capiunt:nisi ante oculos eorum operatiue compleantur a prolixiori declaratione supersedeo: lectoribus huius passus relinquens. Altera est opinio Alphagrani ab eodem distinctione seu differentia octaua expositа:quam in diebus Alcmeonis dicit esse probatum: super cuius probationem sapientes plures numero conuenerunt:& est ꝙ singulis gradibus cœli.lvi.cum duobus tertiis miliaria debent ī terra: ꝑ quæ si.ccclx.gradus cœli multiplicentur totus terræ ambitus.20400.miliariorum producetur.Cuius secundum modum operationis in prima opinione declaratum si tertia cum septima pars capiatur diameter eius.6490.miliariorum & semis cum tertia parte habebitur:& huius mediū. 3245. cum tertia fere parte miliarii erit semidiameter.Si autem ambitus. 20400. per diametrum. 6491. fere miliaria multiplicetur ambitus & cōtinentia.132416400o.miliariorum producetur.Quod si hæ quātitates per.viii.multiplicentur:mensuræ notæ erunt per stadia. Differt autem opinio hæc a prima: quoniam ambitum terræ minorem affirmat.11100.miliaribus seu. 88800. stadiis:cuius diuersitatis cā adhuc mihi non est notificata:nec credo eos in operatione deceptos fuisse:cum omnes similibus ingeniis processissent:potest esse tamen(ut opinor)diuersitatis causa:quoniam terra non est æqualis singulis in partibus rotunditatis & tumoris:nam in parte aliqua planior est:& in alia tumorosior:ut sensus manifestat ob diuersa antecedentia terræ:& ubi plana est:maior portio singulis cœli gradibus correspondet:cum propter planitiem tardius mutetur orizon & insensibilius:& polus consequenter in eleuatione insensibilius uarietur:& taliter conditionata fortasse erat terra a prioribus mersa:qui eam maioris inuenerunt circunferentiæ.Pars uero quæ tumorosior est:ampliorem in cœlo facit diuersitatem quia ob eius tumorem orizon parua facta transmutatione uel deprimitur uel eleuatur:& consequenter polus:& igitur singulis gradibus sphæræ minor portio debetur de terra.& cum Alphagra.& opinionem secundam sequentes inuenerint minoris quantitatis q̄ prima opinio.Credo huiusmodi tumorosiorem terrā mensos fuisse.Nec bene dicerent dicentes primam opinionem erasse:cum non ꝑcesserint directe uersus septentrionem per eandem longitudinem & sub eodem meridiano:sed reflexe & diametraliter quadrati processisse orienti magis seu occidenti approximando:quia hoc non est dicendum de tantis uiris:ut ita ignoranter errarent:& non perciperēt se meridianos mutasse:ideo credo ꝙ causa per me assignata sit uerior:teneatur quæcūq; harum opinionum:cum quæ uerior sit ignoro:experientia nanq; non possum certificare. Et ita inuenta est rotunditas terræ: & quantitas eius in latitudine:ꝙ si uolumus tenere tam in longitudine q̄ in latitudine eā æquari:patenter habebitur eius circuitus longitudinalis:sed quia hoc non est notum:alia uia operati sunt:accipiētes uidelicet duo loca unius latitudinis:ideſt in quibus æqualiter supra orizontem arcticus axis eleuatur:differentia tamē & distantia longitudine tantum:hoc est quorum alter orienti reliquus uero magis appropinquet occidenti:in quibus locis eadem eclypsis lunæ uisa est loco orientali hora noctis quarta:occidentali uero tertia.Qua de re primo loco una hora ante sol occasum petiit loco altero:& consequenter occidētis puncta eorum distant spacio cœli quod sol motu diurno una hora pertransit:pertransit autem sol motu raptu & diurno singulis horis gradus quindecim.Siquidem totum circuitum.ccclx. graduum in.xxiiii.horis:singulis nanq; horis quindecim gra.de æquinoctiali & circulis ei æquidistantibus oriuntur & occidunt: ut Ptolemæus secundo Almag.declarat:& tertio huius patebit: quare duo prædicta loca quindecim gradibus distant in cœlo.Hanc nanq; causant in eo diuersitatem:post hoc mensū est spatium terræ inter prædicta loca inclusum per miliaria seu stadia:& habitum est quot miliaria uel stadia quindecim gradibus cœli debentur:& consequetur singulis:quod spatiū terræ quindecim gradibus correspondens per.xxiiii.uel spatium gradui per.ccclx.multiplicatum circuitum terræ longitudinalem ostendet hoc est ab occidente in orientem:quem quia æqualem inuenerunt circuitui terræ in latitudine:altero habito & reliquus habetur:ideo non curauit autor modum quo longitudinis quantitas inuenitur declarare.Et licet aliquis desideraret exemplarem figuram: quia tamen quilibet intelligens figuram immediate supra positam per seipsum uel in ea uel in altera simili exemplum poterit accipere:ne prolixior fiam supersedeo.

CAPITVLVM SECVNDVM.

h ORVM circulorum quidam sunt maiores.Habita in præcedenti tractatu sphæræ diffinitione:ei⁹quoq; diuisione:necnon & partium declaratione cum quorundam principiorum explanatione. In isto secundo tractatu agit de circulis quibus sphæra cœlestis imaginatur componi:& sphæra materialis illam repræsentans integratur & in ea ostenduntur:& hoc ē quod dicit titulum huius tractatus. Capitulū secundum de circulis ex quibus sphæra materialis cōponitur:& illa supercœlestis quæ per istam imaginatur.i.repræsentatur componi intelligitur. Habēt nanq; prædicti circuli officia propria uti infra patebit.Nota tamen ꝙ diuersimode circuli de quibus loquimur in sphæra materiali & cœlesti reperiunt.nā sunt in materiali tanq̄ partes eā integrātes siqdē sūt corpei.tm̄ nāq; ex dictis sphæra materialis cōponit.Circuli aūt ī sphæra cœlesti qa sūt imaginati ueluti lineæ uel supficies pp zodiacū nō cōponūt eā uere & realr siqdē corpus ex nō corpe itegrari ī

possibile est ut sumitur ex tertio de cœlo & mundo:& ideo cum dixerit sphæram materialem componi ex circulis istis subdidit:& sphæra supercœlestis componi intelligitur:idest non uere componitur propter causam recitatam sed imaginatione.Rubricam itaq; prædictam referens inquit. Horum circulorum alteram uidelicet uere:reliquam uero sphærarum imaginatione componentium: quidã sunt maiores & quidam minores ut sensui patet:per sphæram materialẽ & ratione infra probabo. Et est circulus superficies plana in sphæra descripta eam partiens in geminas partes.Qui ad hoc ut sit maior binas requirit conditiones.Quarum prima est ꝙ transeat per centrum sphæræ:idest centrũ sphæræ sit centrum eius.Secunda cõditio consequenter se habens cum priori & adinuicem se inferentes ẽ ꝙ sphæram partiatur in duo æqualia:sinamq; non diuideret in duas partes æquas non transiret supra centrum.Quod &si in corpore clarissime ostendatur:in plano tamen ita concludo:ita nanq; linea recta ad planum & circulum se habet eum partiens ueluti superficies circularis ad corpus sphæricum.




In circulo itaq; a b cuius c cẽtrum lineam rectã protraho a c b per centrum transeuntem in a & b extrema applicans:quã maximam dico linearum inter eius circunferentiam extra centrũ trahi potentium:& non solum non dari maiorem: immo nec æqualem esse possibile:& est propositio.xiiii.tertii elementoꝝ Quod si esset contingens sit ea d e: ad cuius extrema a centro circuli c d & c e productis constitutus est triãgulus c d e:cuius duo latera c d & c e per.xx.primi Euclidis sunt longiora tertio d e.sed eadem latera c d & c e:quoniam duæ semidiametri circuli æquiualent eiusdem diametro a b.igitur diameter a b maior est linea d e:imo omnium longissima:& consequenter circulus transiens per cẽtrum sphæræ maior est:nec eo datur grãdior.Et quoniam linea transiens per centrum circuli applicans eius extremitates ad extrema circuli diameter nominata secat eundem in duas medietates primo elementorum:& si per centrum non transeat diuidit in portiones & partes inæquales:ita(quia circulus maior in sphæra præterit per centrum eius)eam in duo æqualia partietur:& ita patet ꝙ hæ conditiones quæ ad esse circuli maioris requiruntur se inferunt perimuntq;.Et per oppositum patet circulum minorem esse:qui neq; per centrum sphæræ transit:neq; eam in duo media secat ceu linea breuior diametro in circulo non transit per centrum neq; eundem in æqualia partitur:ut præcedenti demonstratõe manifestatur.Vniuersi autem in sphæra circuli sunt decem:quoꝝ sex sunt maiores propter duas habere prælibatas conditiones:qui sunt Aequinoctialis.Zodiacus.Colurus distinguens solstitia. Colurus distinguens æquoctia.Meridianus:& Orizon.Quattuor uero eorum sunt minores:uidelicet Tropicus cancri.Tropicus capricorni.Circulus arcticus:& circulus antarcticus.De quibus determinãs duo facit: quia primo agit de maioribus:secundo uero de minoribus ibi.DICTO autem de sex circulis. Circa primum iterum quattuor agit. Primo nanq; determinat de æquinoctiali. Secũdo de zodiaco ibi. EST ALIus circulus. Tertio in eodem capitulo de ambobus coluris ibi.SVNT AVtem alii duo. Quarto simul agit de meridiano ac orizonte ibi.SVNT iterum duo alii.Determinatio quidem de æquinoctiali duplici de causa aliorum scientiam antecellit. Prima quoniã omnis nostra cognitio a facilioribus sumit exordium in prologo phy.tex.ii.&.v.methaphy.tex.i.Est nanq; doctrinæ principium a quo facilius quis addiscit:cognitio autem æquinoctialis circuli facilior est.Siquidem per eum alii notificãtur Diffinitur nanq; zodiacus per declinare & obliquari ab æquinoctiali:& alii circuli similiter in sphæra non directe ut æquinoctialis situati:quare cognitio æquinoctialis est metrum & regula in diffiniẽdo & manifestando reliquos circulos. Secũda ratio sumitur ab eius nobilitate.Cum cæteris æquis dignioru doctrina antecellere debet.Aequinoctialis autem circulus inter omnes est dignior & nobilior.Primo quia cum æquidistet a polis mundi:supra quibus primum mobile primo reuoluitur:motus eius in ea sphæra describitur.Primum autem mobile longe dignius est aliis sphæris: quare & æquoctialis nobilior zodiaco in.viii.orbe descripto & similiter aliis.Est & secundo nobilior & perfectior ob eius æqualitatem & regularitatem:quia nanq; in sphæra directe situatur a polo utroq; æquidistans:super quibus tota sphæra mouetur:directe & regulariter mouetur ascendendo descendendo & cœlum mediando.Zodiacus uero cum reliquis propter non æquidistare ab eisdem non mouentur æqualiter.Et igitur motus æquinoctialis regula est & canon motus zodiaci eum regulans & dirigẽs: non imerito igitur ab æquinoctiali determinationem incohauit.De quo prosequens duo agit principaliter.Primo nanq; eum notificat.Secundo polos mundi distinguit & manifestat:qui diffinitionem æquinoctialis ingrediuntur ibi.VNDE notandum.Aequinoctialis duplex est diffinitio quid rei.s.& quid nominis:igitur duo faciens.Primo ponit eius quid rei denotantem diffinitionem.Secundo uero quid nominis ibi.ET DICITVR æquinoctialis.Est nanq; æquinoctialis essentialiter & diffinitione quid rei circulus maior æquidistans ab utroq; polorum mũdi.Ponitur circulus loco generis quo

conuenit cum omnibus circulis tam maioribus q̃ minoribus:ut autem a minoribus distinguatur ad ditur prima differentia.s.maior quod intendit auctor per eius diffinitionem.s.diuidens sphæram in duo æqualia:hanc nãq; esse maioris circuli diffinitionem supra patuit:& posuit loco diffiniti eius diffinitionem q̃ bene potest fieri ut in topicis Ari.probatur:homo nanq; per eius genus animali diffiniri potest:& per generis diffinitionem dicendo q̃ sit substantia animata sensibilis:quæ quoniam conuertitur cum animali:idem est ac poneretur animal:& ita quia idem est circulus maior & circulus secans sphæram in duo æqualia posuit secundum pro primo. At quia circuli maiores plures sunt a quibus æquinoctialis distingui debet ad differentiam eorum adiecit reliquam differentiam uidelicet secundum quãlibet partem ab utroq; polorum æquidistans:quod nulli aliorum circulorum conuenit ut demonstrat sphæra & patebit inferius:æquidistat nanq; a polo determinato secundum omnẽ sui partem:similiter ab utroq;:tantum nanq; ab uno quantum ab alio remouetur:nulli eorum magis appropinquans. Deinde cum dicit.

ET DICITVR æquinoctialis. Notificat tria nomina quibus æquinoctialis appellatur:primum est æquinoctialis quasi circulus in quo cum sol fuerit in uniuersa terra æquinoctium contingit.Pro quo est notandum q̃ dies causatur ex motu solis:& sicut motus solis dupliciter cõsideratur:ita & dies:mouetur nanq; sol ab oriente in occidente ad orientem secundo reuertendo & totam cum primo mobili diurnam circulationem complendo:& tempus motum hunc mensurans dies est appellatus naturalis interrogatus ex.24.horis. Vnde dies naturalis est tempus mensurans & causatum ex reuolutione solis cum primo mobili circa terram semel:quæ reuolutio hac de causa diurnus motus est dicta:& dicitur naturalis:quia huiusmodi dies semper est sensibiliter apud omnes æqualis neq; maioratur aut minoratur diuersas apud habitationes:quia igitur non accipit diuersitatem ob aliquam causam ♄ inferius existentem.immo nulla inferior diuersitas tale tempus sensibiliter uariaret naturalis dictus est dies. Secundo modo cõsideraꝫ motus solis ĩquãtũ est supra orizõtẽ & supra nostrũ æmisphæriũ nob ostendens eius claritatem & lumen:uel inquantum sit sub orizonte sole occasu & nocturnæ tenebræ in æmisperio habitationis inductæ sunt.Et ita consideratus motus:siquidem fiat supra terram & orizontem spatio temporis metitur quod artificialis dies est dictus:est nanq; artificialis dies tempus mẽsurans motum solis supra æmisperium in quo tempore eius lumen ostendit.Tempus uero mensurãs eiusdem motum sub orizonte est nox:unde nox est tempus solis sub orizonte lationem mensurans:& sicut tota reuolutio solis circa terram continet eius motum supra orizontem:& sub eodem:ita dies naturalis continet diem artificialem & noctem:unde dies artificialis pars est diei naturalis: qui artificialis dictus ẽ:quoniam diuersitate habitationum orizontium & meridianorum uariatur:non enim æqualis est omnibus partibus terræ sicut patebit in tertio huius:similiter quoniam dies artificialis causatur:ex motu solis supra orizontem:non est autem supra orizontem nisi in respectu habitationum:si non esset nanq; habitatio neq; supra neq; sub orizonte moueretur:q̃ patet:quoniam quando respectu unius est supra respectu alterius sub orizonte mouetur:& hac de causa dies artificialis seu accidentalis dictus est. Cuius quantitas est secundum quantitatem motus solis supra orizontem:motus autẽ solis supra orizontem est secundum quantitatem arcus & spacii ab eo pertransiti:si quidem motus est regularis sexto phy.igitur quantitas spatii a sole descripti supra orizontem ostendit diei artificialis q̃titatem:& arcus sub orizonte ab eodem descriptus durationem noctis demonstrat:qua de re quando arcus supra orizonte descriptus est æqualis arcui sub eodem dies artificialis nocti æquatur: & consequenter fit æquinoctium.i.tempus cuius dies artificialis æqualis fit eius nocti.Sed quoniam ita ẽst q̃ circulus æquinoctialis ab quocunq; orizonte in duo media partitur:si quidem circuli maiores se secãt in ptes æq̃les:& semper cœli medietas uideꝫ reliqua occultata:itaq; medietas æquinoctialis supra orizonte intercipitur reliqua uero sub eodem:sequitur q̃ sol in eo existens q̃ bis in anno contingit.s. in principiis arietis & libræ in quibus æquinoctialis intersecat zodiacum facit motum supra orizontem æqualem motui sub orizonte:quare dies artificialis æquatur nocti:& fit in uniuersa terra æquinoctium. Alii uero circuli a sole descripti:quia non partiuntur ab orizonte in partes æquales ut patebit tertio huius:sequitur q̃ sole alibi existente ab æquinoctiali non fit æquinoctium:tantum igitur ĩ hoc circulo sole existente æquinoctium contingit in uniuersis habitationibus:& hac de causa æquinoctialis nominatus est.i.circulus in quo sol existens causat uniuersale æquinoctium.Secundo nomine dicitur æquator diei & noctis propter eandem causam.i.circulus in quo sole existente dies artificialis æquatur nocti. Sed dubitatur circa rationem nominis:non enim uidetur sole existente in æquinoctiali fieri æquinoctium immo dies artificialis nocte semper est maior. Omne nanq; luminosum corpus illuminat opacum minus plusq̃ dimidium ex.22.prepositione primæ partis respectiue. Sol autem maior est tota terra quinimo eam continet.166.uicibus ex sententia Alphag.differentia.22. Sol igitur illuminat terræ plus medietatem:parte medietatem minori obscura relicta:& pluri parti terræ sol apparet q̃ occultetur:sed præsentia solis & luminis eius causatur dies:eius uero occultatione nox dies igitur maior est nocte sole etiam æquatorem possidente:in eo igitur non contingit æquinocti-

um:neq; propter hanc cauſam æquinoctialis ſeu æquatoris nomen meretur. Secundo dato q; æq. noctiales medietates ſupra orizontem & ſub eodem ſint æquales:tamen propter magnitudinem ſol maiori tempore uidetur quam occultatur:& conſequenter dies artificialis eſt nocte maior: quod declaratur exemplari figura:fiat nanq; æquinoctialis a b diuiſus ab orizonte a b in duo media in punctis a & b.Sitq; pars circunferentialis ſolis ſuperior in orizonte orientali a notum eſt q; tunc incohat dies:quando uero eadē pars ſolis erit in occidente b notum eſt q; medietatem æquinoctialis pertranſiuit ſuperiorem:& tamen dies non eſt completus:quia ſol ſub orizonte non eſt occultatus: immo anteq; occultetur requiritur tempus in quo adhuc erit dies artificialis:cum igitur ſole exiſtente ī æquatore dies artificialis non p ficiatur pertranſita ſuperiori medietate:ſequitur eum eſſe maiorem medietatis diei naturalis:& conſequenter maiorem nocte:ſole itaq; æquatorem tenente equinoctium minime cōtingit. In oppoſitum eſt ratio ſupra adducta:quom nanq; æquinoctialis ab orizonte quocunq; ſeu recto ſiue decliui in partes æquales partiatur:ut ſphæra materialis oſtendit & ratio concludit:ita q; altera eius medietas ſit ſupra orizōtem:& reliqua ſub eodem:& quia ſol mouetur æqualiter motu diurno: erit




motus eius exiſtentis in æquatore ſupra terram æqualis motui ſub terra ſexto phy. & conſequenter tempus diurnum tempori nocturno æquabitur:cum dies cauſatur motu ſolis ſupra orizōtem:& nox ex motu eiuſdem ſub eo:ut ex dictis ſuperius ſatis liquet. Aliis uero in locis ſol exiſtens circulos deſcribit:quorum nullus ab orizonte obliquo in partes ſecatur æquales:quare non cauſabit motum in illis ſupra orizontem motui ſub eodem æqualē:ut in tertio huius manifeſtabitur:quare eo extra æq̄torem exiſtente æquinoctium non erit in ſphæra aliqua obliqua.Et dato q; non eſſet ratio quare ſol in æquatore facit æquinoctium:hoc patet experientia:deprænſum eſt nāq; manifeſte & continuo deprændimus ita eſſe:q; ſole in principio arietis & libræ ubi zodiacus interſecat æquatorem exiſtente ubiq; fit æquinoctium:eodem uero ad ſeptentrionem declinante dies elongantur ſupra noctes. Ad auſtrum uero remoto fit econtra:ſcilicet q; noctes maiores ſunt diebus. Ad primam rationē in oppoſitum concedo ſolem illuminare plus medietate terræ ut ratio ꝓſpectiua demonſtrat: negatur tamen ſequela quando infertur:ergo dies nocte maior:ſed ex illa ꝓpoſitione nil aliud ſequitur. niſi q; in pluri parte terræ eſt dies:cum ſolis lumen eſt in pluri parte eiuſdem. Sequeretur q; dies eſſet longior nocte ſi maiori tempore illuminaret & eſſet ſupra orizontem q̄ ſub eodem ut ex ſuperius dictis manifeſtum eſt. Ad rationem uero ſecundam dico diem eſſe non quādocunq; aliqua ſolis pars incipit uideri:unde quando de ſole tantum partes circunferentiales ortæ ſunt & non centrum:nō dicitur eſſe dies:ſed ſole orto ſecūdum centrum dies iam exiſtit:eodem quoq; modo eo occaſu ſecūdum centrum:& ſi aliqua circunferentiæ pars ſit ſupra orizontem dies iam deſinit & nox incipit tunc:centro igitur ſolis oriente dies incohat:& eo occidente nox:cuius ratio ē:quia planetæ & aſtra magnam habent quantitatem:igitur ſi debeat accipi eorum locus & motus per motum puncti capiatur: locātur nanq; ſydera in zodiaco per punctum eorum ut alibi habet determinari:ſed non eſſet maior ratio & caperetur aliquis punctus circunferentiæ q̄ alter:ideo centrum acceperunt ab omni parte circūferentiæ remotum æqualem:& ideo tunc dicitur aſtrum eſſe ī æquatore quando eius centrum ē ibi: at quoniam centrum ſolis non mouetur maiori tempore ſupra orizontem quam ſubſequitur quod dies nocti æquatur ſole æquinoctialem poſſidente. Tertio modo æquinoctialis circulus cingulus primi mobilis & primi motus nominatus eſt.Pro quo eſt aduertendum quod mundus apud philoſophos duplex eſt. Magnus ſcilicet compoſitus ex quinq; corporibus:quatuor ſcilicet elementa & quinto corpore cæleſti:omnia aggregans omnia continens & complectens extra quem (ut primo de cœlo probatur)nihil eſt:quapropter mundus magnus latine nominatus ē ſeu macrocoſmos apud græcos quod idem ſonat a macro quod eſt magnus & coſmos mundus. Alter eſt mundus paruus a græcis microcoſmos a micro quod eſt paruus & coſmos mundus appellatus cuiuſmodi ē homo, ut uult Ari.in octauo de phyſico auditu:qui propter duplicem quam cum magno mundo ſimilitudinē habet ut dicit Auer.commen.ibidem nomen mundi ſortitus eſt.Prima ſimilitudo eſt q; ueluti mundus magnus & tota ſphæra ab intrinſeco mouetur motu uoluntario & ab intelligentia ei applicata & unita:ita & homo ab intrinſeca forma mouetur anima uidelicet intellectiua ei propria:& ideo ceu uniuerſum mundus eſt dictum:ita & homo. Secunda ſimilitudo eſt q; ſicut in mundo magno dantur plura mobilia quæ tandem reſoluuntur ad motorem immobilem:primum a materia abſtractum & incorporeum quod eſt intelligentia:ut in eiuſdem octauo demonſtratum eſt:ita in homine dantur plura mobilia motibus diuerſis ut bene ſciunt philoſophi & nos experimur: quorum omnium

motor immobilis & incorporeus & a materia ſeparatus eſt initium:qui eſt anima intellectiua hominis propria forma. Tertia ſimilitudo noſtra qua homo nomine mundi conuenienter appelletur:ē ꝙ ueluti magnus mundus omnia continet:& conſequenter omnia eſt realiter:cū extra eum nihil ſit primo cœli:ita & homo per cognitionem eſt omnia:cuncta nanq; cognoſcit:cum ei nihil naturaliter ſit ignotum & occultum primo de generatione & tertio de anima. Quarta conuenientia quam in textu proſequitur auctor eſt:ꝙ ceu in homine & paruo mundo duplex eſt motus duplici uirtute procedens:quorum alter a ratione ſuperiori & intellectuali emanans rationis motus eſt dictus: quo ipe homo relictis terrenis & ſpretis caducis hiis & tranſitoriis totum uirtuti moribus & creatoris ſe dat ſpeculationi:qui quoniam finis eius eſt optimus & cum ratione & uictoria uirtutis intellectualis ſupe rioris factus rationalis dicitur. Alter motus microcoſmos & hominis dicitur irrationalis ſeu ſenſualis a ratione inferiori & ſenſu procedens intellectu quaſi ſubpeditato & uicto:quo quidem motu nil curans ipſe homo de creatore rebus diuinis & ſempiternis:tantum corruptibilia & ſenſibus grata diligit & ſequitur contra intellectus omnem inclinationem:inclinatur nanq; homo & intellectus natu raliter ad optimum & deum tanq̄ ad finem proprium ut philoſophi morales & ſacri theologi determinant. Quod autem in homine detur huiuſmodi duplex motus intellectualis ſcilicet & ſenſualis di uinæ ſcripturæ præcepta contemplantes & inquiunt & probant. Similiter & ī macrocoſmo duplex lo calis motus reperitur ut in primo huius notificatum fuit:primus ſcilicet quo primum mobile mouetur oēs alias rapiens ſphæras ab oriente in occidētem ad orientē iterum finiens ī uiginti quatuor ho rarum ſpatio:qui quidem motus rationalis dicitur cum ad orientalem partem terminetur:quæ cum dextra ſit ſecundo de cœlo & mundo dignior eſt & perfectior occidentali & ſiniſtra: omne nanq; dextrum præcellit ſiniſtrum ceu rectum obliquum & habitus priuationem:ueluti nanq; in homine motus rationis & intellectus quoniam ad bonum terminatur rationalis nominatur:ita propter eandem cauſam motus primi mobilis quoniam ad orientem finitur rationalis nuncupatus eſt. Secūdus eſt motus ſphærarum ĩferiorum ab occidente in orientem ad occidentem uerſus tendentium:ꝙ quoniam finis eius eſt pars ſiniſtra & uilior irrationalis eſt appellatus ſimilitudine motus hominis ſenſua lis qui ad uilia & imperfecta & bona non exiſtentia tendit. Sed non immerite dubitari contingit: quoniam uidetur ꝙ ſicut primus motus incipit a dextro:ita & ſecundus:quare ſi primus motus ratio nalis nominandus eſt:eadem ratione & ſecundus:pars nanq; dextra eſt unde incohat motus ſecundo de cœlo:modo licet primum mobile incohet motum ab oriente:& conſequenter pars orientalis ĩ ta li motu ſit dextra:tamen ſphæræ reliquæ inferiores incipiunt moueri ab occidente:& ita pars occidē talis dextra in tali motu dici meretur cum igitur primus motus incohet a dextro reſpectu eius: ita & ſecundus a dextro:non eſt maior ratio ꝙ primus debeat dici rationalis magis q̄ ſecūdus. Ad quod dicetur ꝙ tam pars orientalis q̄ occidentalis in reſpectu poſſunt dici dextræ in reſpectu dico diuerſorum motuum:unde pars orientalis eſt dextra in comparatione primi motus:occidentalis uero reſpe ctu ſecundi. Simpliciter tamen & abſolute dextra dicitur orientalis pars & ſiniſtra reliqua:cuius ratio eſt:quoniam ab oriente omnes ſphæræ mouentur motu diurno & motu uelociſſimo:& non tantū ſphæræ uerum etiam elementa:ignis ſcilicet & aeris pars ſuperior ut uolunt naturales in primo metheo. Ab occidente uero non omnes ſphæræ incohant moueri:immo tantum ſphæræ in fine:elemen ta uero minime:quoniam uero pars orientalis dextra dicitur reſpectu motuum omnium ſphærarum ſimpliciter dicitur talis:quod nanq; cuicunq; comparetur tale eſt:ſimpliciter tale dicitur:at quia pars occidentalis dicitur dextra reſpectu aliquorum & non omnium:immo ſiniſtra dextra erit tantum ſecundum quid: ſimpliciter autem ſiniſtra:& quia denominatio fit ab eo quod eſt ſimpliciter & non quod eſt tale ſecundum quid:ſequitur ꝙ primus ab oriente incipit a dextro:& motus ſecundus ab occidente & ſiniſtro:& conſequenter primus motus rationalis ſecundus uero irrationalis conuenienter nominatur. Ad propoſitum primum regrediendo dico ꝙ quia æquinoctialis in primo mobili deſcriptus in medio a polo diſtans utroq; cingit huiuſmodi corpus:& conſequēter motū eius primum & rationalem dictum cingulus primi mobilis ſeu primi motus uel motus rationalis tertio modo eſt nominatus. Deinde cum dicit.


VNDE NOTANDVM. Quoniam æquatorē per polos notificauit polos declarat. Sunt nāq; poli puncta in cœlo immobilia axim ſupra quo cœlum reuolui imaginatur terminantia: & quoniam axis eſt linea recta:quælibet autem recta linea duobus punctis terminatur ut patuit in prīo huius:ſunt igitur in cœlo bini poli ſupra quibus cœlum mouetur:quorum alter nobis ſemper apparens tribus ē dictus nominibus: ſeptentrionalis:uidelicet articus & borealis:ſeptentrionalis quidem denominatur a ſeptem ſtellis prope eum eūtibus imaginem urſam minorem conſtituentibus:quæ quidem imago ſeptentrio dicta eſt a ſeptem & trion quaſi bos:hoc eſt urſa minor ex ſeptem ſtellis integrata ad modum bouis tarde motis:nam ſtellæ prope polum tarde mouentur ſi quidem circuitus cauſant minores quam a polo magis diſtantes. Aut ſeptētrio dicitur a ſeptem & terion ideſt ſeptenteriōes & ſeptē ſtellas partes polares terentes & circuentes:quia igitur huiuſmodi polus propinquus eſt urſæ minori

ſeptentrioni nominatæ ab eandem ſeptentrionalis & ipſe dictus eſt. Arcticus quidem appellatur ab arcto urſa maiori prope eum ſituata: quæ maior dicitur urſa: quoniam ſtellas continet plures quam minor urſa ut patet ex Almag. Ptolo. & Alphon. pro quarum imaginum ſitu & figura conſpiciatur Iginium in opere quod deſideribus conſtruxit & earum imaginibus. Borealis autem aut Aquilonaris tertio dicitur: quoniam uerſus partem illam terræ poſitus eſt: ex qua huiuſmodi uenti perflant ad nos. Alter uero polus nobis plagam ſeptentrionalem i colentibus ſemper abſconditus: tria quoq; p portionaliter nomina ſortitus eſt: dicitur nanq; antarcticus. Meridionalis & Auſtralis: Antarcticus id eſt contra & oppoſitus arctico polo ab an quod eſt contra & arcticus: diametraliter nanq; opponitur polo arctico: cum uterq; eiuſdem axis per centrum mundi tranſeuntis ſint termini & fines ut ſupra manifeſtatum eſt. Meridionalis autem: quoniam reſpectu habitationis noſtræ uerſus meridiem hoc eſt tam polus ille quam meridies a ſummitate capitum noſtrorum ad partem eandem remouentur: nam quandocũq; aſtra obtinent meridianum a zenith noſtro remotæ ad polum hunc appropiquãt de aſtris loquor erraticis quæ ſub zodiaco feruntur: cum itaq; tam polus quam meridies & locus meridiei planetarum & ſolis præcipue ad eandem partem uerſus declinent: a meridie nomen accipiens meridionalis polus denominatus eſt. Auſtralis uero ab auſtro flante ex parte illa terræ: uerſus quam polus prædictus declinat: quapropter ob iſtam conuenientiam polum auſtralem ab auſtro uento appellarunt: hic quidem polus nobis ſemper eſt occultatus & ſub orizonte depreſſus quantum alter eleuatus ut demonſtrat ſphæra materialis & ratione comprobatur. Eſto nanq; in centro a ſphera b c d e cuius poli c arcticus & e antarcticus axim c a e terminantes: orizon uero b a d ſphæram in duo media partiens hæmiſphæriũ: uidelicet ſuperius b c d & inferius d e b & quoniam axis c a e tranſit per centrum totius: ut patet ex primo huius ſphæram partietur in duo media: qua de re medietas b c d æquatur medietati c d e: ex quibus arcu communi c d ablato per communem animi conceptionem reſtabit arcus b c eleuatio ſcilicet poli arctici ſupra orizontem æqualis arcui d e depreſſioni ſcilicet poli antarctici ſub eodem: tãtum igitur arcticus polus eleuatus apparet quãtum antarcticus depreſſus occultatur: quod eſt intentum: & hoc inquit Virgi. primo libro geor. hic uertex ideſt polus arcticus nobis ſemper manifeſtus & ſublimis: & ideo dicitur uertex: quoniam ſupra capita eſt altus & eleuatus. At illum polum antarcticum ſemper ocultatum ſtix atra maneſq; profundi uident ſub pedibus: & eſt poetarum locutio qui ita proferũt res eſſe ceu ſenſibus apparent: apparent autem nobis illud quod eſt ſub orizonte eſſe ſub terra ubi eſt inferius ideo polum antarcticum ſub orizonte ab inferno uideri ait.



Quoniam autem dictum eſt ſtellas polo propinquiores tardius moueri quam ſtellas ab eodem diſtantes: ne locus dubitationis remaneat: qualiter hoc uerificetur conſequenter ſpeculabitur: quærendo an uerum ſit quod ſtellæ polares tardius aliis moueantur: & uidetur quod non: quia eius quod regulariter mouetur partes: æqualiter quoq; feruntur nec altera tardius: aut celerius altera: cœlum autem mouetur æqualiter ut ſenſus manifeſtat & phyſicæ rationes concludunt: & eſt principium aſtronomicum quod motus diurnus ſit regularis: quare oẽs ptes cœli mouentur æquali uelocitate: nõ igitur ſtellæ polo proximæ tardius. Secundo continuum eſt cuius motus eſt unus quinto metha. cœlum autem in omnibus eius partibus continuatur: unus igitur eſt omnium partium motus: idẽ autem motus non poteſt eẽ tardus & uelox: quare partes polares non mouentur tardius reliquis a polo diſtantibus. Tertio eadem intelligentia mouet totum orbem & omnes eius partes: partes autem polares minores ſunt quã diſtantes ab eo: igitur ſuper eas eadem intelligentia maiorem obtinebit ꝓportionem: a maiori uero proportione motus uelocitatur: quare uidetur ſequi totum oppoſitum ei quod dicebatur: quod ſcilicet partes & ſtelle propinquæ polo non tardius: immo citius mouentur. In oppoſitum ſunt & philoſophi omnes & aſtrologi uolentes polum nullo modo moueri: immo fixum eſſe ad cuius immobilitatem tota ſphæra defertur: aliæ uero omnes partes circulariter mouentur: quarum quæ propriores ei tardius: quæ uero diſtantiores celerius: unde æquator diei: quoniam a polo utroq; æquidiſtans remotiſſimus eſt uelociſſime mouetur. Et hoc idem experientia horum inferiorum comprobatur: uidemus nanq; in motu rotæ axim eius immobilem omnino permanere: partes uero rotæ omnes circuere: quarum quæ propiquiores axi tardius: & quæ remotiores uelocius: rotæ uero ſuprema pars & circulus ſuperior omnes ſuperat motus uelocitate. Etiam in ſuperiori ſphæra ſi quis ſpeculabitur idẽ deprændet: uidemus nanq; ſtellas proximas æquatori uelociſſime motus oriri & occidi & in die naturali circuitum magnum deſcribere: quæ uero polo aquilonari tarde: & ita paruos in die peficere: ꝙ

q̄ ſenſus non percipiens immobiles earū plurimas enunciat:ſicuti dicitur de ſtella aquilonari a nautis non modicum obſeruata quod ſit immobilis ob propinquitatem eius ad polum arc̄ticum:quo fit ut tarde deferatur. Pro determinatione huius quæſtionis eſt aduertendum primo:& licet circulatio ſit ſpecies motus localis:aliud tamé requiritur ad æqualitatem motus circularis quam motus ſimpliciter:quoniam nanq̄ de ratione motus abſolute eſt quod fiat in ſpatio nil aliud ultra hoc requirēs tunc motus dicitur æqualis:quando ſpatium in eo pertranſitum æquatur tempori:hoc eſt quod in tēporibus æquis æqualia ſpatia ſint pertranſita:q̄ ſi hæc adinuicem non æquentur motus inordinatus eſt & irregularis:ut ſexto phyſi.oſtenditur.Sed quia motus circularis ultra ſpatium requirit centrum omnis nanq̄ circuitus fit circa centrum ſpatio non ſufficienti:ad æqualitatem motus huius non ſufficit:immo non requiritur æqualitas ſpatii deſcripti in tempore æquali:ſed circa centrum angulorum æquitas requiritur:ut illud uelotius circuere dicatur:quod maiorem angulum tardius: quod minorem:& quod æqualem in eodem tempore æqualiter. Vnde ſi duo mobilia mota circulariter in æquali tempore in centro cauſant angulos æquales & ſi ſpatia inæqualia æqualiter circuunt:mouentur autem minime.Exempli cauſa ſupra centro a ſit primum mobile b c d e:& ſphæra lunæ f g h i: quorum partes b & f ſimul iunctæ capiantur per quas ſcilicet eadem linea a f b tranſeat: quæ ſimul motu diurno moueantur in tantum quod in ſpacio ſex horarum b in c & f in g perueniant:per quæ ſi linea recta a g c ducatur a cētro mundi cum priori angulus b a c:& quod idem eſt f a g cauſatus eſt:in eodem igitur tempore hoc eſt in ſpacio ſex horarum tam primum mobile quam ſphæra lune angulum eundem cauſarunt:igitur æqualiter ambo circuerunt:non tamen moti ſunt æqualiter ſi quidē ſpacium b c factum a primo mobili ſit ſpacio f g a luna pertranſite ut manifeſtum eſt: & ita dum ex c in d primum mobile:luna ex g ī h angulum c a d cauſando motæ ſūt & eodem modo dum faciunt arcum d e & h i.e b & f angulis ſemper eiſdem ambobus correſpondentibus : & ſi ſpatia ſint inæqualia:& ratio huius eſt: quoniam ſi anguli a deſcripti ſint in centro amborum circulorum : arcus in utroq̄ circulo qui ſibi debentur omnes ſunt proportionales:arcus nanq̄ b c proportionalis eſt arcui f g hoc eſt inæquali proportione ambo ad ſuos circulos ſe habent:ſi nanq̄ arcus b c eſt quarta pars circuli maioris & f g etiam quarta minoris ut habetur ex.25.tertii Euclidis:cum igitur tam primum mobile & ſphæra ſuperior quam ſphæra lunæ & inferior moueantur pertranſeundo æquis temporibus arcus proportiōales:nō immerite æqualiter circuere dicentur:ambæ nanq̄ in tempore æquo medietatem:& ſimul totum ſpacium ut in uiginti quatuor horis perficiunt. Et ſi quis argueret contra primum mobile & ſphæra lunæ æqualiter circuūt: igitur æqualiter mouentur ab inferiori affirmatiue ad ſuperius per regulas logicorum cum motus ſit ſuperius quedam ad circulationem.Reſponderem regulam ab inferiori ad ſuperius non eſſe bonam niſi ſimpliciter & abſq̄ determinatione ut ſciunt logicantes:unde bene ſequitur abſolute circuit igitur mouetur cum limitatione tamen ſcilicet æqualiter non ualet ut æqualiter circuit: ergo æqualiter mouetur:ueluti ſi duo grauia deſcendant alterum uidelicet per cordam & reliquum per arcum quod per cordam uelocius deſcendit cum citius perueniat deorſum:non tamen uelotius mouetur:& ſi deſcendere ſpecies ſit moueri primo de cœlo:deſcendere nanque eſt deorſum & ad medium moueri. Vlterius eſt aduertendum quod aliquid regulariter moueri dupliciter poteſt intelligi. Vno modo ratione temporis ſimpliciter non comparādo motum partis unius motui alterius:ſed abſolute motum partis determinatæ in aliquo tempore ad motum eiuſdem in alio: quod proprio nomine regulare & tali modo illud regulariter moueri profertur quod in aliquo tempore ſpaciū aliquid tranſit & in æquali æquale.Irregulariter uero quod eſt econuerſo. Alio modo ratione partium adinuicē comparatarum:ut totum dicitur regulariter motum hoc modo:cuius omnes partes in tempore determinato ſpacium deſcribunt æquale quod proprius uniforme nominatur:quod ſi una cauſaret maiorem diſtantiam uel motum quam alia uelocius moueri diceretur. Quibus ita declaratis dico primo quod quælibet cœli pars & ſtella ſeu ſit iuxta polum ſeu diſtans æqualiter circuit:probatur illud circuit regulariter quod æquis temporibus angulos cauſat in centro æquales ut probatum eſt ſupra ſed quælibet pars cœli ſeu polaris ſed diſtans ab eo eſt huiuſmodi:nam in uiginti quatuor horis quælibet quatuor rectos angulos cauſat:ex quo complet ſuam circuitionem a puncto ad punctum eundē reuertendo:omnis igitur pars cœli circuit regulariter. Secundo dico quod quælibet pars tam po-



nō limitatumeꝫ. Regule ab inferiori ad ſuperius

laris quam ab eo distans est regulare faciendo scilicet comparationem inter motum eius in uno tẽ pore & motum in alio:probatur.Illud quidem quod in temporibus æquis spatia causat æqualia re gulariter mouetur regularitate temporis:ut supra est declaratum:modo quæcunque pars cœli in tem poribus æquis transit spatia æqualia:cum cœlum in motu sit regulare:quare &c. Tertio dico quod cœlum non mouetur uniforme æqualitate scilicet partium:probatur.Illud cuius temporibus æqua libus partes spacia transeunt inæqualia inæquale est & non uniforme:ut supra est expositum:sed par tes cœli æquis temporibus non transeunt spacia æqualia:partes nanq; prope æquinoctialem in die na turali describunt maiores circuitus quam partes polares:igitur &c. Quarto dico quod quælibet pars cœli mouetur æqualiter regularitate proportionali:probatur.Illa æqualiter mouentur huiusmo di æqualitate quæ in tempore æquali spacia causant ad spacia eorum proportionata:ut dictum est su pra.Modo quælibet pars cœli causat spacium proportionatum toti suo spacio:sicut nanque pars pro pe æquatorem in medietate diei medietatem eius circuli causat:ita pars polaris: & quemadmodum pars illa in tota die totum spatium:ita & hæc:quare sequitur quod simul omnes describunt spacia p portionaliter æqualia. Ad argumenta ante oppositum.Ad primum quando dicitur quod æqua liter mouẽt eius partes æqualiter mouent cõcedo æqualitate tpis:& regulariter itaque quælibet pars tempore inæquali motum causat æqualem motui ab ea causato in alio tempore:non autem : æquali tate partium:& uniformiter itaq; tanta uelocitate feratur una pars quãtum & altera nisi proportiona liter ut dictum est. Ad secundum quando dicitur continuum est cuius motus est unus: exponunt aliqui:uerum si motus continui sit simplex non mixtus comdempsatione & rarefactione: potest nãq; aeris altera pars condempsari seu rarefieri:& consequenter moueri localiter : licet totus aer quiescat.

Sed quoniam hæc responsio non est ad propositum neque soluit argumentum:quia motus cœ li est localis purus:cœlum nãq; non potest condempsari neque rarefieri primo de cœlo & mundo. Ideo aliter expono illam auctoritatem continuum est cuius motus est unus ideſt simul & uno tempo re factus:non enim potest pars continui localiter moueri motu puro toto quiescente:neque est possi bile eodem motu uno tempore moueri una pars & alio reliqua:sed una parte mota & quælibet pars & totum simul:& eodem tempore mouetur:& ita ad propositum:quoniam cœlum mouetur motu locali puro:quælibet pars mutat locum ad motum totius. Et si quis proteruiens dicere uellet:im mo motus continui regularis est in omnibus partibus ideſt quod in aliquo tempore determinato quælibet pars causat spacium æquale:dico quod non est uerum:neque ita intelligi debet auctoritas: immo eam falsificat tam motus circularis quam rectus.Circularis quidem quoniã partes polares non mouentur æqualiter cum a polis distantibus ut patuit.Rectus etiam quoniam si graue descendens in medio spacii motum partem supremam uertat deorsũ ut quod sit grauior ceu sæpius cõtingit de cul tello sursum proiecto:certum est partem superiorem motam esse uelocius inæquali duratione:& si sit totum continuum:teneatur igitur prima expositio scilicet quod motus continui unus est i omnibus partibus:quia una parte mota totum continuum mouetur. Ad terrium dico quod licet eadem in telligentia moueat partes polares & alias distantes : quia tamen sunt oẽs cõtinue dictæ partes haben tur pro eadem resistentia:quas simul & æqualiter mouet ipsa intelligentia:quod si partes essent segre gatæ adinuicem & diuisim mouerentur ab eodem motore : certum est quod partem minorem ue locius moueret quam maiorem:quod non est cum intelligentia moueat eas simul existentes in eo dem continuo.Et quod ita sit quod scilicet motor ad mobile totum & non ad partes continui abso lute proportionem obtineat est manifestum:cum immobili continuo sint partes infinitæ paruitatis: quia qualibet parte assignata datur minor ad earum quamlibet infinitam proportionem : & conse quenter infinita moueret uelocitate & in instanti quod in libro de naturali philosophia est impro batum.

e ST ALIVS CIRCVLVS IN SPHAERA. Cum in parte superiori de primo circulo di cto æquatore diei determinationem explerit : in præsenti capitulo de zodiaco seu circulo signorum scientiam aggreditur.Cuius ordinis duplex est ratio. Prima quoniam alii cir culi in noticia zodiacum præsupponunt.Coluri quidem:quoniam eorum officium est zo diacum distinguere:& signa solsticialia & æquinoctialia demonstrare:qui absque noticia signorum & consequenter zodiaci in quo signa existunt cognosci non possunt.Similiter Meridianus diuidit zodiacum in partem orientalem ac occidentalem:& orizon in partem superiorem & inferiorem : cũ igitur omnes alii sequentes circuli zodiacum præsupponant in noticia:merite eius cognitio eorum scientiam anteceſſit. Secunda ratio est quoniam zodiacus est circulus dignior aliis:tum quia est magis realis stellis in eo existentibus distinctus & figuratus.Meridianus uero & orizon & etiam uter que colurus minime:immo magis imaginarii diuersitatem habitantium diuersificati præcipue prio res:tum etiam quia zodiacus est in octaua sphæra realiter a stellis figuratus & etiam in primo mobi li imaginatur:quod non est de aliis præcipue meridiano & orizonte qui non mouentur ad motum

cœli post itaque noticiam æquinoctialis conuenientissime de zodiaco prosequutus est. De quo agẽ. do duo facit. Primo eum & partes eius : scilicet signa declarat. Secundo quoniam stellæ in eo mouentur & sunt: exponit qualiter in eo esse dicantur ibi. (Cum autem dicitur quod Sol est in Ariete). Circa primum iterum quatuor facit. Primo nãque de zodiaco diffinitiue determinat. Secundo de p tibus eius: scilicet duodecim signis & eorum partibus ibi. (Nomina autem signorum). Tertio de linea ecclyptica zodiacum per medium secantem ibi. (Linea autẽ diuideus). Quarto & ultimo de eius medietatibus per quas diffinitur & notificatur ibi. (Pars uero zodiaci). In parte priori duplicem ponit zodiaci notificationẽ sicut dupliciter diffiniri potest quid rei: scilicet & quid nominis diffinitione. Diffinitione quidem quid rei zodiacus est circulus maior obliquus: medietate altera ad septentrionem: reliqua uero ad austrum uersus declinans sub quo omnia errantia sydera & sunt & mouentur: quare in hac descriptione circulus maior ponatur iam notum est ex superioribus: ad differẽtiam autem æquatoris ponitur obliquus: nam quoniam obliquus est ab æquatore secatur partibus eius uersus polos mundi distantibus: non est æquator diei: si quidem his ut dictum fuit a polo utroque æqualiter semotus est. At quia præter æquatorem omnes alii circuli ad partes oppositas declinant ad eorum differentiam adiectum est sub quo mouentur planetæ & sunt: nam planetæ non sunt neque mouentur sub coluris neque meridiano & orizonte nisi per accidens: accidit nanque quandoque ori zontem uniri cum linea ecclyptica ut illis qui sunt sub circulo arctico: & in illo instanti ut dicetur tertio huius planetæ moti sub ecclyptica per accidens mouentur seu sunt sub orizonte: non inquantum orizon est sub ecclyptica. Et est aduertendum quod zodiacus non dicitur obliquus circulus ad polos eius comparatus: cum ab eis secundum omnem partem æquidistet sicut æquinoctialis a polis mũdi: uerum comparatus polis totius: quia altera eius medietas austro: & reliqua declinat ad septentrionem: & cum super eisdem oblique mouentur motu diurno ad motum orbis in quo est: hoc respectu obliquus circulus est dictus. Diffinitio autem zodiaci quid nominis triplex est : dicitur nanque primo zodiacus græce a zoe quod est uita: motus nanque planetarum in eo est causa uitæ omnium factorum: nam quoniam est obliquus ut dictum constat altera eius pars summitati capitum nostrum & septentrioni approximat: altera uero ad austrum remota est ab hinc: & ita astra per eum mota appropinquant & remouentur a nobis: & consequenter diuersitatem producunt in effectibus: quod ad uitam rerum requisitum est: gratia exempli quando Sol est in medietate septentrionali propinqua zenith & summitati capitum calorem intensum in hiis inferioribus producit propter causam dicendam in fine huius tractatus: & nobis per experientiam patet in æstate. Si quidem igitur zodiacus non esset obliquus immo secũdũ oẽm partem appropiquaret æqualiter: Sol semper esset ita propinquus: & cum in breui tempore æstatis tãtum calorem producit: tunc ita eius calor intenderetur: quod non tantum nihil de nouo generaretur: immo genita & præexistentia arrefacta corrumperentur: quare zodiacus situatus est oblique ut Sol motus per aliam medietatem calor remittatur : in qua motus ex quo remouetur a nostro zenith: frigus intenditur ut patet in hyeme: & si semper ad austrum existeret ibi secundum se totum zodiaco situato: omnia immobilitate destruerentur ob frigiditatis intensionem: ut igitur non semper sit calor neque frigus semper sed successiue: ut quæ calore gignuntur frigore corrumpantur: Sol approximando mouetur remouendo in zodiaco: quare oportuit esse obliquũ. Similiter si non esset obliquus neque declinaret semper esset temporis & agentium uniformitas : & consequenter effectuum productorum æqualitas: quod non facit ad mundi perfectionem neque ad complementum intentionis naturæ: fit autem diuersitas in effectibus productis propter motum planetarum in zodiaco ut inquit Aristoteles circa finem secundi de generatione & corruptione : dum ait: propter motum Solis in circulo obliquo fiunt generationes & corruptiones in hiis inferioribus quia igitur huiusmodi circulus causa est esse & fieri uiuentium : dictus est a zoe quod est uita zodiacus: uel zodiacus dicitur a zodion quod est animal: cum diuidatur in duodecim partes æquales quæ signa dicuntur & nominibus sunt appellata animalium: ut infra dicetur: cuius rei duplex est causa. prima quod tale signum naturam tam qualitatum manifestarum quam occultarum uirtualiter habere influentia demonstrat: quam in animali eiusdem nominis formaliter inuenerunt gratia exempli planetæ Arietem possidentes & ipse Aries cœleste signũ talẽ, pprietatẽ in hæc iferiora influunt: qualis in Ariete terrestri animali est reperta: & ideo signũ illud ab animali tanq̃ a nobis notiori Arietis nomẽ accepit. Secunda causa est qm̃ signũ quælibet figuratũ est syderibus taliter dispositis & hmõi animal demonstrant cuius nomẽ accepit: unde stellæ Arietis taliter in orbe. 8. sunt dispositæ q̃ arietem terrestrem figurare uidentur: ut notificabitur conspicienti. Iginium de syderum dispositione. Et heæ causæ ambæ uerificantur: quom prima sequatur ex secunda: sydera nãq; imaginẽ figurantia similis terrenæ imaginis habent proprietatem eisq; dominantur ex sententia Ptolo. centiloquii uerbo. 9. dicentis uultus huius seculi sunt subiecti uultibus cœlestibus &c. Quia igitur zodiacus fert signa quæ duplici de causa animalium dicuntur nominibus non immerito a zodion quod est animal zodiacus a græ-

cis nominatus est. Secunda diffinitio quid nominis est signifer apud latinos quasi circulus signa ferens & in ea diuisus. Tertia diffinitio ab Aristote secundo de generatione allegato loco nominatur circulus obliquus propter causam supra recitatam. Si quis quæreret in hac parte quare propter accessum & recessum solis in circulo obliquo potiusquam alterius planetæ fiunt generationes & corruptiones: dicatur quod hoc est duplici de causa prima: quoniam astra motu in hæc inferiora agunt & propinquitate secundo de cœlo: quare quanto mouetur uelocius magis agit: & similiter q̃to terræ propinquius. Sed tres planetæ superiores Saturnus scilicet Iuppiter & Mars: & si uelociter moueantur intense tamen agere nequeũt propter remotionem eorum a terra: tres uero iseriores Luna uidelicet Mercurius & Venus licet propinqui terræ tarde tamen seruntur: cum in eodem tempore circuitum causent minorem aliis: at sol quia in medio: non enim est superior & distans: neq; inferior & tardi motus: immo in medio magis terræ propinquus quam tres superiores & uelocius motꝰ quam inferiores: ideo inter omnes intensius & sensibilius agit: & hoc manifeste uidemus cum sole tãtum nobis calor generetur: & si omnes alii sint remoti: similiter eo remoto frigus: aliis propinquis calorem producere non ualentibus: quare tantum sol principaliter agere dicitur: alii uero adiuuare: nã si Mars cum Sole coniugatur in æstate adiuuabit ad augendum calorem: & cum Saturno in hyeme sole coniuncto frigus intendere: ceu mihi in elapsis hyemis temporibus manifestum est: quando Sol Saturno appropinquabat & frigus augeri cœpebat. Secunda causa est quoniam Sol maior est omnibus astris non tantum erraticis uerum etiam fixis ut uult Alfag. differentia uigesimasecunda: quare eis luminosior: cum etiam luceat per essentiam a nullo lumen recipiens immo illud omnibus impartiens ut patet in Luna: modo quanto maioris est quantitatis & luminis tanto intensius agit: cum lumine mediante agant secundo de cœlo. Sol igitur inter cætera sydera intensius & sensibilius agit: & ideo ipse inter omnes planetas in obliquo circulo motus causa est generationis & corruptionis ut dicit Aristo. Deinde cum dicit.

NOMINA AVTEM SIGNORVM. Determinat de partibus zodiaci scilicet de signis & eorum partibus gradibus & minutis declarans eorum nomina ordinem ac numerum quam patent in duobus carminibus in textu positis. patent dico nomina: quia uocãtur nominibus animaliũ Aries Taurus Gemini &c. patet secundo ordo: quoniam Aries primus: secũdus Taurus: Gemini uero tertiũ possident locum: & ita deinceps: numerus quoq; per eosdem uersus est manifestus: si quis enim ea bene numeratus fuerit duodecim signa reperiet totum zodiacum continentia: sequens sententia est manifesta: nam ideo signa in gra. gradus quoque in. m̃. partiuntur ut loca planetarum in zodiaco: nõ tantum per signa uerum per gra. &. m̃. possint assignari. Et quoniam planetæ mouentur in zodiaco non semper per eandem lineam: immo quandoque magis alteri appropinquant polorum: & a medio eius: hinc inde per sex gra. remoueri comprænsi sunt remotione maxima: ideo zodiacum duodecim gra. latitudinem possidere annuntiant: ut ubicunq; planeta moueatur zodiacum exire non ualeant immo si eo semper reperiantur. Quodlibet igitur signum longitudinem triginta gra. & duodecim latitudinem habet: quare mentiuntur quidam illud esse quadratum: cum quadratum quatuor lateribus æqualibus primo elementorum terminetur: duo uero latera signi quare cõtinet triginta gra. reliquis duodecim sunt longiora: qua de re uero & recto uocabulo signa non possunt dici quadrata sed quadrangulata. Est nanq; figura quadrãgulata quatuor angulos totidemque latera cõtinens: seu sint æqualia siue non. Deinde cum dicit.

LINEA AVTEM. Quoniã zodiacus non tantum longitudinem habet uerum & latitudinem ut dictum est modo: non tantum loca planetarum secundum eius longitudinem sufficit habere immo & ea secundum latitudinem haud ignorare requiritur: ut uidelicet an sint in pars illa zodiaci quæ ad septentrionem uergit uel ad illam quæ ad austrum: & ut hoc possit haberi imaginati sũt priores astrologi lineam quandam in circuitu zodiaci procedentem per eius medium secantem sex gradibus uersus septentrionem relictis & uersus austrum totidem: quam lineam ecclypticam nominauere seu uiam solis & illam partem zodiaci quæ ab hac linea remouetur ad austrum australem: reliquam uero septentrionalem nuncuparunt. Dicitur quidem primo uia solis: quoniam & si reliqui planetæ zodiacum perambulantes ad partem eius utramq; ab hac linea remoueantur: nunquam tamen sol: immo semper est sub ea: & eam describit ut in libro Almag. & theorica⁹ declaratur. Ecclyptica uero dicitur ideſt linea in qua contingunt ecclypses: semper nanque ad hoc ut fiat ecclypsis aliqua in hac linea reperiri lunam necessum est: uel saltem prope eam. Pro cuius explanatione est aduertendum quod luminarium ecclypsis aliud nihil est quod eorum luminis priuatio & defectus: qui quidem improprie dicitur & competit soli: cum nanq; is luceat per essentiam & semper lumine nunquam priuari neque cõsequẽter obscurari p̃t: sed tm̃ respectu nr̃i ecclypsat ut qđ eius lumẽ ad nos multiplicari & puenire nõ põt ob obstaculũ aliqđ corpis oppaci & dẽpsi iterpositi iter nos & solẽ: si qdẽ ut p̃bi & pspectiui tenẽt & sensus nos reddit certiores lumẽ nõ nisi p dyaphonũ & träsparẽs mediũ p̃t multiplicari. Cor-


pus autem dempsum quod iter solem & nos interpositum eum ecclypsat est luna ut astrologi potissimis rationibus & philosophi concludunt & experimentis. Solis igitur ecclypsis causatur obiectum lunæ inter eum & nos: non potest autem luna dicto modo interponi nisi in nouilunio ideſt eorum luminarium coniunctione: huiusmodi nanq; coniunctio dicitur nouilunium ideſt noua lunatio: renouatur nanq; luna & nouiter incipit uideri prius occultata sub radiis solis: ut etiam uulgares non ignorant: uerum quoniam non ī omni eorum coniunctione fit huiusmodi ecclypsis: cum sol semper sit in medio zodiaci & linea ecclyptica: & minime luna: ea non singulis coniunctionibus interponetur inter solem & nostrum aspectum: ad hoc igitur ut directe interponatur: oportet quod sit in eadem linea ecclyptica: & cum tunc solis contingat ecclypsis: est linea ecclyptica nominata. Quod autem ecclypsis improprie dicatur de sole: ueluti extintio improprie dicitur de candela cui manus est interposita lumen eius prohibens diffundi: iam manifestum est ex diuersitate aspectus: si quidem nāq; sol uere deficeret: omnibus uideretur huiusmodi defectus & eiusdem quantitatis & æquali tempore perdurans: at quia apud quosdam ecclypsis maior uidetur & longiori tempore extensa quam apud alios causa est diuersitas in aspectu: quod manifestat interpositio manus ante candelam: quæ apud diuersos diuersimode priuatur & absconditur. Eodem quoq; modo ecclypsis lunæ contigit ea ecclypticam uel prope possidente: nam cum de se lumine careat: uerum a sole ueluti a fonte indeficienti id accipiat: dum huiusmodi lumen recipere impeditur ecclypsim patitur: impeditur autem umbra terræ: quam cum ingreditur ecclypsatur: sed quoniam umbra opaci proiicitur ad oppositam partem corpori luminoso ut probant perspectiui: cum sol semper sit in ecclyptica & terra in medio mundi: ut primo huius patuit: proiiciet umbram in ecclyptica parte oppositā soli: quandocunq; igitur ē plenilunium ideſt lunæ plenitudo contingens in eius oppositione cum sole: tunc nanq; ipsa plena & rotunda uidetur: & luna fuerit in ecclyptica: contingit eiusdem ecclypsis. Et ergo quia luna non potest ecclypsari nisi soli opposita sit ī dicta linea: & quandocunq; est in ea in plenilunio ecclypsatur: rationabiliter linea ecclyptica ideſt in qua luna existente aut in plenilunio seu in noui lunio luminarium contingit ecclypsis est appellata. Quod quia astronomiæ nouicii huiusmodi comprændere nō possunt absq; demōstratione in sphæra materiali & corporali: in plano nanq; declaratio uix percipi potest: breuiter pertranseo lucidiorem lectoribus relinquens declarationem: quare autem luna non sit ī ecclyptica semper sed ab ea hinc inde remota discedat in theorica eius lucidissime declaratum apparet.

Deinde cum dicit.


PARS VERO ZODIACI. Quia zodiacum diffinierat per alterius medietatis ad austrum & alius ad septentrionem declinationem: in hac parte distinguit & declarat ambas medietates: quæ qualiter ad septentrionem & ad austrum ab æquatore remotæ declinant sphæra materialis luce clarius ostendit. Ibi nanq; reperietur æquatorem diei zodiacum intersecare in principio arietis & libræ: & totam medietatem eius sex signa continentem Arietem Taurum Geminos Cancrum Leonem & Virginem polo arctico approximari: qua de re septentrionalis dicta est: & ea sex signa septentrionalia: reliqua uero pars habens alia sex signa Libram Scorpionem Sagittarium Capricornum Aquarium & Pisces ad australem polum uergi se demonstrabit: & ideo australis & signa australia nominantur.

Deinde cum dicit.

CVM AVTEM DICITVR QVOD IN ARIETE. Cum sit dictum superius planetas esse continue & moueri in zodiaco: & cōsequenter in aliquo eius signo in parte hac declarat qualiter planetæ sint in signis: & quoniam signum pluribus modis dicitur secundum alium & alium modum acceptiōis signi aliter & aliter in eo esse dicuntur. Accipitur autem signum quadrupliciter: primo modo ꝓ superficie quadam in octauo orbe realiter uel in primo mobili imaginatorie: cuius longitudo est trigin ta gra. latitudo uero duodecim: & quoniam planetæ sunt in propriis sphæris: non possunt dici eē ī hac superficie ceu locatum in loco per se: itaq; ab ea circundentur: uerum in pro sub accipitur: ut dicitur Solem esse in Ariete ideſt sub Ariete itaq; si ducatur linea recta a centro mundi per centrum solis in Arietem terminabitur. Secundo modo capitur signum ꝓ quadam figura pyramidali: cuius basis & fundamentum sit signum modo dicto: & uertex & cacumen in centro terræ. Exempli causa esto signum dictum primo modo a b c d: & centrum mundi e ex latere a b triangularis superficies a b e ducatur ad centrum usque mundi: & secunda a c e ex latere a c & c d e ex latere c d & quarta d b e ex latere b d constituta est iam dicta figura pyramidalis quadrilate-





ta includens totum ſpacium ad centrum terræ:& tali modo accipiẽdo ſignum aſtrum uere dicitur eſ ſe in ſigno ideſt a ſigno incluſum quia inter dictas ſuperficies:ut ſi ſit gratia exempli in pũcto f & heæ duæ ſigni acceptiones quare ponantur:eſt manifeſtum. At quoniam tantum zodiacum diuidunt: & conſequenter aſtra quæ ſunt in eo locãt:nõ autem ſydera reliqua extra eum:ad hoc autem ut aſtra omnia in zodiaco locari poſſint tertia ſigni ſignificatio poſita eſt:& quædam ſuperficies ĩ orbe ſigno rum a polo ad polum intercepta ibidem ſtricta lata uero in medio ſignũ primo mõ acceptũ ĩcludẽs exempli gratia ſit ſignum primo modo ſumptum a b a uidelicet prĩcipium & b terminus & poli zodiaci c & d ducatur ab utroq; polorum ſemicirculus c a d per initium ſigni tranſiens:& reliquum c b d per eiuſdem finem: conſti tuta eſt quidem figura ad modum ſuperficiei ſupioris corticis melonis ſtri cta.ſ.in polis.c.&.d.& lata in medio a b includens ſignum a b primo modo acceptum:quæ dicetur ſignum tertio modo & nominabitur nomine ſigni ĩtercluſi:& tali mõ ſtellæ iuxta polum etiã in ſignis ponẽtur:ſi intercipietur inter duos dictos ſemicirculos:& tali modo in libro Almag.a Ptolo. & ab Alphõſio ĩ tabulis ſtellas fixas ĩ zodiaco ſituãtibus accipitur. At ſi ex ſemi circulo c a d ſuper axi zodiaci c d ſuperficies ducatur:& altera ex alio ſemicir culo c b d figura reſultabit:cuius baſis eſt ſignum tertio modo acceptum: & talis erit quarta ſigni acceptio:& eſt ſimile pro rudibus ſi ſupra corticem di ctum melonis carnoſitas eiuſdem uerſus ſuperius ad acumen tendens ima ginetur & hac ſigni acceptione totum uniuerſum & ſydera & elementa ſunt in ſigno aliquo.



VNT AVTEM ALII DVO. In hoc terrio capitulo ſimul ꝓſequitur de duobus circulis ma ſ ioribus.ſ.coluris. Eſt nanq; colurus circulus maior tranſiens per polos mundi mobilia ad mo tum ſphæræ.Et per hoc quod dicitur tranſiens per polos mundi diſtinguitur ab æquatore & zodiaco ut in eorum locis patuit:& quoniam meridianus & orizon rectus ſimiliter tranſeunt per po los primi mobilis ad eorum differentiam additur ultima particula ſcilicet mobilis ad motum ſphæ ræ:nam meridianus & orizon nunq; uariantur in loco aliquo:ſi quidem meridianus ſemper per ze nith & orizon per orientalem partem tranſit & occidentalem:coluri uero ambo mouentur cum ſub iectiue ſint in ſphæra ut patebit.Et hac de cauſa de coluris anteq; de illis determinationem egit: quia coluri ſunt aliquid ſphæræ & in ea fundati:non autem meridianus & orizon. Secundo quoniam coluri circuli ſunt magis reales & abſoluti quam illi:omni remoto reſpectu habitantium in ſphæra exiſtentes:meridianus uero & orizon uterq; cauſantur per comparationem ad habitationem:nam ſi non eſſet habitatio in terra: neq; illi eſſent. Colurus autem duplex eſt:nam quidam dicitur diſtin guens ſolſticia:alter uero diſtinguens æquinoctia.Pro quorum manifeſtatione eſt ſciendum q̃ zo diacus ab æquatore ſecatur ut ſupra patuit in principio arietis & libræ:altera eius medietate ad ſeptẽ trionem:ad auſtrum uero reliqua declinante præſentis maxime declinantibus in medio ſeptionum & æquidiſtantes ab eiſdem ut probant geometræ initio uidelicet cancri ad ſeptentrionem:capricorni uero ad auſtrum:qua de re planeta exiſtens in principio capricorni in maxima ab arctico remotione & zenith noſtræ habitationis uerſus cancrum motus polo ſeptentrionali continue uicinatur quo uſq; ſit in princip o cancri:ubi maximam habet appropinquationem:ĩde uero ad capricornũ ſi mo ueatur recedit elongatur & reflectitur:ſed quoniam inter duos motus reflexos uera ſeu apparens qui es media datur octauo phyſico.quare in principio cancri ſol exiſtens apparent ſaltem quieſcet nul libi declinando: quia igitur ſol in principio cancri ſtat ideſt non acquirit declinationem:ſolſticium æſtiuale hoc eſt ſolis ſtatio in æſtate contingens dicitur: ſole nanq; inicium cancri poſſidente ſe cundum aſtronomos æſtatis eſt inicium. Eodem modo ſol a principio cancri ad capricornum de latus a ſeptentrione remotus appropinquat auſtro quouſq; ſit in principio capricorni eiuſdem. Inde uero ab auſtro remouendo ad ſeptentrionem reflectitur:& ideo ob cauſam eandem principium ca pricorni ſolſticium hyemale nominatur quoniam ĩcohante hyeme ſol locum illum poſſidet: hac igi tur de cauſa inicia cancri & capricorni maximæ ſolis ab æquatore declinationes & ſolſticia appellã tur:hoc notato:dico q̃ primus colurus diffinitiue eſt circulus maior tranſiens per polos mundi & zo diaci:& per hoc diſtinguitur a ſecundo coluro cum non trãſeat per polos zodiaci ut patebit: & quia tranſit per polos mundi & zodiaci:ſecabit æquatorem & zodiacum in punctis maximarum declina tionum ut dicunt geometræ ſcilicet principia cancri & capricorni:& quoniam ut dictum eſt in locis illis contingunt ſolſticia colurus diſtĩguens & demonſtrans ſolſticia cõuenienter ẽ appellatus: hoc nanq; eſt officium eius & iuuamentum in ſphæra loca ſolſticiorum & maximarum declinationum zodiaci ab æquatore demonſtrare:ut dicit Alfag.differentia.v. maximæ autem declinationes capiũ tur per arcus dicti coluri ĩterceptos ĩter æq̃torẽ & pũcta ſolſtitialia:nã qa diſtãtia capi debet p lĩeã cur tiſſimã: nõ daꝛ ãt curtior lĩea ĩter pũcta ſolſtitialia & æquatorẽ q̃ hmõi coluri portões cũ cadant ſu-

pra utroq; dicto circulo orthogonaliter:si quidem transit per polos utriusq;:non est assignare lineam breuiorem a puncto ad aliam lineam productam q̃ quæ orthogonaliter cadit:ut si a puncto a supra lineam b c a d linea perpendicularis ducatur breuissima est linearum quæ ab eodem puncto ad dictam lineã duci possunt q̃ si non erit linea a e: & quia trianguli a d e angulus d rectus est & maior angulo e:quia aliter dictus triangulus hẽret tres angulos maiores duobus rectis contra trigesimosecundo primi latus a e oppositum angulo d maius ẽ latere a d per.18.primi elementorum:quare linea a d perpendicularis curtissima est.quoniam igitur colurus supra æquatorem perpendiculariter cadit arcus eius inter punctum solsticii & æquatorem interceptus maximã ostendit solis declinationem:quæ secundum Ptolo.primo Almag.est.23.gra.51.m̃.at sententia Almeonis.23.33. quod qualiter sit comprænsum ab eodem Pto.ĩ dicto loco expõit: q̃ uero sit causa differentiæ inter prædictos uiros in commẽto nostro supra theoricam de octaua sphæra exposita est. Quod autẽ solis maxime declinationis:quarum altera inprincipio cancri reliqua in principio capricorni contingit sint æquales ita demonstratur:in coluro.a b c d e f.a polo a æquator c e æquidistans depingatur & zodiacus d f supra polum b duabus declinationibus maximis c d & e f existentibus.Nam quoniam a c & b d quartæ circuli eiusdem æquales sũt:cum polus quarta circuli undiq; distet a circulo cuius est polus:dempto arcu communi b c restãt a b distantia polorum:& c d maxima declinatio æquales ex communi animi cõceptione primi Euclidis:Et quia eadem ratione a e & b f quartæ circuli sunt æquales dempto communi arcu a f restant a b & e f æquales:quoniam igitur ambæ maximæ declinationes c d & e f æquiualent remotioni poli zodiaci b.a polo mundi a ipsæ inter se æquales sunt ex cõmuni animi conceptione primi elementorum Euclidis quod est propositum. Secundus uero colurus est circulus maior transiens per polos mundi & pũcta æquinoctialia hoc est principia arietis & libræ:hoc nanq; est eius officium distinguere scilicet & demonstrare æquinoctiorum loca:& ideo dicitur colurus distinguens æquinoctia.Et quoniam inter coluros prædictos intercipitur tam æquinoctialis q̃ zodiaci quarta pars: alter super reliquum cadit perpendiculariter:& in polis mundi se secantes causant angulos rectos sphærales.Et ita relinqtur duo esse solsticia:alterum scilicet æstiuale in principio cancri:reliquum uero hyemale in initio capricorni:similiter duplex est æquinoctium: uernale contingens sole inicium possidente arietis & autũnale eodem in principio libræ morante.






Dubitatur contra id quod dicitur coluros in polis se secare ad angulos rectos:quia hoc uero existente triangulus haberet omnes tres angulos rectos:quod improbatur primo Euclidis propositione trigesima secunda:nam quia coluri perpendiculariter cadunt supra æquatorem causant angulos rectos:quare duæ quartæ coluroꝝ terminatæ ad quartam æquinoctialis:cum eo binos rectos & tertiũ in polo causabunt. Respondetur q̃ hoc argumentum non tantum concludere uidetur coluros nõ causare rectos angulos in polis.immo nullo modo se secare:nam quom prædictus triangulus habeat duos rectos ad æquatorem productos cum tertio tres rectis duobus maiores hẽret angulos. Et ideo soluendo dico quod omnes tres anguli huiusmodi trianguli recti sunt:neq; propositio Euclidis hoc excludit nisi a triangulis linearum rectarum:tales nanq; tres duobus rectis maiores angulos continere est improbabile.Sed triangulus resultans ex duabus quartis coluroꝝ cum quarta æquatoris non ẽ rectilineus sed ex lineis sphæralibus & curuis constitutus.

SVNT ITERVM duo alii. Expedita in præcedentibus capitulis determinatiõe de quatuor circulis maioribus ĩ parte hac de duobus residuis simul,psequit:& duo agit primo quidẽ meridiani docet diffinitionem & iuuamẽtum.Secũdo uero orizõtis ibi:orizon uero ẽ circulus. Meridianus quidem dignior est orizonte cum sit magis eleuatus supra terram & sydera in eo ultimã q̃ possint habere habeant altitudinem & eleuationem:similiter intensissimum uigorem & potentiam ceu uidemus de sole q̃ in meridiano existens calefacit & desiccat:reliquos quoq; effectus eius intensius producit q̃ existens in oriente seu occidente.Præterea meridianus apud astrologos est orizõte:cũ dies incohent ab existentia solis in meridiano:non autem in orizonte orientali:neq; occidentali. A meridiano igitur incohando dico q̃ est circulus maior transiens per polos mundi & zenith semper. Nam propter hoc quod dicitur transiens per polos mundi distinguitur ab æquatore & zodiaco:ut ex eorum capitulis patet.Et quoniam orizon rectus etiam transit per polum utrunq; ad eius differenti-


am additur transiens per zenith:orizon uero rectus non transit per zenith:immo ab eo undiq; æquidistat ueluti etiam obliquus. At quia uterq; colurus transit per polos prædictos & in motu contingit uniri cum meridiano & transire per zenith ad hæc ut ab eis distinguatur meridianus ponitur ultima particula semper:meridianus nanq; semper transit per zenith:non autem colurus. Et est zenith quidã puuctus directæ in firmamento capitibus nostris suprapositus ab omni parte orizontis æquidistans:ẽ nanq; polus eius:& ideo quia meridianus transit per dictum zenith æqualiter distat a loco orientis & occidentis:sequitur q· motus solis ab oriente ad meridianum æquatur motui eiusdem a meridiano ad occidendi locum:& consequenter tempus ante existentiam solis in meridiano est æquale tempori post meridiem:sole igitur circulum meridianum possidente fit meridies in qualibet parte:cuius est meridianus:medietas nanq; diei artificialis præterita est:reliqua futura:& hac de causa circulus meridianus est dictus seu circulus medie diei. Meridianorum diuersitas & distantia longitudinem ciuitatum & locorum quorum sunt meridiani demonstrat. Pro cuius euidentiori dilucidatiõe est aduertendum q̃ pluribus de causis & impedimentis tota terra non habitatur: una quarum potest esse terrestris. s. aqua quæ terram circundans impedit habitationem animalium respirantiũ in parte illa terræ quæ ab aqua tegitur & cooperitur. Secunda causa est caliditas seu frigiditas intensa destruentes tẽperamentum:quo uita reseruatur & durat in uiuentibus:ideo ad distinguendum partem terræ habitatam ab inhabitabile imaginant Pto. secũdo & Almag. ca. sexto:& secũdo q̃tripartiti capitulo tertio & Alphag. differentia sexto:& auctor in fine huius secundi tractatus & in tertio lineam in superficie terræ eam undiq; ambientem directe æquatori diei suppositam:terram in medietatem australem partientem & septentrionalem:quæ erit in figura præsenti a b æquidistans ab utroq; polo primi mobilis c & d cuius c pars septentrionalis habitatur:d uero australis:uel quoniam aqua circundatur uel alio impediente inculta est. Iterum quoniam non tota pars c habitatur cum inuentum sit ut dicit Alphag. habitationem ab a in b non complere totam circulationem terræ:immo orientalem ad usq; occidentem non excedere spatium. 12. horarum:quæ complentur per motum in circuli medietate: igitur tantum medietas terræ ab oriente in occidentem colitur:quapropter ad distinctionem harum partium imaginari oportet circulum a c b d per orientem occidentem & polum utrunq; transeuntem partem terræ inferiorem inhabitatam propter aquam a superiori distinguente: quare tantũ quarta a c b septentrionalis habitatur:nec eadem tota: quoniam partes polari axi suppositę ob frigiditatẽ: quoniam auia solis remote sunt:& quoniam ibi continue aqua impediẽs habitationem inhabitate existunt:quare circulus sub circulo artico descriptus a polo c distans. 24. gra. imaginetur qui sit e f. Et igitur totius terræ tantum pars a b e f colitur:cuius longitudo ab oriente in ocidentem:& econtra per lineam a b demonstratur:& est. 180. gra. medietas uidelicet circuli æquatori subpositi. Latitudo uero. 66. gra. est portio circuli a e uel b f: quoniam quarta circuli a c est. 60. gra. ex quibus demptis. 24. gra. quanta est distantia poli c a circulo artico e remanet latitudo habitationis:propter hãc igitur causam ab oriente in occidentẽ lõgitudinem:latitudinem uero a polo ad polum considerant astronomi:nec oppugnant philosophis:q̃ aliter considerantes dicunt cœli longitudinem accipi per diametrum polos mundi transeuntem:latitudinem uero ab oriente in occidentem acceptã eẽ. quibus ita notificatis dico q̃ quandocũq; duo loca ut duæ ciuitates ita in terra sint situate q̃ altera orienti magis approximet q̃ reliqua nõ hñt eãdẽ lõgitudinẽ ĩmo altera magis distat scdm longitudinẽ:& consequenter hñt meridianos diuersos. uerbi gratia sit ciuitas cuius zenith sit g ab oriente distans lõgitudine a g:altera uero cuius zenith h magis distans:quia longitudine a g h notum est q̃ idem meridianus per ambo zenith transire nequit: ímo diuersi c g d & c h d & arcus æquinoctialis g h interceptus inter dictos meridianos longitudinem earum ostendit distantiam:nam ciuitas h ab oriente a magis elongatur q̃ g ciuitas per arcum g h: & habita quantitate huius arcus in cœlo per gra. graduumq; m̃. non ignota erit ciuitatum dictarum i terra distantia per miliaria per canones declaratos in fine primi tractatus. Reperitur autem quãta sit portio æquatoris intercepti inter duos dictos meridianos per quantitatem diuersitatis in apparitione eclypsis lunæ:nam si in altera ciuitatum in hora noctis. 4. in altera uero quinta hora appareat:quia differentia est unius horæ:erit portio æquationis dicta. 15. gra. si quidem tot gra. mouentur in hora & totus æquator in. 24. horis ceu alibi habet determinari. At si duo loca g & i eundem habeant meridianum c i g d eandem habent longitudinem & distantiam ab oriente uel occidente: distat nanq; g ab oriente arcu a g. i uero arcu ei æquidistanti k i qui æquales sunt portionaliter. i. in tanta proportione arcus a g ad totum circulum se habet a b in quanta arcus i k ad totum circulum ibidem descriptibi



lem ut geometri demonstrant:quare loca eundem habentia meridianum habent longitudinalē di-
stantiam æqualem. At tamē distant latitudinali distatia cum i magis appropinquet polo c q̄ locus g:
& distantia inter ea latitudinalis ostenditur per arcum meridiani g i interceptū inter duo zenith: cu-
ius arcus habita quātitate per gra.&.mi.per eosdē canones habetur distantia latitudinalis in terra per
miliaria modo eodē. Latitudinalis autem distātia inuenit̄ per eleuationem poli arctici supra orizon-
tem:si quidem tantum distat zenith ab æquatore quātum polus mūdi eleuatur supra terrā:ut auctor
inferius demonstrabit:hoc igitur modo situs mundi distantias ciuitatū:nec nō longitudines ac lati-
tudines cuiuslibet loci antiqui perceperunt.

ORIZON VERO EST CIRCVLVS. In hac ultima parte prosequitur de ultimo circulo inter
maiores:& primo diffinitiue:secūdo uero diuisiue ibi.(Est autē duplex orizon).Quid sit orizon:p
magna parte in primo manifestatū est:ubi dictū fuit:q̄ ubicunq̄ homo moretur medietatē cœli su-
præmam quæ hæmisphærium superius.i.semisphæra & medietas nuncupatur conspicit:alia uero me
dia pars quæ hæmisphæriū dicitur inferius occultatur eidē:quæ quidem medietates terminantur &
coniunguntur linea orizontali per terræ superficiē trāseunte:tota nanq̄ superior medietas ad lineam
usq̄ illā uidetur:& inferior occultata ad illā similiter terminatur. Et ideo diffinitiue orizon est circu-
lus maior cœlum in duas ptiens ptes hæmisphæriū.s.superius & uisum:& inferius occultatū per se:&
per hoc distinguitur ab omnibus aliis maioribus circulis:qui uel nō diuidūt cœlum in supius & infe
rius hæmisphærium:uel per accidēs diuidunt:nā existentiū sub æquatore bis in die naturali uterq̄ co
lurus cū orizonte unitatur:& diuidit sphærā in hæmisphærium uisum & nō uisum:hoc tamē est per
accidēs & nō semper:ut notū est. Eodē modo æquinoctialis ptitur cœlū in ptem uisam & nō uisam
illis qui sunt sub polo arctico ut patebit tertio huius:hoc tamen est accidentale ei:& hoc non agit in-
quantum æquator:cum nō sit de ratione eius:sed quia idē cum orizonte. Quia igitur ad huiusmodi
circulum terminatur uisio orizon græce:quod terminator uisus latine sonat dictus est. Et quoniam
duo diuidit hæmisphæria uisum.s.& occultatū:circulus est appellatus hæmisphærii.i.diuidens sphæ-
ram & duo cōstituens hæmisphæria inferius & supius:quæ uere hæmisphæria possunt appellari:cum
distinctionē accipiāt per uideri & occultari:quod nō potest dici de hæmisphæriis aliis circulis diuisis
ut notum est. Deinde cum dicit.


EST AVTEM DVPLEX ORIZON. Agit de orizonte diuisiue Duplex nanq̄ est orizon rectus
& obliquus:qui quoniā cum sphæra recta & obliqua idēptificātur:quicūq̄ nanq̄ habēt orizōtē rectū
& sphærā:& qui illū obliquū & hāc:& conuertitur quod denotauit auctor in tex.quom dixit. Rectū
orizonta & sphærā rectā hnt illi &c.& perfecte uisum ē mihi exposuisse i primo huius capitulo de di-
uisione sphæræ accidentali utrāq̄ sphæram:& cōditiones quoq̄ eaꝝ declarasse:in hac parte idē reca-
pitulando sermonē prolōgare recuso. At quoniā qui nō sunt sub æquatore diei distantiā obtinēt la-
titudinalem ut supra dū de meridiano agerē declaraui:quæ quidē distantia & latitudo potissime per
eleuationem poli aquilonaris supra orizontē accipit̄:quod nō esset nisi ambæ.s.distātia zenith habi-
tationis ab æquatore aut distantia ciuitatis a linea æquatori suppositā:& poli supra orizontem altitu
do essent æquales:ideo eas adinuicē æquari in hac pte demōstro: i coluro solsticia distīguēte uel me
ridiano a b c d e f orizon capiat̄ a e:& zenith polus eius c cū
zenith & sūmitas capitū ab orizonte æquidistat:sit quoq̄ æq̄
tor b f:& polus mūdi aquilonius d qm̄ nanq̄ orizon a e secat
sphærā in duo æqualia:& zenith undiq̄ æquidistat:erit arcus
c e.a zenith ad orizontē quarta circuli. Eadē rōne b d ab æq̄-
tore ad polū quarta circuli:sed notū est q̄ eiusdē circuli quar
tæ sunt æquales:arcus igitur b d & c e æquātur adiuicē:quare
dempto arcu cōmuni uterq̄ c d scilicet distātia iter zenith &
polum:restat arcus b c distantia zenith ab æquatore æqualis
arcui d e eleuationi polari supra orizontē:quod est intētū: &
ideo cū hæ sint æquales non est mirandū si latitudo ciuita-
tum & distātia zenith ab æquatore reperit̄ per eleuationē po
li supra orizontē. Dubitatur tamē quoniā non uidetur ori
zontem conuenienter per rectū & obliquum diuidi posse:cū
non sit nisi unus:tot nanq̄ sunt orizontes in quot duo media




cœlum diuiditur:cū orizon diuidat cœlum in duo hæmisphæria superius uidelicet & inferius: cœlū
autē nō potest diuidi nisi i duas medietates ceu quælibet totū:igitur orizon erit tantū unus:& conse
quenter si rectus non datur obliquus:uel si obliquus est rectus nō reperitur. Breuiter respondetur
quodlibet totū duo media tantū habere:ueꝝ diuersimode accipi possunt secūdum q̄ diuersimode to
tum potest secari:sicut gratia exēpli:& si melo nō habeat nisi duo media:potest tamē diuidi in illa ex
pluribus partibus:& p longum & per latū ceu cuilibet notū est:& ita licet cœlum duo tantum media

habeat:possunt tamen ea diuersis diui sionibus sumi & per rectum & per obliquum:unde hemisphæria diuisa per obliquū orizontē nō sunt totaliter distincta ab hemisphæriis per rectum diuisis:imo cū eisdem communicantia ut patet.

ICTO DE SEX CIRCVLIS MAIORIBVS. Cum in superioribus capitulis.6. circulis
d maioribus (quibus sphæra materialis cōponitur & sphæra cœlestis per imaginatōem) determinatōem explerit:in hoc unico capitulo & ultimo de quatuor minoribus circulis prosequtur:& diuidit in duas partes:in quarum pria agit de dictis circulis:in secūda uero eisdē circulis:qnq; zonas in cœlo totidēq; distinguit i terra ibi.(Notandum ēt quod quatuor paralelli minores).Horum quatuor minoꝝ circulorum tota declaratio per sphærā habetur materialē:ideo breuius ut potero transiens i plano demonstrabo.Esto in sphæra a b c d æquator diei b d supra polis mundi a & c:& obliquus circulus e f:cuius poli g h moueatur sphæra motu diurno itaq; tota pars d fiet i b i d.secundo rediens & ecōtra:notum est q; primū punctum cancri f maxime ad aquilonem declinans fiet in i ad f iterum rediens:qua de re sol existens i f pricipio cancri describet motu diurno circulū f i polo arctico c propinqssimo q̄ possit describere:cū punctum f iter oīa puncta ecclyptice ut dictum est polo arctico a uicinum sit maxime:q qdem circulus: quoniam fit a Sole existēte i solsticio æstiuali dicitur circulus solsticii æstiualis:& qn̄ Sol cōtinue appropiquabat nostro zenith quo usq; sit i dicto loco ubi icipit remoueri & conuertere ad hemisphærium iferius ideſt ad partē meridiei:quæ dicitur inferior: qn̄ polus meridionalis i habitatōe nostra existit sub orizonte: polus uero arcticus sup eodē eleuat:ab hac itaq; cōuersiōe i eo



icipiēte dictus ē tropic⁹ a tropos:qd ē cōuersio: & qn̄ cōtigit i initio cācri dicit tropicus cācri.Est igitur circulus solsticii æstiualis seu tropicus æstiualis siue quod idē est tropicus cācri:circulus minor descriptus a Sole existente i solsticio æstiuali uel i pricipio cācri:& qa dicit circulus minor distinguit a maioribus quo cōuenit cū aliis minoribus:iō ut distīguat a circulo arctico & antarctico additū ē descriptus a Sole:qn̄ hii describūtur a polis zodiaci:& qn̄ tropicus capricorni ut patebit describit a Sole i initio exñte capricorni:ad eius dīam addicit i pricipio cācri exñtis &c. Scdo hoc i motu initium capricorni e pūctū zodiaci ad c polū antarcticū maxie declinās i k fiet iteꝝ i e rediens:& tunc Sol ibi exñs circulū e k designabit ultimo uersus antarcticū polū c designatus ab eo cū e pūctus maxia sit declinatio:q nūcupat circulus solsticii hyemalis .i.factus a Sole i solsticio hyemale exñte: & qn̄ Sol cōtinue a nobis remouebat:ide uero icipit approximari & cōuertere ad nos tropicus hyemalis hoc ē Solis cōuersio i hyemis cōtīgēs initio:& qa describit a Sole i pricipio capricorni tropicus capricorni est dictus.Est igitur huiusmodi circulus diffinitiue circulus minor a Sole i pricipio capricorni exñte pertransitus. Silr & tertio polus zodiaci g i l:iteꝝ reuertēs in g mouebit circulum describēs g l æq distantē polo arctico a quāta est solis maxia declinatio d f.ut infra patebit:& circulus h m ōi arcticus est dictus:qn̄ describitur a polo zodiaci arcticus: uñ nota q; polus zodiaci g dī polus arcticus qn̄ appropinquat polo mūdi arctico:& alter polus eiusdē uidelicet h:qn̄ polo mūdi antarctico uicinat dī antarcticus:& deniq; qcqd ab ecclyptica uersus g remouet latitudinē hēt septētrionalē:qd uero ab eadē uersus h dī meridionale:quom igitur circulus g l describat a polo zodiaci arctico circulus arctic⁹ est dictus.Et est circulus minor descriptus a polo zodiaci arctico:& p hoc quod dī describi a polo zodiaci differt ab utroq; tropico:qui a sole fiūt:p hoc aūt q; polo arctico designātur differt ab antarctico. Eodē quoq; mō polus zodiaci h trāsferet in m circulū h m describendo priori æqlē & æqdistātē a polo mundi antarctico c sicut circulus g l a polo arctico a q qn̄ fit a polo zodiaci antarctico antarcticus circulus noiatus est.Et diffinitur esse circulū minorē a polo zodiaci antarctico descriptū




Nota mō;p quadā uera cōclusiōe manifestāda q; tāta ē solis maxima declinatio q̄ta est distātia poli utriusq; zodiaci a polo mūdi utroq;:& cōsequēter tropici ab æquatore tm̄ q̄tū a polis mūdi declinat circulus arcticus & antarcticus. Ad qd ;pbandū in polo arctico a æquator b c & zodiacus d e in polo f circulo arctico exñte f g designat:itaq; tot⁹ circulus sit colurus distinguens solsticia:notum est ex dictis supius i capitulo de coluris arcū b d esse solis declinatōem maximā quā æqualē ;pfero arcui a f distātiæ.s.poli zodiaci a polo mū

di:quoniam nanque arcus b a et d f ſunt quartæ eiuſdem circuli inter ſe ſunt æquales:quare per conceptionem primi Euclidis arcu utrique communi d a ablato:remanent arcus b d maxima declinatio et a f diſtantia poli zodiaci a polo mundi. At quoniam in puncto d tropicus eſt deſcriptus:et circulus arcticus a puncto f habetur propoſitum tantum ſcilicet diſtare tropicum ab æquatore quãtum a polo mundi circulum arcticum. Sed quoniam ſupra demonſtratum eſt utranque ſolis maximam declinationem adinuicem æquari:& eis æquantur diſtantiæ polorum zodiaci a polis mundi: ſequitur quod uterque tropicorum ab æquatore:ut uterque circulorum arctici:ſcilicet & antarctici a polis mundi æqualiter diſtant. Et quia maxima ſolis declinatio b d ex ſententia Ptolo. eſt uiginti tres gra. &. 51. m̃. & arcus a f diſtantia polorum erit etiam uiginti tres. 51. & conſequenter arcus a g : ſi quidem circulus arcticus f g eſt deſcriptus circa polum mundi tanquam circa centrum erit uiginti tres. 51. quare duobus arcubus b d & a g combinatis adinuicem fient gra. 17. m̃. uiginti quatuor. quibus demptis ex tota quarta b a. 90. gra. reſtat pars coluri d g inter tropicum cancri & circulum arcticum 42. 18. quæ quidem eſt fere dupla ad arcum b d maximam ſolis declinationem uel arcum a f diſtantiam poli zodiaci a polo mundi:quorum quodlibet eſt. 23. 51. non eſt uere dupla ſi quis bene conſideret immo minus:& ideo dixit quaſi. Ex hac concluſione ſequitur quod cum quatuor circuli minores cum æquatore dicantur quinq; paralelli:uidelicet paralellus æquinoctialis:paralellus cancri:paralellus capricorni:paralellus arcticus:& paralellus antarcticus:non ideo ita dicuntur:quoniam quãtum unus ab alio tantum alter remouetur a reliquo:quoniam demonſtratum eſt eſſe falſum cum tropici ab æquatore 23. 51. diſtent:alii uero duo circuli a tropicis. 42. 18. non igitur æqualis eſt diſtantia:ſed paralelli dicuntur duo eorum adinuicem comparati:qnoniam ſecundum omnem partem eorum æquidiſtant:nam duo tropici undique ab æquatore. 23. 51. & a tropicis circulus arcticus & antarcticus. 42. 18. ſunt diſtãtes:ut notum eſt ſano capiti.

Deinde cum dicit.

NOTANDVM ETIAM QVOD QVATVOR PARALELLI. Diſtinguit cœlum terramque in partes quinq; diſtinctione cauſata circulis quatuor minoribus: quarum quælibet zona dicitur Et eſt zona idem quod cingulus ſeu:(ut ita dicam)cintura cum huiuſmodi ps cœli ſeu terræ quæ zona eſt dicta cingat & circuat cœlum ſiue terram:ut tota portio cœli incluſa inter tropicos cœlum; ut zona circundat & ita de aliis:& quia qualiter quinque zonæ cauſentur ex quatuor circulis minoribus patens eſt:figuratione tantum indigens:ideo in circulo hoc cuius polus arcticus a & antarcticus b circulus arcticus deſignatur c d tropicus Cancri e f tropicus Capricorni g h:& circulus antarcticus i k:ſi quis recte conſpicit:uidebit totum cœlum ceu terram partitam eſſe quinque in partes ceu zonas. At quoniam Sol ſemper inter duos tropicos diſcurrit eos nunquam egrediens:ſequitur quod zona media inter eoſdem intercepta e f g h ſolis præſentia & caliditate redditur ĩhabitata cui' cauſam manifeſtabo. Et quia a polis mundi a & b maxime remouetur:duæ zonæ extremæ polis ſuppoſitæ c d a: & i k b ob ſolis diſtantiam frigiditate ſunt incultæ. Reſi. duæ uero duæ zonæ inter tropicos & circulos alios:& inter dictas mediæ habitabiles ſũt & temperatæ: quoniã eis ſol nõ ſemper aſſiſtit ueluti zonæ torridæ:neque multum ab eiſdem remouet' ſicuti a zonis polis ſuppoſitis : immo mediæ ſũt inter torridam & frigidas: ut caliditas torridæ frigiditate frigidarum in eis cõtemperetur: ut temperatæ reddantur & habitabiles:quarum ſeptẽtrionalis c d e f colitur a nobis:auſtralis uero g h i k ob eadem cauſam ſicut hæc habitabilis eſt:an uero habitetur ignotum eſt nobis:




cum inacceſſibilis ſit ex noſtra zona torrida in medio exiſtente. Et in hac ſententia etiam poetæ cõcordantur:& primo Virgilius primo geor. uerſibus in textu allegatis. Quinque tenent cœlum zonæ: quarum una corruſco ſemper ſole rubens:& torrida ſemper ab igni. Quam circum extremæ dextra leuaque trahuntur cerulea glatie concretæ atque imbribus atris:has inter mediamque duæ mortalibus ægris. Munere conceſſæ diuũ:& Ouidius primo methemorphoſeos fabula ſecunda dicens. Vtque duæ dextra cœlum totidemq; ſiniſtra parte ſecant zonæ:quinta eſt ardẽtior illis. Sic onus icluſũ numero diſtinſit eodem. Cura dei totidemque plagæ tellure præmuntur:quarum quæ media eſt nõ eſt habitabilis æſtu. Nix tegit alta duas:totidem inter utraſque locauit. Temperiemque dedit mixta cum frigore flamma. Intelligit nanque poeta per partem dextram partem ſeptentrionalem:quæ quoniam a nobis colitur dextra dicitur. Siniſtram uero auſtralem huic oppoſitam:ceu Lucanus. Vmbras mirati nemorum non ire ſiniſtras. ideſt auſtrales:duæ nanque ſunt zonæ ſeptentrionales & duæ au-

ſtrales:una uero in medio eorum:quinta uero in ordine narrationis & locutionis:media uero in ſitu eſt ardentior:eſt nanque zona torrida ut dictum eſt:itelligit quoque per onus incluſum terram quæ grauis eſt ſimpliciter:& includitur & continetur a cœlo:reliqua uero manifeſta ſunt. Quoniam cœlum terramque in quinque partiri regiones & zonas non tantum aſtrologi & philoſophi annuunt: uerum etiam & extranei poetæ tanquam omnibus notum admittunt:ideo circa huiuſmodi concluſionem dubitare ſuperuacuũ eſt mihi uiſum. Verum quia diſcordes ſũt ſapientes:de qualitate earum & maxime mediæ an caliditate eius habitatio prohibita ſit:& pro parte utraque rationes militare uidentur:ideo hanc materiam ſpeculari non eſt incongruum quærendo an zona media inter tropicos incluſa & æquatori diei ſuppoſita habitari poſſit:an caliditate intenſa inẽtperata reddatur: & habitatio interdicatur:& uidetur quod ſit habitata ob eius temperiem cum ibi non ſit caliditas ultima. Si tertia nanque zona eſſet caliditate inculta hoc maxime eſſet propter præſentiam ſolis ut dicebatur: cum non ſit aſſignari aliam cauſam calefacientem. Sed ſol non producit ibi caliditatem habitationem temperatam prohibere potentem. Nam agens quod non longo tempore præſens eſt paſſo non agit intenſe neque effectum producit ultimatum:ſed ſol paruo tempore moratur ſupra orizontem exiſtentium ibi:ſcilicet duodecim horis:in ſphæra autem noſtra in æſtate eſt ſupra terra plus quidecim horis:ſi igitur in æſtate apud noſtram habitationem non tantum calorem producit & habitatio prohibeatur:neque etiam in zona media cum minori tempore moretur præſens non producet caliditatem habitationem impedientem:immo minorem:& conſequenter illa zona eſt magis temperata. Secunda ratio illam partem terræ ſol non intenſe calefacit cui non multum appropiquat. Siquidem agens corporeum quanto paſſo uicinius tanto agit intenſius. Sed ſol in æquatore exiſtens non multum approximat zonæ mediæ:quia tunc non eſt in oppoſito augis:immo in lõgitudinibus mediis ut in theoricis habet declarari:quare tunc ſol parum calefaciet caliditate uidelicet temperata habitationem non prohibente. Tertia ratio illam regionem ſol non multum calefacit ſupra qua nõ longo tempore moratur:uerum ab eius zenith uelocius elongatur:cum caliditas a ſole cauſetur per eius ad zenith appropinquationem & moram in illo ut inferius declarabo. Sed ſol exiſtens in æquinoctiali & zenith huius zonæ uelociter declinat & paruo tempore ibidem moram trahit:probat nãque Ptolo. ſecundo Almag. quod nunquam planetæ tantum declinant ab æquatore quantum in eo uel prope eum exiſtentes:ut experientia quoque comprobatur maxime nanque declinat & obliquatur zodiacus in piſcibus Ariete Virgine & Libra:cum ſole ibi exiſtente maxima dierum et noctium percipiatur uariatio in augmento et decremento. Non igitur eſt regio illa inhabitata proferenda ob intenſum incendium. Heæ tres rationes accipi poſſunt ex Alberto maximo tertio metheo. tracta. primo capit. 19. quo in loco mira breuitate loquitur:et licet pro parte hac alias rationes potuiſſem formare:quia tamen notæ ſunt et famoſæ eas dimitto:et hiis non apud omnes diuulgatis ſum contentus. Pro hac quo ſententia eſt Auicẽ. primo canonis ſen. prima doctrina tertia:ſcilicet de complexionibus capit. prĩo:ubi uult quod tẽperatior habitatio quæ poſſit eſſe i terra ẽ ſub æquatore diei in media uidelicet zona:et poſt hanc in clymate quarto. Idem ſecunda primi doctrina ſecunda capit. octauo ubi uidet facere ſecundam et tertiam rationem iam dictam ponens tres cauſas caloris cum Alberto in loco allegato:primam ſolis propinquitatem ad terram:ſecundam exiſtentiam eius in zenith et rectitudinem radiorum:et tertiam mora eiuſdem in eo loco:et quoniam heæ omnes concurrunt in tropico Capricorni propinquitas cum ibi ſit oppoſitum augis:radiorum rectitudo cũ ſol exiſtens in Capricorno ſit præciſe in zenith longa mora:quoniam ibi zodiacus uidetur rectus & planetæ inſenſibilem ibi adipiſcuntur declinationem:immo ſol pluribus menſibus uidetur in eodem loco exiſtere:& ego addo quartam cauſam ſcilicet moram ſupra orizontem maiorem quam ſub æquatore cum ſub tropico Capricorni morantes orizontem habeant obliquum: concludendum eſt itaque ꝙ cũ omnes quatuor cauſæ caliditatis productiuæ in tropico dicto reperiantur pars terræ illi ſuppoſita eſt inhabitata. In tropico autem cancri prima cauſa deficit propinquitas:ſcilicet ad terram cum ibi ſit aux:aliæ uero tres ſequentes ob eaſdem cauſas ibi reperiuntur:quare habitatio terræ dicto tropico ſuppoſitæ non omnino prohibetur:ſed prauam teſtãtur:cum æthiops ob calorem denigrati eam partem incolent. At uero in æquatore tãtum una cauſa ſecunda uidelicet reperitur reſiſtentia ſolis in zenith ut dictum eſt:neque propinquitas eiuſdem ad terram:igitur non tãta producitur caliditas quod habitationem ĩpediat:ĩmo una cauſa cum oppoſitis aliarum trium temperamentum reſultat inter caliditatem & frigus. In habitatione antem noſtra qui ſumus a tropico Cancri uerſus polum ſeptentrionalem declinantes propter obliquitatem ſphæræ ſol longo tempore moratur ſupra orizontem licet non ſit in zenith:in quo tempore poteſt ita intenſe agere:ueluti in paruo tempore in zenith exiſtens morantium ſub æquatore:ſed in noſtra habitatione non producitur caliditas temperamẽtum excedens:quare neque in zona media:hanc quoque opinionem imitatur petrus de apono differentia ſexageſima nona plures faciens rationes:quas ne prolixus fiam & tedioſus fiIebo. In oppoſitum eſt primo Ptolo. ſecundo Almag. capitulo ſexto prope principium ubi arguens dicentes æquatorem

habitari inquit:quod sciretur relatione aliquorum in die ad nos peruenientium uel hinc aliquis illuc posset se transferre:& secundo quatripar.capit.secundo ubi ex nigredine & adustione æthiopum ibi morantiũ arguit ītemperiem & calorem.Similiter Aristo.in libello de inundatione nili: & secundo metheo.ubi diuidit terram in quinque zonas & uult zonam torridam esse inter tropicos: ut auctor posuit in tex.Item Auer.secundo metheo.Virgilius & Ouidius in carminibus in tex.adductis & ultimo auctor ut clare patuit supra. Pro solutione huius quæstionis est sciendum quod quando quæritur utrum zona media sub æquatore habitetur dupliciter intelligi potest.Vno mō simpliciter utrũ scilicet ibi uiuant animalia:& præcipue homines:& eam partem terræ incolent:secundo modo audiri potest non simpliciter utrum habitetur sed cum hac conditione bene potest nanque habitari uerũ praue ob alicuius qualitatis excessum.Et ideo dico duo:primum ꝙ zona torrida habitatur probatur auctoritate Ptolo.secundo Almag.capitulo sexto:ubi numerat lineas paralellas æquatori quæ habitantur & numerat multas inter æquinoctialem & tropicum cancri:& secundo quadripartiti ubi uult æthiopes morari inter æquatorem & tropicum æstiuum.Item omnes astronomi qui distinguentes terram in climata habitata ponunt principium primi climatis in linea ab æquatore duodecim gra.distante:sed quia tropicus cancri ab eodem remotus est uiginti quattuor gra.fere:sequitur quod initiũ primi clymatis est inter æquatorem & tropicum nominatum per æquidistantiam medium:unde totum primum cum secundi medietate a tropico uersus æquinoctialem uergit ut patebit in fine tertii huius.Similiter Lucanus dum inquit.æthiopumque solum quod non præmeretur ab ulla signiferi regione poli:in poplite lapso ultima curuati procederet ungula Tauri: uult itaque Lucanus quod æthiopia præmatur ab ungula tauri: sed ea est inter tropicos & in zona torrida:igitur zona ea colitur ab æthiopibus.Et arguitur ratione:quoniam cum æthiopes sint ita atridi sicci & denigrati:quæ qdem omnia effectus sunt caloris ut uolunt philosophi:sequitur quod habitant in locum calidũ excessiue:sed non datur locus excessiue calidus ultra circulum cancri uersus polum arcticum:cum talis regio sit temperata:ut nobis manifestum est:sequitur quod sunt inter tropicos:cum locus ille ut ostendetur ob solis præsentiam calidissimus sit:zona igitur torrida ab æthiopibus colitur. Secundo dico zonam mediam ob intensum cauma praue habitari quod demonstratur rationibus Auer. secundo metheo.Prima eius ratio si datur alterum contrariorum in natura & reliquum secundo de cœlo. Sed datur frigiditas intensa & zonæ frigidæ suppositæ polis mundi:igitur & zona torrida eis cōtraria est assignanda.Nam si darentur frigidæ & non calida eis contra operans totus mundus frigiditate periret:huiusmodi autem zona calida est sub æquatore diei:quod probatur:nam zonæ frigidæ sũt polis a quibus sol maxime elongatur:igitur calida erit in loco in quo sol maxime uicinetur qui est æquinoctialis:cum effectuum contrariorum causæ sint oppositæ:si nanque solis remotio frigiditatẽ: eius uicinitas frigiditatem causat. Secunda ratio eiusdem contraria in natura maxime distant: sed zona calida contrariatur in natura frigidis: igitur ab eis maxime distat: sed non datur locus a polis mundi:(sub quibus sunt zonæ frigidæ): distantior quam æquator:undecunque nanque ab æquatore remoueatur alteri polorum necessario approximatur:quare zona torrida est sub æquinoctiali et inter duos tropicos.Et heæ duæ rationes (ut dicit) sunt demonstrationes signi :quoniam concluditur zonam torridam esse sub æquatore non per causam eius:uerum per aliud signum.s.per loca frigidarum regionum. Tertia ratio pro qua est notandum ꝙ sol ueluti sensus manifestat caliditatem generat & maiorem aliquo in tempore:in alio uero minorem:cuius ratio est:nō quia sol dum generat caliditatem intensa terræ sit uicinus:quia sequitur totum oppositũ:in æstate nāq; quādo calor a sole causatus est in ultimo intẽsionis ipse est in auge ecentrici:& in loco a terra remotissimo ut recte dicit Cōmen. Auer.in primo eiusdẽ Metheo.& in hyeme dum frigus ultimatur sol est ī augis oppositō & terræ propinquissimus.Neq; etiam causa est:quoniam sol longio i tempore supra orizontem moueatur:quia ex hoc sequeretur ꝙ sub polis caliditas est intẽsa cum sol sit supra terram mẽsibus sex:ut tertio huius patebit:qnod falsum est & contra sentẽtiam astrologorum oĩum & philosophorum cōcedentium zonas ambas polis subiectas frigiditate incultas esse:& ob frigiditatẽ intẽsam ibi generatur aqua quæ continue fluit uersus partes nostras.Sed causa caliditatis est radiorum reflexionũ ut uult philosophus Ari.de cœlo secũdo tex.42.calor ex astris lumine mediãte & motu generatur:si nanque non lucerent non calefacerent:lumen autem mediantibus radiis influitur:necnon & radiorum reflexionibus ut uolunt perspectiui:& experientia patefacit:non enim tantum locus in quo lumen recipit lucet:uerũ & locus qui luminis habet reflexionem:lucet nanque camera in die: & si per fenestras radius solaris nec ingrediatur qua de causa secundum uarium modum se habẽdi radiorum cum reflexionibus caliditatis in ītensione & remissione uarietas causatur:unde quando radii uniti:reflectũtur itaque uniantur seu uicinent sub reflexiones eorum:intensius agunt calorem producendo quam si adin uicem essent disgregati & separati:cum uirtus unita sit fortior quam ipsamet dispersa primo metheorum.Sed ita est quod quanto sol magis est eleuatus ad summitates capitum & zenith tanto reflexiones cum radiis unitantur magis:quod declaratur ex sententia perspectiuorum omnis reflexio fit

ad angulos æquales:hoc est si luminis radius ex sole in terrã proiectus reflectatur:reflexio tantum angulum causabit ad partem oppositam quantum radius principalis.Exempli causa in plano a b radius proiicitur d c angulum causans b c direflexio fiet per line am c e angulum causando a c e priorem æqualem: quo fit ut quanto radius supra corpus planum obliquius cadit:& reflexio etiam obliquius & a principali radio magis separata erigetur.Et quanto radius d rectius proiicitur:& refletio directius eleuata priori radio magis uicinatur & adinuicem se se fortificant & corroborant:ut quilibet per seipsum leui exemplo percipere potest:qua de re si radius super corpus dempsum sit perpendicularis angulos rectos causans: ut linea a b super c d quæ tangens in puncto b uterque angulus b rectus est & reflexio quoque angulos rectos eosdem uidelicet b faciet: quare b a reflexio totaliter unitur cum principali radio a b & se uigarant adinuicẽ taliter ꝙ ultimã producẽt calliditatem.Quibus intellectis recapitulo rationẽ Auer.Ibi est caliditas intensa ubi sol possidens zenith uel parũ ab eo remotus proiicit radios perpendiculares unitos cũ reflexionibus uel propinquos ut declaratum est.Sed in regione torrida sol semper zenith possidet & maxime in pte æquatori supposita: in cuius zenith bis in anno existit sol aut ab eo ad partes diuersas parum elongatur:& minꝰ ꝙ̃ sit maxima appropinquatio in nostra habitatõe:in qua calorem quasi sufferri nõ potentẽ sentimus:quare cũ radiis uel uniuntur reflexiones:aut nõ multum distant calorem tẽperamẽtum habitatiõis destruẽtem producẽt.Et huiusmodi demõstratio ut recte dicit Cõmẽ.in loco iã dicto dat causam & esse:nõ tantum nanq; ea cõcluditur esse huius effectus.s.ꝙ sub æquatore sit ultima caliditas:uerũ etiã causa eius assignatur:quæ est cũ radiis reflexionum unitio uel uicinatio. Adhuc potest argui cõtra tenẽtes oppositũ huius qualiter est possibile ꝙ sub tropicis sit incẽdium magnum:& uolũt ex hoc quia sol eis est uicinus:& sub æquatore sit tẽperies:cui sol magis appropinquat:& minus ab eo q̃ a tropicis elongetur. Præterea cũ frigiditas sũma sit in duabus regionibus sub polis caliditas intensa iter eas per æquidistãtiam esse debet:si quidẽ ab eis maxime remoueri debet: regio autem polis æquidistas est sphæra recta sub æquatore:intẽsa:igitur caliditas est sub æquinoctiali & torrida zona inter tropicos itercipit. Propter huiusmodi igitur similesq; rationes uidetur mihi tutius teneri posse cũ hiis excellẽtibus uiris q sub æquatore non sit habitatio tẽpata & eam opinionẽ facilius tutari.Quam tenendo ad argumenta in contrariũ respondetur. Ad primũ & si in æquatore sol puo tpe moreꝫ,ppter tamẽ debitam applicationẽ quã habet ad passũ intẽse agit agens nãq; magis agit in puo tẽpore passo debite applicatum q̃ absq; applicatione in magno tẽpore & ita ad propositũ plus facit existẽtia solis i zenith uel prope in æquinoctiali in paruo tẽpore.s. duodecim horaꝫ:q̃ longitudo tẽporis in nostra habitatione:cũ eius a zenith remotione:nã in regiõe polo subiecta:& si sex mẽsibus sol sit supra orizontẽ:quia tamẽ a zenith remotus calorẽ nõ agit. Ad secundum dico ꝙ paꝫ agit,ppinquitas solis ad terram:multum autẽ operatur eius ad zenith uicinitas ceu quãdo ẽ in initio cãcri:& si sit remotus a terra:quia est in auge:qm̃ tamẽ,ppinquus zenith magis calefacit q̃ in prĩcipio capricorni terræ,ppinquus & a zenith remotus:ita ẽt si sol in æquatore esset i auge:quia tamẽ,pprior est zenith:calefacit intẽse. Ad tertiũ & si sol ab æq̃tore cõtinuo declinet: quãdo tamẽ maximã habet declinationẽ:nõ tãtum remotus est quin caloꝛẽ intẽsum generet:quãto magis quom nõ cõtinuo habeat maximã declinationẽ:cauma nãq; nõ tantum a sole in zenith morante procreatur:uerũ ab eodẽ proximo eidẽ.Et ita satisfactũ puto hiis obiectis. Veꝫ ne quis dubitãdi locus remaneat:qm̃ Auicẽ.nõ tãtum tenet lineã æquatori subiectã habitari:ĩmo esse tẽperatissimã iter omnem terræ ptem:ideo rationes eius adducã:ut eis peremptis oĩs cessat dubitatio.Arguit nãq; prædictus philosophus primo canonis sen.secũda capi.octauo ꝙ sub æquatore diei sit tẽperatissima habitatio neq; caliditas supabũdãs sed temperata:probãs oppositionẽ solis capiti & eius ,ppinquitas in zenith non efficere magnam impressionem: nisi longo tẽpore duret:per duo signa.Primum sol in meridie,ppinquior est zenith q̃ hora octaua.i.hora secunda post meridiem:si quidem diẽ artificialẽ uolumus in duodecim horas ptiri:nunq̃ enim stella est ab orizonte magis eleuata quæ dũ possidet meridianum circulum:& tamẽ hora octaua & duobus horis post meridiem calor est intẽsior q̃ in meridie:cum tunc sol moram longiorem duxerit supra orizontẽ:nõ igitur ,ppinquitas in zenith uerũ dũ rabilitas & mora solis supra terrã caliditas est productiua. Secũdum signum eiusdem:sol in mense Iunii est in prĩcipio cãcri zenith nostro,ppinquissimus:nõ tamẽ tã imẽsum cauma ac i mẽse Iunii in







Leonis initio exãs magis remotus a zenith ducit:& hoc iõ qm̃ sol dũ ẽ in pricipio Leonis tpe lõgiori moram traxit in parte septentrionali: quã dum fuerit in initio Cãcri:mora igitur & non oppositione capitibus sol caliditatem producit intensam. Cum igitur sol:& si zenith possideat existentium sub æquatore:non trahat moram longam supra terram:quia duodecim horarum tantum: non tantum calefaciet quod nabitationis temperies prohibeatur:si quidem in partibus nostris habitatio est optima sole longiori tempore moto supra orizontem:hæc sunt signa Auicen. quæ efficacia reputantur

Ad quæ respondendo dico:quod omne agens quãtæcunq; uirtutis sit in agendo tempus sibi limitat:quod si non haberet actionem propriam non produceret:quo fit ut agens debilius in tempore lõgiori uelocius agit quam fortius in paruo tempore:& ita cum sol sit fortius agens in zenith quam alibi tẽpus requirit debitum:quod si nõ haberet staret q; ĩtẽsius ageret a zenith remotus:qua de re si ponatur sol in zenith & in loco declinante multo lõgiori tẽpore:certũ est q; intẽsiorem calorem causaret. Ad ppositum modo dico q; sol dũ est in meridiano morã sex horarum duxit supra orizõtẽ: duabus uero horis post meridiẽ paꝛ a zenith eodẽ declinauit:itaq; maior est excessus ꝓportionalis huiꝰ temporis quo sol post meridiẽ egit ad tẽpus quo existẽs in meridie q̃ sit diminutio in appropinquatione ad zenith:plus nãq; ꝓportionaliter tẽporis additũ est:q̃ potentia agendi sit diminuta ob declinationem:& tale agẽs remissus in hoc lõgiori tempore intẽsius agit:ut dictum est ex sententia Arist. septimo phy. plus nãq; calefacient sex gradus ignis in hora:q̃ eiusdem. 8. in dimidia quom temporis ad tempus maior sit excessus q̃ diminutio potentiæ supra aliã potentiã. Et modo eodem respondetur ad secũdum:licet nãq; sol in principio Leonis declinet magis q̃ in principio Cancri: longiori tamen tempore septentrionalem ptem obtinuit:& maior est ꝓportionalis excessus temporis. 4. mensium ad tempus:q̃ sit diminutio in declinatione:cum cancer parum declinet ut probatur secundo Almag. Et q; sit ut dico patet per eadem signa:sol nãq; prope occasum existens maiori tempore moratus est supra orizonte q̃ in meridie:& tamen quia magis proportionaliter declinauit remissius calorẽ producendo agit. Similiter idem existens in fine Virginis longiori tempore septentrionalem partem possedet q̃ existens in principio cancri:quia tamen multum a zenith elougatur & magis proportionaliter calor ab eo producto remissus est. Tenendum est igitur firmiter hiis rationibus regionem æquatori suppositam per calorem temperamentum exire:& consequenter habitationem prauã præbere. Verum quoniã tenẽtes æquatori regionem subiectam perfecte habitari uiri sunt Aui. Alber. magnus & Petrus paduanensis differẽtiarum Conciliator non mediocris & minoris q̃ oppositã opinionem tutantes auctoritatis:uolo etiam rationes contra eos soluere:ut si quis uellet eorum opinionem imitari queat. Et primo ad Pto. 6. secundo Almag. quãdo inquit:si æquatori linea suppositа habitaretur aliquis perueniret ad nos ex illa parte:itaq; certe hoc se manifestaret:dico q; bene: inde multi perueneunt referentes illam regionem habitari ut in prima conclusione fuit deductum. Præterea dato q; inde nemo ad nos perueniret hoc nõ arguit regionẽ illã esse incultã:immo causa potest esse propter aquã uel montes aut alia in terra reperta impedientia trãsitum inde ad nos:unde non debemus negare esse quod ignoramus. Ad Auer autem primã rationem dico q; ex quo dantur zonæ frigidæ ne totum uniuersum pereat frigiditate:datur etiam calida:huiusmodi autem non oportet q; æquidistet ab illis:& quando probatur q; solis remotio causa est earum frigiditate: ergo propinquitas caloris erit causa:negatur cum ad producendum calorem non sufficiat propinquitas uerum mora:quæ non est sub æquatore ut dictum:frigiditas autem cum sit Solis priuatiuus effectus quarumlibet harum causarum remotione potest produci. Et ita sub polis tantum Solis remotio frigus producit:eius tamen propinquitas in æquatore absque mora decenti calorem producere non sufficit. Ad secundam eiusdem rationem quando dicitur contraria in natura maxime distant: uerum est distantia situs uel perfectionis:& sic ad propositum non requiritur quod caliditas & frigiditas maxime distent in situ:immo sunt ubi ab agentibus causantur: quod si in locis propinquis causentur erunt propinqua in situ:ceu cuilibet sani capitis patens est: sufficit tamen contraria distantia esse in perfectione. Ad tertiam breuius responsio manifestatur ex huius opinionis fundamentis quæ uera sunt. Notum est nanque quod ad intensionem actionis non sufficit agens est forte & potens in agendo:nisi ponatur tempus debitum in quo agit. Quoniam maiorem actionem causat agens debile in longiori tempore quam forte in tempore paruo:& ita. Et si Sol in æquatore existens moretur in zenith habitantium sub eo:quoniam tamen non longo tempore supra terram mouetur: ut in illis qui sunt in latitudine & remoti ab hac linea. Etiam licet ibi radii unitentur cum reflexionibus & uigorosiores sint in agendo. Non tamen tantum calefaciunt hac in nostra habitatione ab illa remota:ob temporis breuitatem:plus nanque agit longitudo temporis apud nos quam apud illos rectitudo radiorum ut patet ex superius dictis Ad aliud quando dicitur qualiter est possibile quod sub æquatore cui Sol magis uicinatur sit temperies: & sub tropicis a quibus Sol est distantior caliditas. Dico quod est bene possibile:si quidem non tota causa caloris est Solis uicinitas cum eius mora tam supra zenith quam supra terram:quarum quælibet dictum est reperiri sub tropi-

eis:ſub æquatore autem non niſi unam ſcilicet ſolis ad zenith propinquitatem:non autem in eo moram neque ſupra terram. Ad ultimum iam patet reſponſio:unde dico qnod licet ſub polis ſint zonæ frigore inhabitatæ:non tamen in medio per æquidiſtantiam:ſcilicet ſub æquatore eſt zona inhabitatæ caumate cum ibi non conueniant omnes cauſæ caloris:immo ſub tropicis ut dictum eſt. Et ſic cum laude dei pii habemus terminationem huius quæſtionis. At huius quæſtionis merito dubitare iterum accidit circa quædam:dictum eſt enim in præcedenti quæſtione quod ubi ſol radios perpendiculares prohicit calorem cauſat intenſum habitationis prohibentem temperiem. Item quod regiones terræ circulis arctico & antarctico ſuppoſite & incluſæ frigore incultæ reddũtur:oportet uidere quo pacto radii proiiciantur perpendiculariter. Similiter qualiter regio ī terra alicui parti cœli ſub iecta ſit:quæ ut declarentur queritur an terræ aliqua pars ſit habitabilis:& arguitur quod non: immo tota eſt inhabitabilis calore:ubicunque nanque ſol perpendiculares prohicit radios calorem deſtruitem habitationem producit:ſed ita eſt quod in tota terra quam ſol reſpicit mittit radios perpendiculares:ut in hac figura in qua terra in puncto a:ſol uero b c ſi duæ lineæ ex eius extremis perpendiculariter trahantur quæ ſint b d & c e:ex quo ipſe ſol maior eſt terra: eam totam includent & continebunt: qua de re in omni terræ parte eius radii perpendiculares prohicientur. Et quod maior eſt uidetur quod intẽſior calor producatur in parte noſtra ſeptentrionali quam ſub æquatore:nam quom utrobique perpendiculares radii cauſentur: in parte noſtra longiori tempore ſol ſtat ſupra orizontem ut eſt manifeſtum:quam in orizonte recto eorum:ſcilicet qui ſunt ſub æquatore:quare intenſius aget effectum & calorem producendo acutiorem:quod ſequitur contra opinionẽ defenſatam in quæſtione pertractata ſuperius. Secũdo uidetur totam terram frigore inhabitari: quoniam tota ſupponitur zonis frigidis in cœlo & eiſdem includitur: unde ſint circuli arcticus f g:artarcticus uero h i ductis lineis perpendiculariter ab eorum extremis f h & g i: notũ eſt totam terram eis includi & comprændi:ideo tota terra frigore eſt inculta.



In oppoſitum omnibus relictis rationibus eſt cunctarum ueritatum mater et domina experientia: uidentur nanque manifeſte quaſdam terræ regiones eſſe temperatas in quibus neque caliditas exceſſiua ſuperabundat: neque frigiditas:immo perfecte habitari ueluti ſunt regiones et loca noſtra:tertii quarti quinti et ſexti clymatis:quæ ſi negaret quis habitari eſſet fatuus et inſanus. Et quoniam rationes pro hac parte patebunt in reſpondendo argumentis nolo ſermonem prolongare:ſed in eorum ſolutione ſtatim deueniam. Pro quo eſt aduertendum quod undecunque linea ueniat ſi in ſuperficie terræ debeat eſſe perpendicularis ad centrum terræ peruenire et direcgi neceſſum eſt: quæ ſi non tendat in centrum eiuſdem perpendicularem eſſe impoſſibile eſt: immo ex parte qua linea a centro diſcedit angulum cauſat magis obtuſum quam ex alia:gratia exempli ſi in terræ ſuperficie d k cuius centrum a ex ſole b linea b o cadat non trãſiens per centrum in puncto o angulos æquales non cauſat immo angulum b o k obtuſiorem angulo b o d cum ex centro uerſus k remoueatur:& hoc eſt manifeſtum ex geometria. At ſi ex eodem puncto b cadat linea b a ad cẽtrum uſque in puncto d terræ ſecabit ſuperficiem angulum utrunque d cauſando æqualem:& conſequenter linea b d eſt perpendicularis ſuper terram:licet uelint perſpectiui & aſtronomi ex centro ſolis lineas perpendiculares capi debere:ſi nanque centrum ſolis non ſit in zenith ſed alia eius pars non dicitur radios perpendiculariter prohicere. Quo notificato dico quod ex ſole non debẽt duci lineæ æquidiſtantes ad hoc ut ſint perpẽdicu



lares ceu probat primum ante oppoſitum:uerum in centro concurrentes:uerbi gratia b a & c a & tunc tota ſuperficies terræ d e clauſa inter dictas lineas ſoli dicitur ſuppoſitã uel zonæ torridæ:eodem quo que modo quoniam f g eſt circulus arcticus ex f & g lineæ æquidiſtãtes nõ oñdũt ptẽ terræ ei ſuppoſitam:cũ nõ cadãt orthogonaliter ī terræ ſupficiẽ:imo f a & g a:& tota ps k l itercepta lineas dictas ẽ

zona frigida circulo arctico ſubiecta. Item quia antarcticus circulus eſt h i lineis productis h a i a in cẽ tro totius concurſum inuenientibus pars terræ m n altera zona frigida polo antarctico & circulo eo dem ſuppoſita oſtendetur. partes uero intermediæ d k & e m: quoniam zonis cœli temperatis ſuppo nuntur ſunt temperatæ & habitabiles: et per hoc patet reſponſio ad ſecundum: quo puto ſatiſfactum eſſe huic dubio: et expoſitioni totius et tractatus ad laudem et gloriam omnipotentis dei.

Tractatus ſecundus ſphæræ fœliciter explicit.

Incipit ttactatus tertius ſphæræ.

IGNORVM AVTEM ORTVS ET OCCASVS. Tractatus tertius ſphæræ pul cher & utilitatis non modicæ: cum in eo agatur de motu primi mobilis: at quia pri mum mobile cauſa motuũ aliarum ſphærarum: tum etiam quod omnes aliæ ſphæ ræ mouentur motu eius: aſtrologo neceſſaria ẽ cognitio huiuſmodi motus: & ideo dictum eſt præſentem tractatum eſſe utilem: pulcher eſt quoque & dignus: quoni am primum mobile inter omnia alia corpora & eius motus inter omnes alios mo tus ſunt digniſſimi: quoniam aliorum cauſa: & quia a principio primo cauſantur. Motu autem quo primum mobile proprie & principaliter defertur diurno ut ſæpius dictum eſt no minato: ſecundario uero & rapte alia mobilia: ſequitur quod ſigna oriantur hoc eſt ſupra orizõtem eleuantur & incipiant appareri: & occidant ideſt ſub orizonte depreſſa occultentur: ideo in hoc tra ctactu de ortu occaſuq; ſignorum determinatur: non oportet autem aliter de mobilis primi agere: cũ notum ſit eum eſſe regularem ſupra polis mundi: & uiginti quatuor horarum ſpacio perfici. Et licet de ortu & occaſu ſignorum doctrina amplior & diffuſior poſſit tradi demonſtratiuæ ſcilicet: quam Ptolo. in primo & ſecundo Almag. expedit. Auctor tamen breuiter & ſuccinte eam ſequitur declaran do quaſdam propoſitiones ueras quæ ſunt principia & fundamenta totius aſtronomicæ ſcientiæ: cũ ipſe ueluti in prologo huius memini dixiſſe breuiter totam theoricalem ſcientiam in hoc paruo uo lumine ſit amplexus: difficiliora etiam reliquẽs ut in fonte aſtronomiæ uideantur hoc eſt in præfato libro Almag. Et licet ego exponens digrediendo plura & pulchra poſſem declarare circa ortus ſigno rum & occaſus: non tamen omnia proſequar: tum quia difficiliora & incohantibus non apta: immo alia præſupponentia: tum quia opus in quo ea docentur Almag. nuperrime ĩpreſſum eſt: in quo om nia aſtronomiæ ſcibilia quis legens iueniet: quare nõ multum digrediar a textu diſcedens: niſi ubi ui dero neceſſitatem. Agitur igitur in hoc tertio tractatu de ortu & occaſu ſignorum principaliter: eorũ æqualitatem in ortu & occaſu, declarando diuerſitatem motus: & tempus ortus & occaſus: & quia di uerſitate ortus & occaſus ſignorum cauſatur diuerſitas in longitudine & breuitate dierum cum tem pus diuerſetur diuerſificato motu: agit conſequenter de diuerſitate dierum artificialium & noctium in augmento & decremento ibi. (Notandum quod ſol tendens a primo puncto Capricorni). Et quo niam diuerſitas ortus & occaſus in tempore: & conſequenter uariatio dierum & noctium in quanti tate augmentri & decrementi contingit in diuerſis partibus terræ: ob earum diuerſitatem in ſitu: de clarat tertio loca terræ habitabilia ea ſemptem climatimatibus partiendo: & per poli eleuationem: & quantitatem dierum maximarum: & latitudinem miliaribus notificãdo ibi. (Imaginetur autem quidam circulus). Prima pars in duas diuiditur ſecundum quod dupliciter conſideratur ortus & occa ſus: altero nanque modo a poetis: & alio aſtrologis: conſiderant nanque aſtrologi huiuſmodi in cõ paratione ad tempus: cum motus omnis quarto & ſexto phyſi. tempore menſuretur: ideo conſiderãt cuiuſque ſigni & eius partis tempus ortus & occaſus. At quoniam non eſt de intentione poetarum æqualitas motus cœli: hoc modo ortum & occaſum non contemplantur: uerum quoniam circumlo cutione utuntur ut diuerſa tempora diei & anni poſſint circumſcribere: quia aliud in die & in nocte ſimiliter aliud oritur ac occidit ſignum: eorum ortum diurnum & nocturnum contemplantur & oc caſum: & eadem de cauſa ſolarem: ideo primo determinat de ortu & occaſu more poetarum: ſecun do uero ut accipiunt aſtronomi ibi. (Sequitur de ortu & occaſu ſignorum). Notandum eſt pro intel ligentia completa totius capituli præſentis quod ortus cuiuſque ſigni uel ſideris nil eſt aliud quam inceptio uideri poſtquam non uidebatur: quod tranſumptiue ſumitur ab ortu & profluxu uegetanti um: quæ dum in utero uel in terra ſunt abſcondita non uidentur: poſtquam autem exeunt & in lucẽ prodeunt oriri dicuntur: ueluti arbor oriri aut planta: homo quoque & animal oriri dicitur: ſimiliter & ſtellæ abſconditæ prius uideri non potentes dum incohant apparere oriri dicuntur: priuantur au tem uiſione duabus de cauſis prima quia ſub orizonte ſunt: cum dictum ſit in ſecundo huius q; orizõ terminat uiſũ: itaq; quicqd eſt ſub eo abſcõdit & uideri nõ põt: quãdo uero motu primi mobil ſupra orizontem aſcendunt: quia ad hemiſphærium ſuperius & partem uiſam uideri incohant & oriri di-

euntur:q; si sub orizonte existentes de die ueniant supra cosmice dicuntur oriri:si uero de nocte ascẽ. dant cronice propter rationes inferius exponendas.Secunda causa impediens ne uideantur est quo. niam sunt cum sole:quando nanque astrum est uel soli coniunctum uel ei propinquum non permitti tur uideri solis præsentia propter rationem quam declaraui in theoricis capitulo de passionibus pla. netarum:qua de re si a sole discedens remoueatur uideri icohat et oriri dicitur elyace.ideſt ortu sola. ri et respectu solis. Eodem quoque modo de occasu ẽ dicendũ q; est definitio uideri astri qđ prius uidebatur:quandocunque nanque stella prius uisa desinit uideri occidere dicitur contrarie oriri : po. test autem astrum dupliciter ascondi post apparitionem: primo sub orizõte descendẽs & occultãs se occasu orizontali occidere dicitur:quod si de die cosmice:cronice uero de nocte occidit. Secundo quando solis ingreditur radios ab eo prius elongatum occidere dicitur elyace.Et nota quod licet ali cui idem conuertibiliter uideretur ortus & ascensio similiter occasus & descensio:non tamen ita est: immo ortus in plus quam ascensio se habet & occasus quam descensio:nam cum inceptio uideri con tingat dupliciter per eleuationem supra orizontem & per remotionem a Sole de utraque dicitur or. tus ut patet:cum ascensio non dicatur nisi de ortu orizontali qui est supra eundem eleuatio:quod au. tem a Sole remoueatur non dicitur ascendere cum possit etiam descendere.Similiter definitio uide. ri dupliciter contingit per depræssionem sub orizontem & appropinquaitonem ad Solẽ & de utraq; prædicatur occasus:tamen descensio non nisi sub orizonte fit depræssio:quod nanque appropinquat Soli non dr ascẽdere & descẽdere:& ita hẽmus:quod ortus & occasus cõtigit tam respectu orizõtis quam Solis. Ascensio uero & descensio respectu orizontis tantum.Patet etiam triplicem esse ortum & occasum cosmicum cronicum & elyacum:quorum sufficientia ita probatur:quoniam uel est respe ctu orizontis uel solis ut dictum est:non enim datur aliud quo astra possint abscondi ni sub orizonte uel Solis præsentia:si respectu orizontis uel de die:& est talis cosmicus uel de nocte & est cronicus: & quia non datur tempus medium inter diem & noctem : non datur tertius ortus uel occasus respe. ctu orizontis. Si uero sit respectu solis est elyacus : non potest autem hic diuidi in die & nocte:quo niam astra de die non uidentur ob solis præsentiam:quare non oriuntur elyace:licet oriantur cosmi. ce dum de die supra orizontem ascendant:quare licet non uideantur solis præsentia:quantum tamẽ est merito orizõtis possunt optime uideri.Tria itaq; facit:primo agit de cosmico:secũdo cronico ibi. (Cronicus ortus).tertio uero de elyaco ibi.Elyacus ortus.Est itaq; ort⁹ cosmicus eleuatio & ascẽsio si gni uel stellæ ex sub orizonte ad supra de die artificiali.Dicitur primo eleuatio ad differentiã occasus huiusmodi qui'est depræssio:secundo ponitur ex orizonte ad differentiam ortus elyaci qui est ex sole ultimo additur in die artificiali ad differentiam ortus cronici:qui & si sit orizontalis est tamen in no cte.Dicitur autem cosmicus a cosmos græce quod mundus sonat latine:unde cosmicus ortus idem est quod mundanus & principalis:nam quom ortus principaliter dicat de sole qui sensibilius ab om. nibus percipitur oriri:unde simpliciter pronunciando ortum:solarem intelligunt ortum : sol autem in die oritur:ortus enĩ eius initiũ causat diei:quicquid ĩ die oritur principaliter dicitur oriri:& mũda ne cum motus mundi & primi mobilis ĩ sole sensibilius percipiatur:& hac de causa:& si sex signa quæ in die nascuntur cosmice oriri dicantur:principalius tamen quod in mane cum sole ascendit:cum sol tantum in mane & non in qualibet diei parte eleuetur.Exemplariter hunc ortum habemus a Virgil. primo geor.ubi docens tempus ueris aptum est seminationi fabarum & millii inquit. Vere fabis sa. tio:tuuc te quoque modica putres. Accipiunt sulci:& millia uenit annua cura & circumloquens tem. pus ueris particulare subdit.Candidus auratis &c:& intelligit circiter medietatem aprilis quo tempo re sol possedit principium Tauri:& consequenter ambo oriuntur simul in mane & cosmice: quando igitur Taurus oritur cosmice quod est in medio aprilis prædicta debent seminari. Dicit autem Tau. rus candidus quoniam ueluti Ouidius secundo methamor. fabula decimatertia & ultima.Iuppiter ca ptus amore Europæ filiæ regis transformauit se in Taurum candidum:quo potitus est suo desiderio ad cuius æternam memoriam in taurum cœlestem qui est secundum signum zodiaci transfiguravit: & ideo est candidus.(Aperit).quoniam antequam sol taurum ingrediatur ob frigus & terra & plan. tæ & omnia clausa & constricta sũt itaq; nihil germinatur:eo uero taurum intrante:quoniam appro pinquat:& calor incipit:omnia nascuntur & consequenter aperitur annus.Auratis cornibus propter singulas stellas in singulis cornibus existentibus:et intelligas taurus cum auratis cornibus existens aperit &c.non quod aperiat cum cornibus:sed eo taurum intrante omnia aperiuntur. Occasus aũt cosmicus est depræssio uel descensio astri sub orizonte in die artificiali. Ponitur primo descensio ad differentiam ortus:reliqua uero patent per prædictam diffinitionem de ortu cum ponantur ad diffe rentiam occasus cronici & elyaci:& totum hoc intelligas per hoc quod dicit respectu oppositionis sci licet signi cosmice orientis:nam dum signum oritur oppositum occidit:quare altero oriente in ma. ne & cosmice:alterum occidit in mane etiam cosmice. Et de hoc Virgilius in georgicis fru. mentum nanque seminatur in mense octobris Sole in Scorpione morante:quare Scorpio oritur in mane cum Sole:sed Scorpione oriente occidit Taurus signum oppositum & pleyades quæ sunt se

ptem ſtellæ in eius ore exiſtentes:in mẽſe igitur octobris pleyades occidunt in mane & coſmice. Bene igitur eſt dictum quando Taurus cum pleyadis occidunt coſmice quod eſt in menſe octobris frumentum debet ſeminari.Nam eis occidentibus oritur Scorpio:& conſequenter Sol cum ſit in mane.Quare Sol eſt in Scorpione & menſis octobris:in huiuſmodi igitur tempore frumentum debet ſeminari.Pleyades ſeptem ſunt ſtellæ in ore Tauri extra imaginem eius: quæ ſituatæ ſunt in modum figuræ curuæ:& ſi tantum ſex uideantur:quorum nomina ſunt Ambroſia Eudora Padile coronis Poliſſo Phileto thyene filiæ fuerũt Athlantis:& ideo dicit Virg. Athlãtides & hye occeani filiæ qua de re dixit e o e. aſcondãtur ideſt occidant cronice. Deinde cũ dicit.

CRONICVS ORTVS SIVE TEMPORALIS. Explanat ſecundum modum ortus & occaſus apud poetas qui dicitur cronicus.Eſt nanq; ortus cronicus ſigni uel ſtellæ eleuatio ſupra orizontem de nocte:& per hoc dicitur ſupra orizontem diſtat ab elyaco:& de nocte additur ad hoc ut differat a coſmico:quem patuit eſſe diurnum.Et dicitur cronicus quaſi temporalis a cronos græce tempus latine: quoniam eſt in nocte quæ dicitur tempus mathematicorum ideſt aſtrologorum:aſtrologi nãq; nocturno tempore aſtra ſpeculantur cum in die ea non uideant:ortus igitur nocturnus dictus eſt tẽporalis & cronicus quia fit in tempore mathematicorum. De quo ortu Ouidius de ponto epiſtola nona ad Seuerum:ita loquitur. Vt careo uobis ſcyticas detruſus in oras .Quatuor autũnos pleyas orta facit.ideſt quod ego ſum miſſus in exilio in ſcytiam pleyas orta facit quatuor autũnus: hoc eſt quatuor annos in quocunq; nanq; tempore ſunt quatuor autũni ſunt quatuor anni:ſi quidem ſingu li anni continent ſingulos autũnos.In autumno pleyas hoc eſt ſtellæ iam dictæ in ore tauri exiſtẽtes oritur in principio noctis:& conſequenter cronice:nam quom eo tempore Sol ſit in Scorpione: (ut eſt dictum:Scorpio occidit inſero cum Sole:& quia pleyas eſt in Tauro ſigno oppoſito oritur eo tũc quare in autũno cronice quod intendimus. Sed dubitatur:quoniam Virg.& Ouid.uidentur adinuicem ſe ſe oppugnare:cum Virg.uoluerit pleyades in autumno occidi:quando dixit.Ante tibi eoe Athlantides aſcondantur:& fuit expoſitum in autũno.Ouidius uero uult quod autũno oriantur dũ dicit quatuor autũnos pleyas orta facit.Reſpondetur quod non tantum eodem anni tempore aſtrũ poteſt oriri & occidi diuerſimode tamẽ:immo eodem die:cum omnis ſtella motum diurnum i quo ortus contingit & occaſus) in die naturali compleat & declaratur exemplariter non ne Sol in mane oritur & occidit in ſero & alia ſtella in ſero oriens occidit in mane? & ita ad propoſitum in autumno pleyades oriuntur in ſero:& cronice ueluti uoluit Ouidius.Occidunt autem in mane coſmice:ut Virg.cum igitur non loquantur de eodem ortu neq; intelligant idem tempus non ſunt contrarii:ſi quidem contraria uerificari habeant pro eodem tempore. Occaſus uero cronicus ẽ depræſſio aſtri & deſcenſio ſub orizonte de nocte quod intelligit per hoc quod dixit reſpectu oppoſitionis: hoc eſt quando aliquod ſignum oritur de nocte & cronice oppoſitum:tunc cronice occidit.Quem occaſum Lucanus intellexit in hoc carmine. Tunc nox theſſalicas urgebat parua ſagittas.Ex quo nanq; inquit parua nox denotatur Solem fuiſſe in principio Cancri in menſe iunii:quo(ut experientia demõſtrat & ſphæra materialis ut patebit infra)eſt nox minima quam poſſit eſſe zona hac ſeptentrionali: q̃ de cauſa antequam Cancer oriatur cum Sole occidit Sagittarius ut ſphæra materialis patefacit. Cancro nanq; oriente occidit Capricornus:quem in occaſu præceſſit Sagittarius.Sed ante ortum Solis ẽ nox:igitur quando Sol ẽ in Cãcro & nox parua Sagittarius occidit i fine noctis.& conſequenter cronice:unde Lucanus in dicto carmine deſcribit tempus uniuerſale eſſe menſem Iunii & particulare in fine noctis.Et hoc dicit.Tunc nox parua Sole Cancrum habente:urgebat ideſt occidere & deſcendere faciebat.Theſſalicas ſagittas.i.Sagittarium qui fuit de theſſalia. Deinde cum dicit.

e LIACVS ORTVS. Declarat ortum & occaſum ſolarem dictum elyacum ab alyos græce quod eſt Sol:unde elyacus idem eſt quod ſolaris.Et iam notificatus eſt ſupra in præſenti capitulo:& melius in expoſitione noſtra ſuper libro theoricarum capitulo de paſſionibus planetarum:ubi dictum eſt quod quandocunque aliqua ſtella cum Sole eſt coniuncta: uel prope eum non lucet neque uideri permittur cum lumen maius offuſcat minus:& huiuſmodi ſtella cum Sole oritur & occidit: quæ ſi ab eo elongetur incipit uideri & oritur elyaco ortu:ſcilicet reſpectu Solis:poteſt autem aliqua ſtella a Sole fieri diſtans:uel quia Sol ab ea uel ea a Sole elongatur.Elongatur nanque Sol ab aſtris ſuperioribus:quia eis uelocior eſt in motu & ab eo remouentur tres inferiores:q agilius mouentur:ut in prædicto theoricarum loco expoſitus eſt. De quo ortu duo exempla habemus:primum eſt Ouidii ſecundo libro faſtorũ:ubi i medio februarii ponens ingreſſum ſolis in piſcibus:ex quo ab aquario remouetur:aquarius prius occultus præſentia ſolis icipit uideri:& cõſequenter elyace oriri:unde dicit.Iam leuis obliqua ſubſedit aquarius urna.Proximꝰ æthereos excipe piſcis equos. Quare dicat leuis aquarius & obliqua urna patebit iferius quando de ortu & occaſu ſignorum ſecundum aſtrologos in ſphæra obliqua agetur:ubi notificabitur aquarium obliq; oriri & puo tpe:& iõ leuẽ eẽ & uelocẽ i ortu & aſcẽſiõe.Exẽplũ ſcdm ẽ Virg.primo geor.ubi deſcribens tempus i quo frumẽtũ ſeri debet poſtq̃ dixit uerſum ſupra expoſitũ. Ante tibi eoe athlanti.

des aſcondantur:ſubdit gnoſciaq; ardentis decedat ſtella coronæ.Debita qui ſulcis cõmittas ſemina ideſt anteq; ſeminas frumentũ fac ut corona ſeptentrionalis oriatur.Eſt nanq; huiuſmodi corona in principio Scorpionis:quæ Sole ibidẽ exiſtẽte nõ uidetur:Sole aũt moto uerſus finẽ Scorpionis oriẽ elyace:quod eſt circa finẽ octobris & principium nouẽbris:quãdo igitur corona oritur ſeminari debet frumentũ. Occaſus uero elyacus eſt deſinitio apparitionis ſtellæ ob ingreſſũ radios ſolares:quã docunq; nãq; aſtrũ a Sole elongaẽ uidetur:ſi ei appropiquat deſinit uideri & occidit elyace. Vñ Virg. primo geor.in uerſibus prius dictis uult q; fabæ ſeminẽtur cũ milio in uere medio aprilis: quando.ſ. Sol Taurũ poſſedit & canis elyace occidit.Canis nanq; duplex eſt i cœlo.Maior dictus ab aſtrologis Alabor cõtinens.29.ſtellas & eſt circa finẽ Geminoꝝ:& initiũ Cancri:ſecũdus eſt canis minor procyon nominatus:& ex tribus ſyderibus itegratus in principio Leonis ſituatus:in quo cũ ſol fuerit itenditur calor & incohãt dies cãniculares:intelligit igitur Virgi.canẽ maiorẽ qui cum ſit in fine Geminorum ob uicinitatẽ ad Solem exiſtentẽ i Tauro deſinit uideri:& conſequenter occidit elyace: in mẽſe igitur aprilis quãdo canis occidit elyace ſeminari debent fabæ & miliũ. Et ideo inquit Vere fabis ſatio &c.dum.ſ.canis cedens ob occaſum occidit aſtro aduerſo.i.poſtifero & cõtrario uiuentibus:cũ ibi ſit ſtella mala de natura Saturni.

EQVITVR DE ORTV ET OCCASV SIGNORVM. Quoniam de ortu & occaſu ſignorum ſecũdum q; poete accipiũt in præcedenti capitulo peractũ eſt ſufficiẽter:in præſenti parte de eis,pſequitur ueluti aſtrologi conſiderant.Conſiderãt nãq; aſtrologi ortũ duplicem & occaſum:alteꝝ.ſ.orizontalẽ:quibus aſtrum icipit uel deſinit appareri:quoniam uel ſupra orizontẽ eleuatur:uel ſub eo deprimitur:non faciendo diſtinctionem an de die uel de nocte ♄ contiugat:quẽadmodum poetæ diſtiguebant in coſmicũ & cronicũ. Alteꝝ uero ortum & occaſum ſpeculantur ſolarẽ aut elyacũ declaratũ in capitulo præcedenti:quo ſidus oritur p remotionem eius a Sole:& per appropinquationẽ ad eundẽ occidit.Et quoniã in hoc tractatu determinaẽ de motu primi mobilis:quo aſtra oriuntur ortu orizontali tãtum & occaſu:nõ autẽ ſolari:ideo hic peragit tantũ de primo:cũ ortus & occaſus elyacus declaretur in theoricis capitulo de planerarũ paſſionibus : & in tabulis ubi notificatur quot gradibus &.mñ.ſtella a Sole in unoquoq; ſigno elõgari debeat ad hoc ut elyace oriatur:& quot gra.&.mñ.appropinquare ad hoc ut ſimili occidat occaſu. Veꝝ huiuſmodi ortus & occaſus orizontalis duplex eſt ſpeculatio:altera quidem uniuerſalis & per regulas & canones uniuerſales explicata:ut q; tale ſignum tardius:illud uero uelocius oriatur:nõ deſcendẽdo ad tempus particulare ortus & occaſus determinatæ partis & gradus:& huiuſmodi noticia traditur in præſenti tractatu.Altera uero eſt ſcientia ortus & occaſus magis particularis & diſtincta: quæ traddit noticiã ortus & occaſus cuiuſlibet partis zodiaci:inquãto & quo tempore oriatur occidatq;:quæ traddiẽ in tabulis ordine numeroꝝ:& utraq; iſtarum habetur in primo & ſecundo libro Almag.a Pto.licet nõ niſi prima uniuerſalis in præſenti tractatu.Determinãs igitur auctor de ortu & occaſu ſignorum tali modo duo agit:primo ponit duo ſuppoſita eaq; declarat:ſecũdo proſeqtur intentũ ibi.(Et eſt ſciendum q; in ſphæra recta).Circa primũ iterum duo facit ſecũdum q; duo notãda declarãtur ſecundum ibi.(Notãdum igitur).Primum ſuppoſitũ eſt huiuſmodi q; cũ ad motum primi mobilis moueatur æquator & zodiacus diuerſimode tamen & aliter & aliter oriuntur & occidũt:quoniã æquinoctialis in utraque ſphæra tã recta q; obliqua oritur uniformiter & occidit:hoc eſt in tẽporibus æquis æquales oriuntur portiones & arcus:ſimiliter & occidunt:unde cũ totus uoluatur in.24.horis eius quindecim gra.orientur ſingulis horis:& ſinguli gra.in.4.mñ.horarum.At zodiacus inæqualiter oritur & occidit in utraq; ſphæra:quoniã in tẽporibus æqualibus nõ eſt neceſſe q; aſcendãt eius partes & arcꝰ æquales.Primũ declaratur q;.ſ.æquinoctialis æqualiter moueaẽ:qm̃ primi mobilis motus eſt æqualis & uniformis ut philoſophus demonſtrat ſecũdo de cœlo:iplicat nanq; primum motũ irregulare cum omne irregulare ad regulare prius reducatur:ſicut obliquũ ad rectum ut uult Ariſtot. primo de anima:ſi igitur primus motus eſſet inæqualis reduceret ad æqualem motũ:qui prior eſſet eo : quare primus motus non eſſet primus:quod iplicat:& hanc rationẽ aduertens idẽ philoſophus ſecundo de cœlo uolens probare cœli regularitatẽ iquit maxime itelligere de motu primo:& ſi rõnes eius omnes concludent de reliquis:primus igitur motus cũ ad aliũ reduci nõ poteſt regularis ẽ:alii uero qm̃ habent priorẽ motum ad quẽ reducãtur ad huiuſmodi æqualitatem nõ neceſſitãtur:& ſi æqualr alii orbes moueãtur ut i Almag.declaratur & i theoricis.Cœlum itaq; primum æqualr mouetur:& quia æquinoctialis motus huiuſmodi motu a polis mundi æquidiſtat:ſemper angulum cauſat cũ utroq; orizonte uniformẽ & æqualem.i.reſpectu orizontis ſemper uniformiter ſe habens oritur & occidit: neq; aliquando eleuatur & recte aſcendit uel deſcendit:quãdoq; uero iclinatur & obliquatus oritur & occidit:in utraq; igitur ſphæra eſt æqualis aſcenſionis & deſcenſionis:& quia hoc habet æquator,pter hoc q; a polis æquidiſtat:ſeqtur q; omnis circulus ei paralellus æqualiter mouetur tam oriẽdo q; occidendo:ſi qdem a polis eiſdem æqdiſtat. Secũdum uero dupliciter deducitur q;.ſ.partes zodiaci nõ æquentur in ortu & occaſu in ſphæra utraq;:primo per cauſam:qm̃ & ſi moueatur ad motũ pri-

mi mobilis:non tamen ſemper eodē modo ſe habet reſpectu orizontis:quinimo aliq̄do ĩclinatur ſu p eū & cauſat angulū acutū ex altera parte ex alia uero obtuſum: & oritur & occidit oblique & ſecū dum latitudinē & conſequenter in paruo tpe:aliquādo uero ſuper eundem dirigit angulos cauſans q̄ſi rectos & recte oritur uel occidit & ſecundū longitudinē & ex cōſequēti tempore maiori:ut ſphæ ra materialis apte demonſtrat:qnā ſemp oportet habere in manu qui debet hmōi percipe & ablq; ea dē in uanū laborabit:niſi excellētis fit imaginatiue:qa igit ita eſt q; zodiacus nō ſemp angulū æqua lem cauſat cū orizonte:imo aliquādo maiorē & aliquādo minorē ob hoc quoniā obliq̄ ſituatur reſ pectu polo; mūdi ſupra qbus mouetur nō orit neq; occidit uniformiter:quoniā maius tēpus requi rit ī ortu uel occaſu pars quæ oritur uel occidit recte & ſecundū longitudinē q̄ ea q̄ oblique & qua ſi latitudinē. Secūdo idem ꝓbat ꝙ ſignū quoniā uidemus ſex ſigna oriri ī die artificiali lōgo & to tidem in breue ſexto q̄to in die & totidem in nocte:& ſi ſint inæquales ſimiliter & occidunt: quod deducitur Sole nāq; exiſtente in cancri initio dies longiſſima eſt: quæ extenditur ab ortu ſolis in principio cancri ab eius uſq; occaſum:ſed ſole cum principio cancri occidente oritur initium capri corni:ſiquidem ſemper ſex ſigna ſunt ſupra orizontem ex ſententia Ptholo.primo Almag.erūt igi tur orta ſex ſigna quæ ſunt ab initio cancri ad finem uſq; ſagittarii in hoc maximo die & reliqua ſex occaſa:cum ſigno aliquo oriente oppoſitum occidat ut uult idem in eodem primo. At ī die mi nimo Sole exiſtente in principio capricorni ſex ſigna etiam oriuntur: extenditur nāq; huiuſmodi dies donec ſol ab oriente moueatur ad occidentem:cum artificialis dies ſit tempus menſurans mo tum ſolis ſupra orizontem:ſed ſole exiſtente in occidentem cum initio capricorni erit initium can cri ſigni oppoſiti in oriente ſex igitur ſigna a capricorne ad cancrum in huiuſmodi breui die naſcen tur:ſimiliter in nocte:nam quando ſolem in cancro q; dies ſunt longi & noctes breues ī die artſficia li(ut eſt dictum)naſcuntur ſex ſigna quæ ſunt ab initio cancri ad finem ſagittarii: in nocte uero par ua ſex reliqua orientur ut notum eſt ſcienti totum zodiacum reuolui in die naturali. Eodem quoq; modo dum ſol eſt in capricorno diebus curtis exiſtentibus & noctibus longis in die aſcendunt ſex ſigna quæ ſunt ab initio capricorni ad finem geminorum: & in nocte longa cætera orientur: patet igitur q; ſiue dies breuis ſiue longa ſit & nocte ſimiliter ſex ſigna oriuntur medietas. ſ. zodiaci:ſed cū tempora ſunt inæqualia partes ſunt æquales: ſequitur q; motus & ortus harum partium ſit inæqua lis & irregularis per diffinitionem irregularis habitam ſexto phy.partes igitur zodiaci non habent aſcenſiones æquales quod erat intentū. Et hoc quoq; ſenſui ſe manifeſtat in ſphæra materiali:ſiquis nāq; eam moueat:in ſphæra obliqua cōprehēdet tempus ortus medietatis quæ eſt a principio can cri ad finem ſagittarii maius q̄ tēpus ortus alterius medietatis:q̄,uidelicet eſt ab initio capricorni ad finem geminorum. Sed aliqui multum groſſe dubitant non eſſe poſſibile medietates dictas zo diaci non æquari in ortu & occaſu:quoniam zodiacus æquator & orizon quicunq; ſit ſunt circuli maiores ſphæræ:ergo ſe diuidunt in partes æquales per diffinitionem circuli maioris in principio ſecundi huius poſitam: ſemper igitur de zodiaco medietas ſupra orizontem & de æquatore etiam medietas intercipietur:& reliqua medietas utriuſq; ſub eodem: ſed medietas zodiaci ſupra orizon tem oritur ſimul cum medietate æquatoris ſupra orizontem:ſimiliter medietas zodiaci ſub orizon te cum medietate æquatoris ſub eodem: & medietates æquinoctialis æquali tempore oriuntur: ſi quidem(ut dictum eſt)æqualiter mouetur:quare etiam medietates zodiaci ea ſcilicet quæ eſt ſupra orizontem & quæ ſub eodem æqualiter aſcendunt quæcunq; ſint illæ. Ad hoc dicatur breuiter non eſſe uerum medietatem zodiaci ſupra terram oriri præciſe cum medietate æquatoris ſupra ori zontem:& reliquam cum reliqua propter obliquitatem zodiaci:& quoniam hoc eſt manifeſtum & per rationem & per ſenſum in materiali ſphæra:non amplius me extendo in declaratione.

¶ Deinde cum dicit.

NOTANDVM IGITVR. Ponit ſecundum ſuppoſitum cōſelariæ ſequēs ex declarato:dictum eſt enim & probatum zodiacum & eius partes inæqualiter oriri & occidere:oportet q; hæc irregula ritas metiatur & cognoſcatur per regularitatem motus alicuius:quod ſimul cum parte zodiaci oria tur & occidat:& eius æqualitate cognoſcatur tempus motus eius & partis zodiaci quæ in eodem tē pore mouetur:hoc tale eſt æquinoctialis:ex quo(ut patuit)oritur & occidit æqualiter: æquinoctia lis igitur motus eſt metrum & menſura motus zodiaci & cuiuſlibet partis eius:nam ſi libeat ſcire in quanto tempore pars aliqua zodiaci oriatur uel occidat:conſpicitur pars æquinoctialis cum eadem oriens uel occidens:& per tempus ortus illius partis: quæ æqualiter oritur occidit & cœlum mediat habetur tempus ortus partis zodiaci. Et hoc eſt quod dicit in tex.ortus & occaſus ſigni nihil aliud eſt q̄ illam partem æquinoctialis oriri uel occidere & cætera ideſt ortus & occaſus ſigni & cuiuſlibet partis zodiaci accipitur & menſuratur per ortum & occaſum æquinoctialis: unde accipitur ortus ſi gni uel occaſus per quantitatem partis æquatoris ſecum coorientis uel occidentis: per quam tem pus ortus uel occaſus ſigni cōcluditur. Et hoc uult Alphag.differentia decima ad principium dum inquit. Et quoniam uolubilitas circuli ſignorum ideſt orbis ſignorum qui eſt primū mobile in quo

sunt signa æqualis est ab oriente in occidente super axes æquinoctii diei ideſt polos mundi: necesse est ut partes æquales circuli signorum ideſt zodiaci transeant super utroſq; ſcilicet directos & decliuos ſuple orizontes in temporibus inæqualibus: cuius cauſa eſt quoniam zodiacus non æquidiſtat a polis mundi: neq; cum orizonte utroque ſemper æqualem cauſat angulum: & ſubdit tempora autem æqualia accipiuntur a uolubilitate æquinoctii diei ſuper axes eius: cuius cauſa eſt quoniam æqualiter oritur & occidit: uult igitur breuiter q̄ ortus & occaſus cuiuſlibet partis zodiaci habetur per partem æquatoris quæ ſecum oritur & occidit: cum ſimul oriātur & occidant in tempore æquali. Æquinoctialis igitur metrum eſt & menſura motus zodiaci. Sed in mediate quis quæreret: nam dictum eſt ideo æquinoctialem moueri regulariter in ortu: & occaſu: quoniam a polis mundi æquidiſtat & cum orizonte utroq; ſemper cauſat angulum inuariabilem: & quoniam circuli paralelli æquatori ut tropici & alii a polis æquidiſtant & cum orizonte faciunt angulos uniſormes: & conſequenter æqualiter oriuntur & occidunt: quare ipſorum alter non menſurat motum zodiaci ſed æquinoctialis potius? Ad quod reſpondetur licet tam æquinoctialis q̄ circuli ei æquidiſtantes oriantur & occidant uniformiter: non tamen ad placitum æquinoctialis metitur motum zodiaci & non illi: immo comodius & rationabilius: cuius ratio triplex eſt. Prima quoniam tam zodiacus q̄ æquinoctiali ſunt circuli maiores & æquales: in quibus omnes partes ſimiles ſunt æquales: ut igitur zodiaci æquator quantitatiue gradui æquinoctialis: quo fit ut facilius motus zodiaci menſurentur: non eſt autem ita de aliis circulis ut tropici uerbi gratia: qui quoniam ſunt circuli minores non habent ſimiles partes partibus zodiaci proportionalibus æquales: & ita propter inæqualitatem nō ita comode menſurarent motum zodiaci. Adde ad hoc q̄ uterq; ſcilicet æquinoctialis & zodiacus ab orizonte utroq; in geminas medietates ſecatur: quare utriuſq; altera ſupra orizonte & altera infra intercipitur: & altera reliquam melius menſurat: quod non eſt de aliis circulis qui ab orizonte obliquo in duo media minime ſecantur. Secunda ratio eſt quoniam æquinoctialis diuidit zodiacum & tranſit per medium eius: medietatibus zodiaci hinc inde declinantibus: circuli uero alii magis remouentur ab ipſo zodiaco: & ideo uidetur non ita bene illos menſurare motum zodiaci ueluti æquinoctialem. Tertia uero ratio quæ fortiſſima eſt: quoniam ubicunq; & inquacunq; habitatione zodiacus oritur & occidit & æquinoctialis ſimiliter: nam zodiacus oritur omnibus locis præter illis quorum zenith eſt alter polorum mundi: ibi nanq; altera eius medietas ſemper eſt ſupra orizontem occaſum nunquam cognoſcens: altera uero ſub eodem nunquam oriens: & ibidem æquinoctialis cum ſemper ſit orizon non aſcendit neq; deſcendit: ut patebit infra: in aliis uero omnibus locis æquator continue oritur & occidit: & hac de cauſa in omni loco poteſt ortum & occaſum zodiaci menſurare: & licet ſub polis non oriatur neq; occidat neq; conſequenter menſuret: hoc non indiget zodiacus quoniam neq; ipſe oritur & occidit: concludendum eſt igitur recte per æquatoris ortum & occaſum motus zodiaci menſurari: quoniam ubi zodiacus oritur ibi & æquinoctialis & econtra. Alii uero circuli paralelli æquatori propter hoc q̄ ſunt circuli minores non eſt neceſſe q̄ ab orizonte diuidantur: immo ſtat q̄ ſecundum ſe totos ſint uel ſupra & non deſcendant uel infra & nunquam oriantur etiam in locis in quibus zodiacus oritur & occidit & quoniam ita eſt per ortum & occaſum non poſſunt metiri ortum & occaſum zodiaci: gratia exempli in partibus huiuſmodi ſeptentrionalibus: quarum latitudo maior eſt uigintiquattuor gradibus: totus circulus articus eſt ſupra orizontem & antarticus ſub eodem cum zodiacus continue oriatur & occidat: qua de re huiuſmodi non poſſunt menſurare ortum zodiaci & occaſum mediante ortu & occaſu eorum: neq; etiam tropici: quoniam illis qui morantur ſub circulo artico totus tropicus cancri eſt ſupra terram & totus circulus capricorni ſub ea: eorum nullo aſcendente neq; deſcendente: & ibi (ut liquebit) zodiacus oritur & occidit: qualiter igitur tropici metientur motum zodiaci: & ſimiliter quom nullus alius circulus paralellus æquatori præter eum oriatur & occidat omni in loco: ſequitur q̄ æquinoctialis tantum ſit menſura uniuerſalis motus zodiaci: & per quantitatem partis æquinoctialis ortæ cum parte zodiaci uenatur tempus in quo dicta pars zodiaci oritur ſimiliter & occidit: nam ſi cum parte aliqua zodiaci oriatur maior pars æquatoris: ea dicitur directe oriri: quoniam oritur recte & longitudinaliter magnum tempus conſumans in ortu: ut ſi cum ſigno aliquo zodiaci quod habet triginta grad. aſcendant de æquatore trigintaduobus uel trigintaquinq; aut quadraginta grad. ſignum illud dicitur oriri recte: & tempus ortus cognoſcitur per dictos grad. At ſi cum parte zodiaci minor pars æquinoctialis aſcēdat ut cum ſigno uigeſimo octauo aut uingeſimo quinto & cætera oblique ideſt in clinate & ſecundum latitudinem dicitur oriri: & in tempore paruo: haud aliter de occaſu accipiendum eſt.

¶ Deinde cum dicit.

ET EST SCIENDVM QVOD IN SPHAERA. Proſequitur intentū declarando regulis uniuerſalibus tempus ortus & occaſus ſignorum in ſphæra utraq; circa quod duo facit primo agit hoc quod dictum eſt: ſecundo concludit corelariæ naturalium dierum inæqualitatem ibi. (Ex præ-

dictis etiam patet.) Pars ptima iterum in duas partitur: quoniam quom ſphæra ſit duplex primo huius recta ſcilicet & obliqua ratione orizontis recti & obliqui ut ſecundo huius fuit declaratum: inquarum ſingulis ſignorum aſcenſiones & deſcenſiones diuerſificantur: & quoniam ſphæra recta regula eſt ſphæræ obliquæ cum tantam diuerſitatem non recipiat: ideo in prima de ortu & occaſu ſignorum in ſphæra recta: ſecundo determinat in obliqua ibi. (In ſphæra autem obliqua.) Circa primam partem etiam duo facit ſecundum q̄ duas regulas uniuerſales probat: quarum prima eſt de quartis zodiaci: ſecunda uero de quartarum partibus ibi. (Sed tamen partes.) Regula prima luce clarius pateſcit in ſphæra materiali: & in plano poſſet demonſtrari ratione Ptolo. ſecundo Almag. tamen quia incohantibus difficile eſſet uidere qualiter planum repræſentat ſphæricum: & niſi in planiſphærio eiuſdem eſſet edoctus nō poſſet percipere: eam uolo ſilere: & in ſphæra materiali iam dicta deduco: Notum eſt enim q̄ colurus diſtinguens æquinoctia tranſit per principia arietis & libræ: & quia eſt circulus magnus diuidit tam æquinoctialem q̄ zodiacum in duo æqualia: & quoniam alter colurus diſtinguens ſolſticia tranſit per polos mundi & zodiaci cum primo cauſans angulos rectos: tranſiet per p̄ũcta æquatoris & zodiaci quartis diſtantibus ab arietis initio & libræ ut fatetur geometrica propoſitio: qua de re partes zodiaci & æquinoctialis contentæ inter duos coluros ſunt quartæ circulorum æqualium: & conſequenter ipſe non tantum ſimiles & proporrionales immo æquales: & quoniam orizon rectus & etiam meridianus tranſit per polos mundi ueluti uterq; colurorum: & cum eis unietur: ſequitur q̄ poſito principio quartæ zodiaci in orizonte recto uel in meridiano: in eiſdem erit & initium quartæ æquatoris: & orta quarta zodiaci ita q̄ eius finis ſit in orizonte: erit ſimiliter ibidem terminus quartæ æquinoctialis ſibi conterminalis & eodem tempore orta: inæquali igitur tempore oritur quacunq; quarta zodiaci incohata a punto colurı alterius: & quarta æquatoris ſibi conterminalis in ſphæra recta: & quoniā quarta æquinoctialis aſcendit in ſex horis quarta ſcilicet parte diei naturalis: & in eodem tempore ſingulæ quartæ zodiaci.

℄ Deinde cum dicit.

SED TAMEN PARTES. Declarat ſecundam regulam: ex qua ſecundo infert corelarium ibi. (Et ex hoc ſequitur.) Tertio uero remouens obiectionem hanc ſecundam regulam uerificat ibi. (Et notandum q̄ non ualet.) Hæc ſecunda regula inter omnes indiget demonſtratione: cum ſenſus in ſphæra recta male diſcernat diuerſitatem inter ortus & occaſus partium zodiaci & æquinoctialis ueluti in ſphæra obliqua: eam tamen ſileo ob cauſam dictam: ſed exemplari modo eam pateſaciam ueluti incohantes deſiderant. licet nanq; quartæ zodiaci æquentur in ortu & occaſu in ſphæra recta cum quartis æquinoctialis eis conterminalibus: non cauſam harum quartarum partes: ſi capiatur nanq; quarta zodiaci a principio arietis ad finem uſq; geminorum cū quarta æquinoctialis & ſimul ĩcipiãt oriri maior pars oriť de quarta zodiaci q̄ æqnoctialis: uñ ſi oriať totus aries cū eo oriẽť pauciores grad. æqnoctialis q̄ trigita & cōſequẽter aries oriť obliq̄ & ĩ paruo tẽpore: cuius rō eſtquia aries reſpectu æquinoctialis ſituatur oblique cū eius p̄ncipiū ſit ĩ æquatore & finis obliquatur uerſus polum articum: & hac de cauſa oblique oritur & ſecundum latitudinem: & eadem de cā quarta incohans ab initio libræ maior portio oritur de zodiaco q̄ æquinoctiali: licet quartæ completæ ſimul per oriantur: at de quarta ab initio cancri maior portio oritur æquinoctialis: cum cancro nanq; oriuntur plures triginta grad. cuius ratio eſt q̄ cancer reſpectu æquatoris directe quaſi ſituatur parum ab eo declinans: quare orto cancro quoniam colurus diſtinguens ſolſticia & orizon rectus ſe ſecant in polis maxime diſtant in medio ſectionum ubi eſt æquinoctialis ut habetur tertio elementorum: quare pars æquinoctialis a coluro ad orizontem maior eſt q̄ cancer pars zodiaci orta: cum cancro igitur oritur pars æquinoctialis maior triginta grad. & propter eandem cauſam idē intelligendum eſt de capricorno & quarta zodiaci ab eo incohata ceu uerificari poteſt in ſphæra materiali: & breuiter propter cauſas quas aſſignaui habetur q̄ in ſphæra recta de qua loquimur omnia ſigna propinqua æquinoctiali (quoniam zodiacus ibi habet maximam & ultimam declinationem) oblique oriuntur: & ſunt tota quarta a medietate aquarii ad medietatem tauri: & oppoſita a medio leonis ad medium ſcorpionis: ea uero quæ ſunt uicina tropicis directe aſcendunt: quia zodiacus ibi quaſi inſenſibiliter declinat: & ſunt quarta zodiaci a medio tauri ad medium leonis: & a medietate ſcorpionis ad medietatem aquarii. Et ita patet q̄ & ſi quartæ & cætera æquentur in ortu non tamen quartarum partes. At quoniam hæc regula eſt negatiua quæ ſcientiam non cauſat ortus & occaſus ponit deinceps regulam affirmatiuam: & eſt: q̄ omnes duo arcus æquales & æquidiſtantes ab aliquo quattuor dictorum punctorum duobus uidelicet æquinoctialibus & duobus ſolſticialibus habent aſcenſiones æquales: gratia exempli ſigna geminorum & cancri æqualia ſunt: utroq; eorum triginta grad. continente: ſimiliter æquidiſtant a punto ſolſticii æſtiualis: quoniam ei ſunt in mediata & coniuncta aſcenſiones habent æquales: cuius ratio eſt quoniam punctus ſolſticii extiui eſt puntus zodiaci ab æquatore maxime declinans: a quo undecunq; remoueatur æquato

ri magis propinquat:& quoniam ita est q̄ gemini & cancer æqualiter appropinquant & remouentur ab æquatore:& consimilem habent situationem respectu eiusdem:ideo cum sint æquales habent & ascensiones æquales: & eadem ratione taurus & leo quia æqualiter remoti sunt a puncto prædicto & æqualiter declinant: cum habeant situationem similem respectu æquatoris conueniunt in ortu & occasu: similiter aries & pisces quoniam partes æquales & æquidistantes a puncto æquinoctii initio scilicet arietis ascensiones habent æquales:& ratio est quoniam ab illo puncto incipit declinatio zodiaci:& ad partem utranq; extenditur æqualiter:ergo partes æqualiter distantes ab eo puncto & æquales æqualiter declinant:& per consequens ambo habent eundem & consimilem situm rectū scilicet uel obliquum & consequenter ascensiones æquales: hæc autem regula est multum uniuersalis cum non determinet tempus ortus cuiusq; partis:seruit tamē ad hoc q̄ habito tempore ortus uel occasus partis datæ zodiaci:habetur tempus æquale ortus uel occasus partis æqualis in simili situ positæ ideſt æqualiter distante a punctorum eorum aliquo.

Secundo cum dicit.

ET EX HOC SEQVITVR QVOD SIGNA. Concludit quoddam correlarie sequens ex hac secunda regula declaratum est nanq; in ea q̄ partes zodiaci æquales & æquidistātes ab aliquo dictorum punctorum inde ascensione æquales: ex quo sequitur q̄ signa opposita habent ascensiones æquales nā signa opposita in ascensione conueniunt cum aliquo tertio signo: cum ei conueniant in distantia ab aliquo punctorum:igitur signa opposita habent æquales ascensiones: siquidem quæ conueniunt uni tertio conueniunt etiam inter se: gratia exempli aries & libra quæ sunt signa opposita: habent ascensiones æquales: nam aries & uirgo cum æquidistent a principio cancri uterq; eorum per duo signa:habent ascensiones æquales: & quia libra & uirgo etiam æquidistant a puncto æquinoctii autūnali habent æquales ascensiones: aries & libra in ascensione conueniunt cū uirgine: igitur inter se: & consequenter habent ascensiones æquales: eadem ratione taurus & scorpio quia conueniunt leoni:taurus nanq; & leo æquidistant ab initio cancri & scorpio & leo ab initio libræ conueniunt etiam inter se:& habent ascensiones æquales cum sint signa opposita:& ita de aliis.

Vnde hoc correlario cum secunda regula concluditur in eadem ascensione quattuor signa conuenire aries uirgo libra & pisces aries nanq; & pisces per secundam regulam quoniam a puncto æquinoctii uernalis æquidistat uirgo autem & libra quoniam opponuntur hiis per correlarium. Eodem modo taurus leo scorpio & aquarius taurus quidē & leo quoniā æquidistāt ab initio cancri & scorpio & aquarius eis opponūtur:similiter gemini cācer sagittarius & capricornus gemini & cācer quoniam æquidistant a puncto solsticii æstiui:alia uero duo quoniam eis opponūtur. Et hoc uult lucanus quando loquitur de processu catonis sub æquinoctiali in sphæra recta ubi signa opposita habent ascensiones æquales:neq; aliud rectius uel obliquius oritur reliquo sed uniformiter. Vnde dicit cato erat in illo loco ubi signa opposita non meant oriendo & occidendo oblique immo æqualiter ambo:per quod denotat fuisse in sphæra recta sub æquatore: & numerando signa opposita inquit: nec scorpius exit ideſt oritur rectius tauro ueluti in sphæra obliqua ut infra patebit: nec aries donat sua tempora libræ quoniam ipse aries consumit tantum temporis in ortu quantum libra & non minus ueluti in sphæra obliqua: nec astrea ideſt uirgo iubet pisces descendere ideſt occidere lentos ideſt tarde & in magno tempore ueluti in sphæra obliqua pisces recte & uirgo obliq̄ occidūt: ibi uero æqualiter. Chiron ideſt sagitarius par est.s.in ortu & occasu geminis. Et egloceros .i. capricornus humidus effectiue: sole nāq; i eo cōstituto magna ē i aere hūiditas & pluuia grādis:capricornus igitur idē agit oriendo & occidendo.i.æqualiter oritur & occidit q̄ carcinus.i.cācer ardens ab effectu:quoniā in mense Iunii sole existēte in eo est magna caliditas. Nec leo tollitur plus in occasu urna ideſt ab aquario:aquarius nāq; in sphæra obliqua cū occidat in magno tēpore tollit tēpus leonis occidentis obliq̄:q̄ nō est in sphæra recta. Signa nāq; opposita si quis uult habere semper accipiat septimum i numeratione:septimū nāq; opponitur prīo:& habentur per carmina lucani declarata:& per carmē positum in textu:in quo ponuntur principia.i.prīæ syllabæ signorū:sunt igitur opposita signa aries & libra taurus & scorpio gemini & sagitarius cācer & capricornus leo & aquarius uirgo & pisces.

Tertio cum dicit.

ET NOTA QVOD NON VALET. Verificat secundā regulam simul obiectionem quādam remouendo. Dictum est nāq; q̄ licet quartæ zodiaci & æqnoctialis incipientes &c. simul oriātur & in ascensionibus æquētur:nō tamen æquātur partes earum quartarum:imo stat q̄ maior pars oriatur de una q̄ de alia:licet in fine simul desināt oriri. Sed quoniā alicui hæc non uidetur uerum: quoniam si sint duo homines mori per spacium æquale:& simul incohent motum:& eorum alter semp uelocius moueatur & præcedat:uidetur q̄ huiusmodi citius perueniet in terminum spacii. Tamen ꝺ non seqtur si alter istorum moueatur regulariter semper & uniformiter a principio motus ad finem usq;:alter uero in pricipio usq; ad medium itineris moueatur uelocius isto:inde uero ad terminum

tantum tardet motum ſupra motum prioris quantum prius uelocitabat:& notum eſt quod hic ſemper præcedet niſi in fine:quoniam tunc ſimul erunt in termino:quoniam quantum in medietate motus prima ſuperabat tantum in reliqua uincitur:& ita in fine æquiperantur:& ideo non ualet argumẽtatio hic ſemper in motu præcedit:igitur in terminum citius perueniet.Haud aliter ſi altero moto regulariter reliquus tardet motum a principio ad medium uſq; ſpacii:hinc uero ad finem tantũdem uelocitet:itaq; ambo æquabuntur & ſimul in terminum perueniẽt:licet alter ſemper ſequeretur.Ita eſt in noſtro propoſito:ſi quidem capiantur quartæ ab initio arietis tam æquatoris q̃ zodiaci ad finem geminorum ſimul incipiunt oriri:deſinuntq;:tamen æquatore oriente regulariter zodiacus incipit uelociter oriri & obliq̃ ab initio arietis ad medium tauri:& ita ſemper præcedit pars zodiaci:inde uero ad finem geminorum tardat ortum itatum quãtum prius uelocitabat intatum ꝙ in fine ſimul deſinunt oriri. Et eodem modo quartæ ab initio libræ ad finem ſagitarii tam zodiaci q̃ æquatoris:& ſi ſimul incipiant oriri & deſinant:tamen quoniam æquatore moto æqualiter medietas quartæ quæ eſt ab inicio libræ ad medium ſcorpionis oritur obliq̃ uelocitat motum ſuper ortum æquinoctialis: tantum quantum reliqua a medio ſcorpionis ad finem ſagitarii quæ directe oritur tardat:maior pars ſemper orta eſt de zodiaco:& ſi in fine æquetur motus eorum. Econtrario uero ſe habet res in reliquis quartis utriuſq;.In quartis nanq; utriuſq; circuli quæ ſunt ab inicio cancri ad finem uirginis ſemper maior portio orta eſt de æquatore q̃ de zodiaco:& ſi in fine æquent ortum:quoniam prima medietas huius quartæ:ſcilicet eſt a cancri principio ad medium leonis oritur directe & tardat motũ ſupra motum æquatoris quãtum reliqua a medio leonis ad finem uirginis uelocitat:& ita motus æq̃tur. Similiter quarta zodiaci ab initio capricorni ad finem piſcium:cum quarta æquinoctialis ſibi cõterminalis ſimul oriẽt:& ſi ſemper maior ps ſit orta de æquatore & ratio eſt quoniam medietas quartæ zodiaci a principio capricorni ad medium aquarii tarde mouet:& minor ps eius oriẽt q̃ de æquinoctiali:reliq̃ uero a medio aquarii ad finem piſciũ uelocius:& ita in fine motus æquãtur:bene igitur dictũ eſt argumentatõem huiuſmodi nõ tenere:hæ duæ q̃rtæ æquinoctialis & zodiaci ſunt æquales:& ſimul incohant oriri & ſemper maior ps oritur.i.orta eſt de uno q̃ de reliquo:ergo quarta illa citius deſinet oriri:cuius ſemper maior ps orta eſt:inſtantia nanq; contra hãc argumentatõem declarata eſt. Et nota ꝙ eædẽ regulæ q̃ de ortu ſignoꝝ in ſphæra recta uerificãtur:habẽt ueritatẽ in occaſu & cœli mediatiõe:quoniã orizon occidentalis eodẽ modo ſituatur quẽadmodum & orientalis ſi quidem unus eſt trãſiens per polos mundi:& quoniã per eoſdẽ trãſit meridianus:eodẽ modo ſe habent ſigna reſpectu meridiani & orizontis recti:ideo ueluti ſigna oriunt in ſphæra recta eo modo cœlum mediãt.i.per meridianum trãſeunt in quocũq; loco: quoniã meridianus ſimilis ẽ in oi hitatiõe cum omnis & cuiuſq; habitationis trãſeat p polos &c.Et qm̃ ſufficiẽter pactum eſt de ortu & occaſu ſignorum in ſphæra recta & cœli mediatione regulis uniuerſalibus quãtum pertinet ad præſens tractatum completiori notícia relicta ad primum & ſecũdum Almag.Ptolo.agrediamur modo expoſitionem eorũdem ortus & occaſus in ſphæra obliqua.

IN SPHAERA AVTEM OBLIQVA. Quom in pte p̃ edẽti ortũ & occaſum ſignoꝝ i ſphæra recta duabus regulis uniuerſalibus perfecte explanauerit:cõdecẽs in hac pte proſequi de eodem in ſphæra obliqua & partibus illis terræ q̃ ab æquinoctiali ſunt remotæ.Et duo facit ſecũdũ ꝙ ponit & explanat duas regulas:ſecũda ibi.(Partes ãt illarum medietatũ).Prima regula de ortu & occaſu medietatum zodiaci patet per ſe:quoniam cum æquinoctialis & zodiacus ſint circuli maiores in ſphæra: ſe ſecãt in partes æquales in principio arietis & libræ:ita ꝙ puncta ſectionũ termini ſunt cõmunes utriuſq; partis:qua de re quãdo medietas æquinoctialis quæ ẽ ab initio arietis ad finem uirginis incohat ortum:& medietas zodiaci ſibi cõterminalis quoq; incipit aſcendere:quom idẽ punctus ſit terminus utriuſq;:& quãdo altera deſinit oriri:& reliqua ex quo ad eundẽ punctum terminãtur:ſcilicet ad finẽ uirginis:& ſimiliter ſimul deſcendunt & occidunt:& eadẽ de cauſa reliqua medietas zodiaci ab inítio libræ ad finem piſciũ oritur & occidit ſimul cum medietate æquinoctialis ſibi conterminalis : ex quo ambæ eodem puncto principio libræ:& eodem fine piſcium terminatur:& hæc regula uerificatur in quacunq; ſphæra ut notum eſt:& quoniam medietas æquinoctialis oritur in duodecim horis ex hac regula habetur ꝙ huiuſmodi medietates zodiaci ſingulæ duodecim horas ponunt in ortu ſimiliter & in occaſu. Secundam regulam de ortu & occaſu partium medietatum earum in obliqua ſphæra ponit:cum dicit.

PARTES AVTEM ILLARVM. Quæ duas habet partes quarum prima eſt negatiua: ſecunda uero affirmatiua ibi . (Regula quidem eſt.) Eſt quidem regula negatiua manifeſta:nam & ſi dictum ſit duas zodiaci medietates a punctis æquinoctii incohatas æquari in aſcẽſionibus cum medietatibus æquinoctialis ſibi conterminantibus in ſphæra obliqua:non tamen earum medietatum partes.i.cum parte zodíaci determinata nõ aſcendit æqualis pars æquinoctialis:ímo uel maior uel minor.Nam ſi incipíat oriri medietas zodíaci ab initio arietis ad finem uirginis ſemper maior pars oritur.i.maior pars orta zodiaci q̃ æquinoctialis ut optime manifeſtat ſphæricum inſtrumentum.Cuius ratio ẽ: quo-

niam huiuſmodi medietas declínat uerſus polum borealem ut dictum eſt ſecundo huius:& patet in ſphæra materiali:& orizontis obliq pars borealis ſub recto deprimitur:igitur maior eſt diſtantia ab initio arietis propter depreſſionem ad locum ortus zodiaci q̄ ab eodem initio arietis ad locum ortus æquinoctialis:& conſequenter maior portio orta eſt zodiaci q̄ æquinoctialis:licet in fine ſimul deſinant motum & ſimul oriãtur. Econtrario uero ſe habet regula in reliquis medietatibus quæ ſũt a principio libræ ad finem piſcium:quoniã licet ſimul peroriãtur:maior tamen pars continue oritur.i. orta eſt de æquinoctiali q̄ de zodiaco:ut oſtendit ſphæra materialis:& ratio eſt:quoniam huiuſmodi medietas zodiaci ab æquatore declinat ad auſtrum:& qa orizontis obliq pars auſtralis eleuatur ſupra orizontem rectum:ſequitur q̄ a principio libræ ad locum ortus æquinoctialis maior eſt diſtãtia q̄ ad locum ortus zodiaci:& conſequenter patet maiorem portionem æquinoctialibus q̄ zodiaci eſſe ortam. Et ex hoc patet manifeſtius argumentationem ſuperius factam nou ualere:quoniã & ſi dicte medietates zodiaci & æquinoctialis ſint æquales:& ſimul incohent oriri.ac alterius earum ſemp maior pars oriatur.i.orta ſit:non tamẽ altera q̄ reliqua citius oritur:immo ſimul deſinunt oriri.Et patet manifeſtius:quoniã euidentius & ſenſibilius apparet exceſſus partis ortæ alterius medietatis ſup partem alius obliqua q̄ in ſphæra recta. Et quoniã dictum eſt q̄ in medietate quæ eſt a pricipio arietis maior pars oritur de zodiaco:& minor in reliqua quæ ab initio libræ:ſequitur q̄ arcus zodiaci ſuccedentes arieti minuunt aſcenſiones ſuas.i. minores habent aſcenſiones q̄ in ſphæra recta:cum minor portio æquinoctialis cum eis oriatur in obliqua q̄ in ſphæra recta.Arcus uero qui ſuccedunt libræ augent aſcenſiones.i.habent aſcenſiones maiores & æquinoctialis maior portio oritur in ſphæra obliqua q̄ in recta.Et quãtum arcus qui ſuccedunt arieti minuunt tãtum iſti augent.Gratia exempli aries in ſphæra recta habet aſcenſionem uiginti octo graduum:& huic æqualem habet libra cũ opponatur arieti.In ſphæra autem obliqua Patauii cuius latitudo eſt .45.graduum ubi in præſentiarum dego aries oritur cum ſedecim gradibus æquinoctialis:cuius aſcenſio minuit ab aſcenſione eiuſdẽ in ſphæra recta duodecim gradibus:& eadem latitudine oritur libra cum.40.gra.augens ſupra uiginti octo gra.eius aſcenſionis in ſphæta recta etiã duodecim gradibus:ecce modo q̄ nõ tantum arcus ſuccedẽtes arieti minuunt &c.& arcus qui ſuccedunt libræ augent:immo patet ceu ego quando ponã inferius ſex regulas declarabo:q̄ quãtum illi minuunt:tantum iſti augent.Et hac de cauſa aſcenſiones amborum ſimul iuncte in ſphæra obliqua æquales ſunt eorũdem aſcenſionibus ſimul iunctis in ſphæra recta:nam ſi iungãtur aſcenſiones arietis & libræ ī ſphæra recta:quarum ſingulæ ſũt uiginti octo graduum totum quod reſultabít erit.56.gra.& in ſphæra obliqua præfata ſi aſcenſio arietis ſedecim graduum cum.40.libræ iungãtur reſultabit aggregatum ambarum aſcenſionum in ſphæra obliqua.56 gra.æquale aggregatui eorũdem aſcenſionum in ſphæra recta.Licet nanq̄ aſcenſiones eorum ī ſphæra obliq̄ ſeparatæ ſint inæquales aſcenſionibus eorum in ſphæra recta etiã ſeparatis:iuncte tamen adi uicem æquãtur quoniam quanto altera minor eſt:tãto altera maior:& hæc eſt regula & propoſitio arithmetrica:q̄ fit ex medio duplato æquale eſt ei quod reſultat ex additione duorum extremorum a medio æquidiſtantium:ut quod fit ex dnplatione quatuor quod eſt octo æquatur ei qđ fit ex additione duo cum ſex:q̄ etiã ſunt octo. Dubitaſ tñ circa id qđ dictũ eſt q̄ arcus ſuccedẽtes arieti minuunt aſcenſiones.i.in obliqua ſphæra ín minori tẽpore aſcendunt q̄ in recta:hoc nãq̄ nõ uidetur uerę: quoniã cãcer leo & uirgo ſuccedũt arieti:ex quo ſunt in medietate zodiací cuius prícipium eſt aries: & tamen augent aſcenſiones:cum rectius oriãtur in obliq̄ ſphæra q̄ in recta:ut dicet ífra:& eſt ſententia Virgi.Recta meãt.í.oriuntur obliqua cadunt a ſydere cancri donec finitur chyron &c. Et ſphæra materialis luce clarius demonſtrat.Similiter non uidetur uerę:quod arcus ſuccedẽtes libræ augeant aſcenſiones:quoniã capricornus aquarius & piſces licet ſuccedãt libræ:tamen minuunt aſcenſiones: & obliquius oriũtur in obliquo circulo q̄ in recto:ut eadem ſphæra patefacit:& Virgi.Sed cætera ſigna naſcuntur prono tramite: Pro reſponſione ad hæc eſt notãdum primo q̄ duæ medietates.ſ.zodiaci & æquinoctialis ſimul peroriãtur & partes earum nõ æquentur in ortu ratio eſt: quoniam quõ æqnoctiaſ cõtinue uniformiter aſcẽdat medietatis zodiaci ps q̄ ẽ ab initio arietis ad finem geminorum uelocitat ortum ſupra æquatorem:& reliqua pars a principio Cancri ad finem Virginis tardat: & tantum tardat quantum prima uelocitat:& ideo in fine ſimul complent aſcenſum. Econuerſo uero contingit in altera medietate quæ eſt a principio Libræ ad finem Piſcium. Quoniam æquatore uniformiter aſcendente. Prima pars zodiaci quæ eſt ab initio Libræ ad finem Sagittarii tardat motum & oritur directe:reliqua uero ab initio capricorni ad finem piſcium uelocitat ortum ex quo oblique aſcendit:& quoniam quantum altera tardat tãtum altera recuperat in fine ambæ ſimul cum æquatore naſcuntur conſiderari primo modo conſiderãdo ita arcum datum q̄ nulla comparatio fiat cum ſignis eum præcedentibus:ut cõſiderãdo aſcenſionẽ gratia exempli tauri nullo ad aſcenſionem arietis ſigni præcedentis habito reſpectu & comparatione.Secũdo modo dicti arcus poſſunt conſiderari non abſolute ſed comparati & coniuncti cum arcubus præcedentibus: ut coniungendo aſcenſionem tauri cum aſcenſione arietis coniuncta:& aſcenſionem geminorum mixtam aſcenſioni

bus utriuſq; ſigni p̃cedentis & ita de aliis:accipiendo aſcenſionem cuiuſq; ei correſpondentem a pri cipio arietis unde incipiunt in ſphæra obliqua. Quo declarato dico primo q̃ ſi arcus conſideren tur primo modo abſolute non coniuncta eorum aſcenſione cum aſcenſionibus præcedentium: non omnes arcus qui ſuccedunt arieti minuunt aſcenſiones:īmo tantum aries taurus & gemini qui obli que oriuntur magis q̃ in circulo directo:cancer uero leo & uirgo hoc modo augent aſcenſiones cū oriantur rectius q̃ in ſphæra recta:ſimiliter hoc modo non oīa ſigna ſuccedentia libræ augent aſcen ſiones immo tantum libra ſcorpio & Sagittarius: reliqua uero tria ſcilicet Capricornus Aquarius & piſces quia obliquius naſcuntur q̃ in ſphæra recta non augent:uerum minuunt: & tali modo argu mentum ueritatem concludit:neq; ita intelligit autor arcus ſuccedentes arieti minuere aſcenſiones & arcus qui ſuccedunt libræ augere:ita abſolute conſideratos & nō facta comparatione ad arcus qui præcedunt ab initio arietis. Secundo dico q̃ ſi conſiderentur arcus & cætera in comparatione ad præcedentes & eorum aſcenſiones omnes arcus arieti ſuccedentes minuunt aſcenſiones:& cācer mi nuit aſcenſionem:quoniam aſcenſio ei correſpondens in ſphæra obliqua eſt minor q̃ ī ſphæra recta licet enim cancer oriatur directe & habeat aſcenſionem magnam:quoniam tamen eius aſcenſio eſt coniuncta cum aſcenſionibus arietis tauri & geminorum ſignorum præcedentium q̃ obliq̃ oriūtur reditur tota aſcenſio diminuta:& eodem modo aſcenſio leonis eſt minor:quoniā eſt coniuncta cū aſcenſionibus prædictorum trium:q̃ magis diminuunt totā aſcenſionem q̃ augeāt eandem aſcenſio eius & cancri præcedentis. Et modo eodem & ſi capricornus minuat ſuā aſcenſionem non compa ratam & coniunctam alteri:tamen auget eam coniunctam aſcenſionibus præcedentium:quouiā cōiungitur cum aſcenſione libræ ſcorpionis & ſagitarii quæ aucte ſunt:& ita de aliis. Et hoc modo in tellexit auctor arcus ſuccedentes. ſ. comparatos & coniunctos cum arcubus præcedentibus. qd̄ de notauit per hanc dictionē ſuccedūt hoc eſt arcus q̃ ſuccedūt:ideſt non abſolute accepti ſed ſucceſſiue & coniuncti cū prioribus qui ſunt a principio arietis &c.

Secundo cum dicit.


REGVLA QVIDEM EST. Exponit ortum partium medietatum zodiaci per regulam affirma tiuam dicens q̃ omnes arcus zodiaci æquales & æquidiſtātes ab alterutro punctorum æquinoctii ♄ eſt ab initiis Arietis & Libræ aſcenſiones habent æquales in ſphæra obliqua & etiam in recta ut ſu pra patuit:cuiuſmodi ſunt aries & piſces taurus & aquarius Gemini & Capricornus Cancer & Sagit tarius leo & ſcorpio Virgo & libra quæ æquidiſtant ab unoquoq; eorum cum hoc q̃ ſunt arcus æq̃ les adinuicem. Et ratio regulæ eſt quoniam ab æquatore declinationem obtinent ſingula paria æq̃ lem & reſpectu orizontis obliqui æqualiter ſe habent ut eſt uidere in ſphæra materiali: & ego infra explicabo. Pro ampliori noticia ortus & occaſus ſignorum non tantum in ſphæra obliqua uerū in recta declaro ſex regulas ſeu propoſitiones:quarum aliquas ex ſecnndo Almag. Ptolo. capitulo pe nultimo & Alphag. differentia decima accepi:eaſq; taliter ordinabo q̃ ſequentem prior demonſtra bit. Prima igitur propoſitio hæc eſt ortus cuiuſlibet ſigni æquatur in tempore occaſui nadyr. ideſt ſi gni oppoſiti:& occaſus ſigni ortui nadyr. ideſt eodem tempore oritur ſignum & occidit nadyr:& ecō tra occidit ſignum & oritur nadyr:quare habito ortu cuiſlibet ſigni habetur occaſus nadyr eius: & ♄ modo inuenitur in tabulis tempus occaſus ſigni accipiendo:ſcilicet tempus ortus nadyr: probatur regula. Nam ſi ſignum citius oriretur quam nadyr occideret:ſequeretur quod ſupra orizontem inter ciperetur maior portio cœli quam medietas quod improbatur a Ptolo. primo Almag. uolente ori zontem diuidere cœlum in duo media cum ſit circulus maior & declaratum fuit in ſecundo huius: & ſequæla probatur:quoniam ſi eſſet ortum ſignum & nadyr non adhuc occaſum:tam ſignum quā nadyr eſſet ſupra circulum orizontis:ſed a ſigno ad nadyr intercipitur cœli medium:ergo pluſquam medium cœli eſſet ſupra terram quod eſt incōueniēs & contra Ptholo. Eodem modo ſi nadyr plus occideret q̃ ſignum aſcenderet:tam ſignum q̃ nadyr eſſent ſub orizonte: & quom contineant cœli medietatem ſequeretur maior pars q̃ cœli medium eſſet ſub orizonte: quare quom cœli medium ſit ſupra orizontem & reliquum ſub eodem: oportet q̃ quantum medietati ſupra orizontem addi tur oriendo tantum occidendo dematur:& quantum a medietate inferiori demitur per ortum tan tum addatur per occaſum ad hoc ut ſemper remaneant æquales. Signorum igitur oppoſitorum in tanto tempore alterum oritur in quanto occidit reliquum. Secunda propoſitio aſcenſio & de ſcenſio ſigni ſimul iunctæ æquales ſunt aſcenſioni & deſcenſioni nadyr ſimul iunctis ideſt tem pus ortus & occaſus ſigni eſt æquale tempori ortus & occaſus oppoſiti. Probatur nam aſcen ſio ſigni eſt æqualis deſcenſioni oppoſiti: & deſcenſio ſigni aſcenſioni oppoſiti: per primam re gulam. Ergo aſcenſio & deſcenſio ſigni æqualis eſt aſcenſioni & deſcenſioni oppoſiti: ſiquidem cum duo tota ſingula componuntur ex duabus partibus æqualibus adinuicem ſint æqualia: ut notum eſt: & hæ prædictæ regulæ uerificantur in ſphæra utraque. Tertia propoſitio: li cet in ſphæra recta ſigna taliter. Et in tanto tempore oriantur qualiter & in quanto tempore occidunt: & eorum aſcenſiones æquentur deſcenſionibus: In ſphæra tamen obliqua ſigna

directe orientia oblique occidunt reſpectu ſphæræ rectæ:& econtra ſigna oblique orientia directe occidunt: & quanto rectius oritur tanto occidit obliquius & econuerſo ſemper faciendo comparationem ad ortum & occaſum ſignorum in ſphæra recta. Primum licet patuerit in regulis de ſphæra recta:etiam probatur:quoniam occaſus ſigni eſt ortus antipedibus: antipedes nanq; ita ſituantur q̄ habent eundem orizontem cum illis quibus ſunt antipedes & eadem emiſphæria uariata tantum ſecūdum ſuperius & inferius:nam emiſphærium q̄ eis eſt ſuperius nobis eſt inferius & econtra: & quādo nobis occidit ſignum noſtris antipedibus oritur & econtra: igitur ſi habent eundem orizontem habent orizontem rectum:& ex conſequenti'ſigna eodem modo oriuntur eis & illis quibus ſunt antipedes: ſed ortus ſigni eis eſt occaſus illis quibus ſunt antipedes: in ſphæra igitur recta eodem modo & inæquali tempore ſignum oritur & occidit. Secundum faciliter deducitur:quoniam eorum qui habent ſphæram obliquam & orizontem uerſus polum arcticum ſub recto depreſſum: antipedes habēt ſphæram obliquam & orizontem uerſus polum antarcticum ſub recto depreſſum:ut manifeſtat materialis ſphæra: qua de re ſigna directe orientia eis quorum orizon deprimitur uerſus polum arcticum: oblique oriuntur antipedibus:quorum orizon depreſſus eſt uerſus antarcticum polum: & econuerſo ſigna oblique orientia his oriuntur illis directe propter diuerſimodam orizontis ſituationem reſpectu iſtorum:& quoniam orizontis depreſſiones ſub recto ad partes contrarias ſunt æquales ut inſtrumentum ſphæricum oſtendit:& ratio concludit:cum alter polorum tantum ſupra eundem eleuetur quantum deprimitur reliquus: igitur quanta eſt in ortu ſigni rectitudo in una habitatione tāta eſt obliquitas in oppoſita & econtra:ſed quoniam ortus ſigni in oppoſita occaſus eſt in alia cuius eſt oppoſita: ſequitur non tantum q̄ ſignum directe oriens obliquæ occidit in obliqua ſphæra reſpectu rectæ immo q̄ quanto ſignum oritur directius tanto occidit obliquius & econtra quod eſt intentū. Sed an detur antipes habitatio non determino ad præſens:cum ſit extra propoſitum:teneo tamen q̄ non ſit reperire:ceu uolunt & Ptholo.& aliorum plurimæ autoritates:experimenta & rationes:ſi alias concedetur oportunitas fortaſſe quæſtionē hanc examinabo. Quarta regula ſeu propoſitio eſt. Aſcenſio & deſcenſio ſigni ſimul iunctæ in ſphæra obliqua æquantur aſcenſioni & deſcenſioni eiuſdem i recta ſimul iunctis probatur. Nam aſcenſio & deſcenſio ſigni in recta æquantur per primam partem propoſitionis præcedentis:quæ & ſi in obliqua non æquentur:tamen quantum a recta altera deficit & eſt obliquior tantum altera ſuplens eſt directior:ut inquit ſecunda pars prædictæ regulæ: igitur adinuicem æquiperantur per regulam arithmeticam:quod reſultat ex medio duplato æquale eſt ei quod fit ex duobus extremis æquidiſtantibus a medio illo ſimul additis: exempli cauſa in ſphæra recta oritur aries cum uigintiocto grad.æquinoctialis: cui ſi eiuſdem deſcenſio quæ æqualis eſt iungatur: totum additum fiet quinquaginta ſex grad. In ſphæra autem obliqua cuius latitudo eſt quadraginta quinq; grad.aſcenſio arietis eſt decimo ſexto grad.deſcenſio uero quadraginta: quibus adinuicem commixtis erit aggregatum quinquaginta ſex grad.æquale priori aggregato quod eſt intentum. Quinta propoſitio aſcenſiones ſigni & oppoſiti ſimul iunctæ in obliqua æquales ſunt aſcenſionibus eorundē ſimul iunctis in recta:probatur:nam aſcenſio ſigni eſt deſcenſio oppoſiti & econuerſo: per primam regulam:ſed aſcenſio & deſcenſio ſigni in ſphæra utraq; ſimul iunctæ æquantur per præcedentem: igitur aſcenſiones ſigni & eius nadir iunctæ ſimul in utraq; ſphæra æquiualent:& eodem modo deducitur de occaſu:q̄ ſcilicet deſcenſiones ſigni & nadir in ſphæra utraq; æquantur: & hanc regulam ponit Autor in textu: quæ per me expoſita eſt: dum dicit:quom enim aſcenſiones oppoſitorum in ſphæra recta ſint æquales & non in obliqua:quia tamen quantum minuit aſcenſio unius tantum auget aſcēſio alterius adinuicem æquantur. Sexta propoſitio:aſcenſiones ſignorum æqualiter remotorum ab alterutro ſolſticiali puncto ideſt initiis cancri & capricorni ſimul iunctæ in ſphæra utraq; æquiperantur:probatur:nam iſtorū in ſphæra recta aſcenſiones ſunt æquales ut dictum eſt ſupra de ſphæra recta:& in obliqua quantum alterius aſcenſio deficit a recta:tantum alterius ſuplet aſcenſio: cum eorum alterum conueniat cum oppoſito alterius in aſcenſione:gratia exempli gemini & cancer: nā geminorum aſcenſio æqualis eſt aſcenſioni capricorni per ſecundam regulam textu cum æqualiter ſint remoti ab initio arietis puncto æquinoctiali:ſed aſcenſiones cancri & capricorni ſimul iunctæ in ſphæra utraq; æquantur cum ſint oppoſita ut uult propoſitio p̄cedens: igitur gemini & cancer ſigna æquidiſtātia a puncto ſolſticiali initio cācri habent aſcenſiones ſimul iunctas in utraq; ſphæra æquales quod eſt propoſitum.

Deinde cum dicit.

EX PRAEDICTIS ETIAM PATET. Ex regulis declaratis tam in recta ſphæra q̄ in obliqua de ortu ſignorum & occaſu correlariæ concludit inæqualitatem dierum naturalium. Verum ante quam ulterius procedatur quæritur an dies naturales ſint inæquales & uidetur q̄ non: immo omnes adinuicem æquentur in utraq; ſphæra: nam in ſphæra recta ſemper eſt æquinoctium:& tam dies artificialis q̄ nox adinuicē æquātur ut infra patebit:ſed quilibet dies naturalis integratur ex die artificiali cū ſua nocte:ergo quilibet dies naturalis cuilibet naturali diei æquiparatur: ſiquidē oē integra-

rum ex æqualibus partibus in numero & magnitudine æquale est alteri'. Et quoniam in omni habitatione astrologi incohant diem naturalem a meridie idest ab existentia solis in meridiano:per quē signa transeunt uelut per rectum orizontem:igitur si dies naturales sunt æquales in sphæra recta: & in obliqua. Secundo dies naturalis est completa reuolutio æquinoctialis circa terram & similiter circulorum æquidistantium ei:ut uult autor infra:& omnes:nam dicunt ꝙ arcus superior horum circulorum est arcus diurnus: inferior uero nocturnus & secundum proportionem arcus superioris ad infimum est proportio diei ad noctem: ecce modo ꝙ cum huiusmodi circuli nō habeant nisi arcum diurnum & nocturnum:erunt arcus diei naturalis: sed omnium dictorum circulorum circa terram reuolutio est æqualis:igitur omnes dies naturales sunt adinuicem æquales. Tertio si dies naturales essent inæquales tunc medietas altera anni continens centum octuagintaduo dies cum dimidio fere esset alteri medietati inæqualis quod implicat omnes nanq; medietates alicuius totius sunt sibi inuicem æquales:probatur sequela:nam si dies naturales sunt inæquales stat centum octuagintaduo dies cum dimidio unius medietatis esse maiores & longiores diebus alterius medietatis singulos singulis:uel saltem plures eorum:sed omne totum compositum ex partibus æqualibus in numero maioribus tamen in magnitudine maius est alio:igitur altera medietas anni continens dies maiores esset maior. Quarto si dies naturales essent inæquales non omnes essent uiginti quattuor horarum quod est contra omnes astrologos & præcipue tabulares:qui componunt tabulas quantitatum dierum:in quibus dies artificialis cum sua nocte continet uigintiquattuor horas. Quinto dies naturales ideo prædicantur inæquales propter inæqualitatem motus solis ueri in zodiaco & inæqualitatem ascensionis illarum partium ut dicit autor in tex. sed potest esse ꝙ in duorum dierum naturalium altero quanto sol uelocius mouetur:tanto in altero ascensio illius partis qua sol mouetur sit rectior:gratia exempli:in altero dierum sol de zodiaco pertransit sexaginta minuta quæ ascendunt cū quinquaginta nouem de æquinoctiali: in alio uero sol pertransit quinquagintaocto minuta quorū iterum ascensio sit quinquaginta nouem minuta & ita cum in ambobus diebus huiusmodi additamenta sint æqualia prædicti dies naturales erunt æquales: non igitur dies omnes naturales sunt inæquales. In oppositum est Ptholo.secundo & tertio Almag.& Alphag.differentia undecima ambo assignantes duplicem causam inæqualitatis dierum naturalium & autor in tex.& omnes astrologi maxime componentes tabulas æquationis dierum ꝙ non esset nisi dies naturales essent inæquales. Pro determinatione huiusmodi quæsiti est notandum primo ꝙ dies est duplex:quidam nāq; est dies dictus naturalis & quidam artificialis:est nanq; dies naturalis completa reuolutio solis circa terram semel: nam sol existens in meridiano facit principium diei secundum astrologos uel secundum morem uulgarem in occidente:& quando completa reuolutione motu primi mobilis ad punctorum alterum redierit dies completus est:ut est manifestum & quoniam huiusmodi reuolutionē sol causat propter motum primi mobilis quo etiam mouetur & circuit æquinoctialis: uerum ultra motum æquinoctialis sol habet proprium motum ad partem contrariam:dies naturalis extenditur quousq; totus æquinoctialis reuoluatur circa terram cum parte illa quam sol motu proprio pertransit gratia exempli sit æquinoctialis a b c d in centro e & meridianus a c sol sit in puncto a meridiani: notum est ꝙ secundum astrologos incohat dies: reuoluatur æquinoctialis circa terram motu diurno ab a in b & c & d iterū. punctus a rediens in meridiano licet æquinoctialis perfecerit uolutionē non tamen est completus dies:quoniam in hoc tempore sol motu proprio delatus est in f contrario motui primi mobilis: & quia dies non completur nisi sol perueniat in meridiano: oportet ꝙ ultra completam uolutionem æquatoris medietcœlum rota portio a f quam sol motu proprio contrario motui diurno pertransiuit: bene igitur & recte dictum ē ꝙ dies naturalis est reuolutio solis circa terram: seu reuolutio æquinoctialis circa eandem cum additione partis: quam sol motu proprio peragit:& dictus est naturalis quoniā non diuersificatur in diuersis habitationibus sensibiliter:immo in omnibus partibus terræ habitabilis est sensibiliter æqualis: non autem dies artificialis ut dicetur.



Alter uero est dies artificialis: qui diffinitiue est latio solis supra orizontem idest tempus causatum uel mensurans lationem solis supra orizontem:qui dictus est artificialis quoniam diuersus in diuersis partibus terræ habitabilis:at quoniā habitatio est quoddam artificiale ab arte procedens & uoluntate: est nanque uoluntarium ꝙ habitetur talis uel talis; locus: & consequenter artificiale quod alter habeat diem inæqualem ab alio: & per op-


positum dicitur dies naturalis quoniam non uariatur in climatibus & habitabilibus locis immo in omnibus est æqualis sensibiliter. At latio solis sub orizonte id est tempus mensurans huiusmodi motum est nox: & quoniam reuolutio solis circa terram continet lationem eiusdem supra orizontem & sub eodem: sequitur q̄ dies naturalis aggregat diem artificialem cum nocte tanquam partes eius. Secundo est aduertendum q̄ dierum naturalium alter dicitur uerus & alter medius: nam cum dies huiusmodi sit reuolutio æquinoctialis cum additione motus solis: & motus hic duplex sit scilicet uerus & medius: ut habet uideri in theorica de sole; siquidem additio illa sit ueri motus dicitur dies naturalis uerus: qui diffinitiue est reuolutio æquatoris circa terram cum additione ueri motus solis: si uero additio ea sit medii motus dicitur dies naturalis medius: & est reuolutio æquinoctialis & cætera cum additione partis pertransitæ a sole motu eius medio. Tertio est sciendum q̄ dierum naturalium uerorum alter est apparens & inæqualis: alter uero æquatus. Apparens dicitur tota reuolutio solis circa terram qua incipit ab meridiano & desinit motum præcisæ in eodem: & quoniam tempora quibus sol complet has reuolutiones sunt inæqualia: dicuntur dies inæquales: seu apparentes apparent æquales & si non sint. Dies uero æquatus est temporis spatium quo completur prædicta reuolutio solis a meridiano incohantis ad eundem redeuntis cum additamento uel demptione secundum q̄ oportet: unde si maior est æquinoctialis cum medio motu solis demitur: si uero minor additur ut fit in tabulis de æquatione dierum naturalium. Licet nanq; in anno cōmuni sint trecentū & sexagintaquinq; dies naturales: fiunt tamen trecentū sexagintasex reuolutiones æquinoctiales: propter hoc q̄ sol in anno complet æquinoctialem ad partem contrariam: & ideo singuli dies habent singulas æquatoris reuolutiones: & superfluens per omnes distribuitur: quam distribuere & diuidere æqualiter in omnes dicitur dies naturales æquare. Quarto est notandum q̄ duplici de causa dies apparens est inæqualis alteri: prima quidem: quoniam cum huiusmodi dies contineat reuolutionem æquinoctialis & cætera cum additione partis zodiaci quam sol pertrāsit motu proprio: & cum æquinoctialis moueatur æqualiter & æqualis sit in omnibus diebus: additio uero illa minime: nam sol singulis diebus non causat spatia æqualia de zodiaco ut demonstratur in theorica solis: sequitur q̄ æquator cum additione huiusmodi partis est inæqualis sibi ipsi cum additione partis inæqualis. Si enim duobus æqualibus inæqualia addantur quæ resultant sunt inæqualia ut uult communis animi conceptio primi euclidis: si igitur æquinoctialis cum parte ea addita non æquetur alteri: sequitur q̄ tempora in quibus reuoluuntur non sunt æqualia: & consequenter dies sunt inæquales hac prima causa. Secunda causa quoniam dato etiam q̄ sol æqualiter moueretur & singulis diebus de zodiaco partes æquales pertransiret: tamen quoniam partes illæ zodiaci non necessario æqualiter mouentur oriendo & occidendo neq; in circulo recto neq; obliquo: ut patuit supra: aliqua nanq; pars zodiaci directum habet ascensum & aliqua obliquum: sequitur q̄ si duobus temporibus æquis quibus bis æquinoctialis circūuoluitur addantur duo tempora inæqualia quibus oriuntur huiusmodi partes addendæ singula singulis: resultant duo tempora uel duo dies naturales inæquales per eandem propositionem supra allegatam: secunda igitur causa inæqualitatum dierum naturalium est inæqualitas ortus partium addendarum propter obliquitatem zodiaci: Et nota q̄ licet autor in tex. uideatur ponere obliquitatem orizōtis esse causam distinctam ab obliquitate zodiaci: non tamen est distincta in rei ueritate: immo perse non est causa: quoniam orizonte siue recto seu obliquo uniformiter zodiacus moueretur: nisi ipe esset obliquatus: seu ostendit æquinoctialis & circuli paralelli (qui ut patuit supra) oriuntur & occidunt per utrunque orizontem uniformiter propter eorum rectam situationem: nihil igitur agit obliquitas orizontis ne directe & æqualiter moueantur: zodiacus uero propter suam obliquitatem inæqualiter oritur & occidit in utroq; orizonte: licet magis in obliquo ut patuit supra: maiorem nanq; obliquitatem zodiacus ostendit in orizontem obliquo q̄ in recto: & ideo autor non intelligit q̄ orizon sit causa totalis huiusmodi diuersitatis: immo potius partialis: quoniam addit ad obliquitatem zodiaci & maioris diuersitatis est causa: & hic paxus notetur bene ad hoc ut intelligatur mens autoris. Et causæ huiusmodi nō tantum ab autore hic assignantur: sed sunt Ptho. secundo & tertio Almag. & Alphag. differentia undecima. Quinto & ultimo est corelariæ considerandum q̄ Ptholo. & Alfag. referentibus in prædictis locis duplex est causa quare astrologi incohent diem naturalem a meridie & existentia solis in circulo meridiano: & non ab ortu uel occasu: quoniam cum dies naturalis uelut superius discussum est ultra motum completum æquinoctialis cōtineat ortum partis qua sol mouetur: & meridiani in omnibus habitationibus sunt uniformes ex quo omnes transeunt per polos: & quælibet pars zodiaci assignata per quemuis meridianum æqualiter transit: sequitur q̄ additio illa in omni habitatione inæqualis: in orizontibus uero obliquis quoniam pars illa & additio non mouet̄ æqualiter neq; oriēdo neq; occidēdo: imo ī diuersis mouet̄ directe mius & magis: eodē mō & oblique: sequit̄ q̄ tēpus motus illius partis nō est æquale in oībus habitatiōibus: imo quot sunt

uariationes orizontium obliquorum:tot etiam modis uariabitur idem dies in longitudine & brevitate: quare si deberet æquari in singulis orizontibus oporteret habere singulas tabulas æquationum dierum: cum una sufficiat in omnibus partibus diem a meridie incohando: Quia igitur præsens dies a meridie inchoatus est ꝫ æqualis in omnibus habitationibus propter æqualitatem meridianorum:non est autem ubiq; æqualis si ab ortu solis uel occasu sit incœptus: astrologi ut fugerent tantam diuersitatem in diuersis locis dierum potius a meridie inchoarunt. Secunda causa est quoniam ideo dies naturales; sunt inæquales propter diuersitatem motuum partium addendarum ut fuit dictum: sed hæc diuersitas minor est in orizonte recto & consequenter meridiano q̄ in obliquo:in obliquo nanq; signa uel directius uel obliquius ascendunt q̄ in circulo directo:quare cum dies incohati a meridie & si sint inæquales non tamen seruant tantam inæqualitatem quantam qui sunt ab ortu uel occasu principiati: & consequenter facilius & rectius æquantur dies quorum initium est meridies q̄ illi qui incipiunt ab ortu uel occasu:non igitur irrationabiliter a meridie astrologi diem incoharunt: & adde ad hoc ꝙ ratione ortus partium & cætera plures dies sunt æquales si a meridie incohentur ꝙ ab ortu uel occasu: cum omnia signa opposita & quæ æquidistant a puntis solsticiorum ortum habeant æqualem in sphæra recta & in meridiano: non autem in obliqua: ideo hac de causaoporteret eos æquari ab ortu uel occasu: sed quia habent initium a meridie sunt æquales hiis itaq; binis rationibus astronomi ab existentia solis in meridiano & non in ortu uel occasu incohant dies naturales. Quibus ita expositis dico tria:primo ꝙ & si dies naturales medii sint inæquales:unica tãtum causa ratione scilicet diuersitatis ascensionis & cætera inæquantur prima pars patet: quoniam dies naturalis medius est reuolutio æquinoctialis & cætera cum additione partis pertransitæ medio motu: sed pars huiusmodi non habet ascensionem æqualem cum alia necessario:quoniam potest oriri directius & obliquius & maiori & minori tempore:qua de re tempus quod additur est inæquale:& consequenter dies medii: secunda pars probatur:quoniam tantum duabus causis dies naturales sunt inæquales scilicet inæqualitate motus solis & inæqualitate ortus illius motus ut dictum est supra:sed sol non mouetur medio motu inæqualiter:ut patet in theoricis nam medius motus est regularis: ideo de hac cã huiusmodi dies non sunt inæquales:quare relinquitur ꝙ tantum diuersitate ortus illarum partium sunt inæquales. Secundo dico ꝙ dies naturales ueri duplici causa sunt inæquales patet iam primo ratione ueri motus solis:quem esse irregularem & tertio Almag.dictio probat & theoricæ manifestant: secunda causa diuersitatis ortus & ascensionis partis transite a sole: ut est optimæ expositum qua de re duplici causa huiusmodi dies inæquales existunt. Tertio dico ꝙ non omnes dies sunt inæquales omnibus:immo aliqui eorum sunt æquales:probatur primo capto die mediocri: notum est ꝙ huiusmodi dies habet maiorem diem:habet etiam minorem:sed ubicunq; datur maius & minus datur æquale: etiam quoniam non potest fieri transitus de maiori ad minus nisi per æquale:præpositus igitur dies habebit diem sibi æqualem. Secũdo idem probatur per rationem argumenti ultimi ante oppositum:dies nanq; naturales duplici de causa ut dictum est possunt esse inæquales:igitur in altero duorum dierum potest esse causa quæ tanto reddat eum alio maiorem: quanto secunda causa reddit minorem idest ꝙ quanto additio est maior tanto obliquius oriatur uel contra quare hii dies æquabuntur. Tertio idem probatur maxime de mediis diebus: in quibus cum additum quod sol pertransit motu medio sit æquale in omnibus:quandocunq; sol fuerit insignis æqualis ascensionis: ꝙ scilicet æquidistent ab altero quatuor puntorum:semper dies illi erũt æquales: gratia exemplisole existente in principio tauri & principio piscium:quoniam illud quod agit motn medio utrobique est æquale: & æquali tempore oritur: notum est ꝙ cum additio sit æqualis ꝙ duo dies tunc æquabuntur.idem concluditur de ueris diebus: nam quom aux sit in principio cancri uel saltem parum distans ab eo:dum sol fuerit in principio geminorum & leonis æqualiter remotus ab auge ad partes diuersas:æqualiter mouetur ut demonstraui in theorica solis:& etiam patet in tabulis: & quoniam illi arcus æqualiter mediant cœlum: ex quo æquidistant ab initio cancri per secundam regulam in sphæra recta declaratam:igitur hii duo dies æquabuntur causis in ambobus non diuersificatis:patet igitur ꝙ dantur dies naturales tam medii q̄ ueri æquales: neq; quando dicunt astronomi dies naturales esse inæquales intelligunt omnes omnibus inæquari:sed omnes sunt inæquales quibusdam & aliquibus æquales. Argumenta modo ante oppositum facta faciliter perimuntur primum nanq;:quando dicitur ꝙ in spæra recta semper est æquinoctium & cætera dico ꝙ æquinoctium duplex est uulgare & uerum:uulgare quidem est æqualitas diei artificialis cum sua nocte uel insensibilis excessus alterius super reliquum: q quidem excessus prouenit causa illius additionis: nam cum illa additio parua sit & insensibilis diuersitas uel excessus alterius super aliud est insensibilis: & quia uulgares non considerant oẽm paruũ excessum proferunt in sphæra recta semper eẽ æquinoctium q̄tum ad uulgarem sensibilitatem. Aequinoctium autem uerum est æqualitas diei cum sua nocte taliter ꝙ nec sensibiliter neq; insensibiliter se superent: & tunc dico ꝙ in sphæra recta non

eſt ſemper uerum æquinoctium uel ſi eſt:taliter eſt q̄ dies æquatur tantum ſuæ nocti nō autem omnibus noctibus:nam diei naturalis maioris tam dies q̄ nox ſunt longiores q̄ alterius diei & inter ſe æquales. Ad ſecundū Reſpon. q̄ dies naturalis non eſt præciſe reuolutio & cætera immo ultra illam eſt additio motus ſolis ut dictum eſt ſupra: & quando dicitur q̄ arcus ſuperior eſt arcus diei & cætera uerum eſt tamen ultra illum additur portio motus ſolis:quæ quoniam parua eſt & inſenſibilis.non meminerunt:ſed tantum arcum diurnum proferunt arcum ſuperiorem & cætera & eadem eſt proportio diei ad noctem ueluti horum arcuum tantum uulgaris & ſecūdum ſenſum. Ad tertium quoniam dicit̄ q̄ anni medietas eſſet maior altera. Reſpō. q̄ medietas anni poſſunt dici & nominari dupliciter uel a numero dierum quos continet & tunc pars anni continens. 182. cum dimidio dies:eſt anni medietas & æqualis alteri quæ totidem etiam dies amplectitur non curando an dies ſint maiores uel minores: ſed tantum q̄ ſint æquales in numero in utraq̄. Alio modo poteſt dici medietas a ſpatio temporis quod continet:& tunc illa dicitur anni medietas quæ continet præciſe medietatem non curando de diebus: nam illa quæ habet dies longiores pauciores continet ex eis:non igitur ſequitur q̄ medietas ſit alteri inæqualis. Ad quartum dicitur q̄ ſinguli dies naturales continent. uigintiquattuor horas q̄tum ad uulgarem apparentiam: qua non percipitur illud paruum tempus ortus ſpacii quo ſol mouetur:tamen quo ad ueritatem dies quilibet habet plus uigintiquattuor horarum: tanto quidem plus q̄tum eſt illud additum:quod ſimul aggregatū in anno faciet uigintiquattuor horas cum ſit reuolutio ſolis in circuitu æquinoctialis:qui aſcēdit in uigintiquattuor horis. Quintum autem argumentum ueritatem concludere tertia concluſio manifeſtauit:non enim intelligunt neq; uolunt aſtrologi omnes dies omnibus diebus eſſe inæquales immo aliquos adinuicem æquari:ſed q̄ ſinguli dies habent dies ſibi inæquales ut in declaratione dictæ concluſionis fuit expoſitum. Et ita credo ſatiſfactum eſſe huic quæſito & materiæ de ortu & occaſu ſignorum:quam ſi breuibus peregi & declaraui:ſingulis ero excuſatus:cum ī hac materia digreſſionem ob difficultatem præcipue incohantibus agere recuſaui: tanto magis q̄ opus Almag. Ptholo.in præſentiarum non eſt apud me:neq; tam ſublimi ingenio me uigere cognoſco: ut quæ iam pridem uideram(niſi de nouo & recenter legerim)poſſim ita bene recordari: ut ſcripturis digna ſint notari:ideo quæ dicta ſunt ſufficiant.

n OTANDVM ETIAM QVOD SOL TENDENS. Poſtq̄ in ſuperioribus de principali intento.ſ.de ortu & occaſu ſignorum in ſphæra utraq; determinationem perfecit: in parte hac de quodam effectu ex diuerſitate ortus & occaſus ſignorum cauſato.ſ.de dierum & noctium diuerſitate in augmento & decremento proſequitur:q̄ autem dies artificiales ſint inter ſe & cum noctibus inæquales cauſa eſt diuerſitas in ortu ſignorum: nam quæ directe oriuntur & in magno tempore diem uel noctem agunt longam: quæ uero oblique ecōtrario. Vel poteſt præſens pars aliter introduci: ut quoniam ſupra in parte in mediate expoſita declarauit dies naturales eſſe inæquales:& huius dedit cauſas: in hac parte dat cauſas inæqualitatum dierum artificialium ad inuicem et noctium. Et q̄ hæc introductio non ſit incongrua patebit ſi quis notat modum loquendi auctoris dum incipit notandum etiam q̄ ſol et cætera quaſi uolens ſe continuare ad prædicta: quicquid tamen ſit ſatis eſt q̄ intentio eius in hac parte eſt aſſignare cauſas inæqualitatis dierum & noctium:quæ in duas ſecatur partes:nam in prima hoc agit uniuerſaliter non magis ad unam q̄ ad aliam habitationem:ſecundo idem proſequitur magis particulariter in diuerſis locis et modis habitationū ibi. (Notandum autem q̄ illis:)& q̄ ita ſit q̄ in parte illa agat & declaret diuerſitatem dierum & noctium in locis et cætera et ſi explanet etiam alias conditiones ſeu proprietates:demonſtrat titulus illius partis qui talis eſt de diuerſitate dierum & noctium quæ fit habitantibus in diuerſis locis terræ:circa partem priorem duo agit ſecundum q̄ duabus cauſis manifeſtat propoſitum.ſecunda ibi.(Notādum eſt q̄ ſex ſigna.)Iterum circa primam duo facit:nam quoniam in diebus artificialibus & noctibus dupliciter accidit diuerſitas: primo quidem inter plures dies uel noctes uel inter diem & noctem in loco eodem:itaq; idem dies longior eſt alio uel breuior ſimiliter & nocte in loco eodem.ſecundo accidit diuerſitas in die eodem uel nocte in diuerſis tamen locis: dies nāq; præſens dummodo nō ſit æquinoctium longior uel curcior eſt in aliis locis q̄ in hoc ſexto climate:ideo primo dat cauſam diuerſitatis dierum plurium inter ſe & noctium: ſecundo uero eiuſdem diei in diuerſis locis.ibi.(Quanto quidem polus.)Prima cauſa inæqualitatum dierū artificialium.& noctium eſt quaſi informa Alphag.differētia ſexta quam quia.nota eſt in ſphæra materiali paucis explanabo: a principio capricorni ad finē gemiorꝝ ē medietas zodiaci ſeu ſex ſigna:q̄ ſol motu proprio centūoctuaginta duobus diebus cum dimidio peragratur: & quoniā mouetur idem ſol motu rapto circa terram per ſpacium quo mouetur ſingulis diebus deſcribet paralellos: unde a capricorno ad cancrum centum octuoginta duobus cauſabit paralellos: nam quando eſt in principio capricorni deſcribit paralellum ad primum gradum eius cōtinuatum. In ſequēti uero die cum reperietur in ſecundo gradu eiuſdem paralellum cauſabit propriorem æquinoctiali: & in tertio die

adhuc ꝓpinquiorem si quidē existit in tertio gradu Capricorni magis uicino æquatori:& ita:de aliis ad singulos signoꝝ gradus singulis terminatis.Et quia a principio cancri ad capricornum reuertitur sol ad polū meridionalē unde prius remouebatur:in toto spacio.182.dierum cū dimidio quo per huiusmodi zodiaci medietatē defertur:eosdē describit paralellos.Q ui & si uera appellatione non possint dici circuli:cum non terminētur & cōiungātur ad punctū eundē:neq; habent principiū idē cum fine:sol nāq; existēs in principio capricorni ꝯcipit paralellū ad secundū gradum eiusdem terminatū: circuli uero circūferētiæ idē cum fine est principiū:quia tamē principiū cuiusq; a fine ita paꝝ distat ꝙ insensibile est:ideo nihil īportat si paralelli illi circuli nominētur:causat igitur sol a prīcipio capricorni ad prīcipium cācri delatus.182.paralellos seu circulos:quoꝝ extremi alter uersus borealem polum est tropicus cācri reliquus uero ad meridiē tropicus capricorni:medius uero inter hos & a polis prædictis æqualiter semotus æquinoctialis.Q uæ ut exemplo pateant sit in hoc circulo polus mundi arcticus a & b antarcticus:zodiacus c d.c scilicet iniciū cancri & d capricorni:notum ē enī ꝙ sol existēs in capricorni inicio d raptu firmamēti circulū d e describet tropicū capricorni:qui quidē termīabitur in f secūdo gradu eiusdem signi ad quem sol motu ꝓprio est trāslatus secundo die:post hoc causabit circulum f g h usquequo sit in arie te ubi æqnoctialem h i designabit & ita alios paralellos uersus polū arcticū donec sit in principio cācri:ubi tropicus c k depinget.Et hii paralelli circuli sunt dierum naturalium:cum sol eos in die naturali singulos describat: eorum autē arcus qui supra orizontē quēuis sunt dicuntur arcus dieꝝ artificialiū.i.a sole in die artificiali descripti: cum dies artificialis nil aliud sit ni latio solis supra terrā & orizontē ut ex supradictis liquet.Qui uero infra sūt arcus noctium.i.in nocte a sole causati:quēadmodū nanq; huiusmodi circuli cōtinent ptem superiorē & iferiorem tanq; ptes totales singulos eoꝝ integrantes:ita dies naturalis ex duabus ptibus die.s.artificiali & nocte constituit.




Q uibus stantibus quoniā polus in sphæra ꝓportionatur cētro in circulo:orizon sphæræ rectæ transit per polos mundi supra æquinoctialē cadens perpēdiculariter & causās rectos angulos secūdo huius:& consequēter supra omnes æqdistantes æqnoctiali per.29.primi Euclidis:seqtur ꝙ tamē æqnoctialē q̄ ei æqdistātes paralellos in duo æq̄lia pcietur p tertiā tertii.Euclidis:ubi uult ꝙ si supra lineā in circulo cadat alia pe pēdiculariter p cētrū circuli trāsiens eā diuidet per æq̄lia:singulæ igit circulorū portiones supra rectū orizōtē a b æq̄les sūt portionibus cōparibus sub eodē:& qa in spatiis eq̄libus fiunt motus æq̄les sexto physi. motus igitur solis per portiones circulorum superiores æq̄les erit motui eiusdem sub inferioribus:& qm̄ sol huiusmodi motu æq̄liter mouetur:in tēporibus paribus tam superiores q̄ inferiores trāsiet dictorum portiones ut philosophus sexto phy.demonstrat:& quom portiones superiores trāsiat in die:infimas uero in nocte ut dictum est:concluditur singulos dies singulis suis noctibus:ceu in q̄stione præcedenti determinatum est æqperari:& consequēter ubicūq; zodiaci sit sol in sphæra recta semp eē æqnoctiū.

ILLIS AVTẽM QVORVM ZENITH EST IN POLO. Pateſacit ſeptimã & ultimã diuerſitatẽ ſeu modũ habitatõis:& duo facit prĩo declarat unã eorum q ſunt ſub polo arctico ꝓprietatẽ. Secundo remouet obiectionẽ. Sed cũ ibi nunq̃:habẽt itaq; huiuſmodi ultra reliquas cõmunes & dictas cõditionẽ unã eis ꝓpriiſſimã:eis dico & q ſunt ſub polo alio ſ.antarctico mõ ecõtrario:quæ eſt. Cũ zenith eorum ſit ī polo mundi eſt orizon unitus cũ æquoctiali ſemp:& cœlũ rotatur ſupra orizontem: ut ĩquit Alphag.differẽtia ſeptima ueluti uoluitur molẽdinũ:nihil igr̃ ibi orietur neq; occidet motu diurno:& dico motu diurno:quoniã omnes planetæ motibus ꝓpriis quos habent ī zodiaco oriũtur & occidunt ut patebit:& quoniã medietas zodiaci primi mobilis ſeptẽtrionalis nunq̃ fit ab æquatore auſtralis:neq; ſeptentrionalis:orizontẽ conſequẽter nec tráſiẽt oriendo uel occidendo:ĩmo ſemp medietas ab initio arietis ad finem uirginis ſupra:& reliqua uero ſub orizonte ī æternum morabiꝫ ſequtur q dum ſol fuerit ī priori medietate nunq̃ occidẽs artificialẽ diem ſex mẽſiũ cãbit:dũ uero ī reliq̃ mouebiꝫ noctẽ cãbit ſex ẽt mẽſiũ:ex quo nũq̃ orieꝫ: & quoniã ſolr motus p duas zodiaci medietates eſt cã anni:unus annus no hẽbit niſi unũ diẽ naturalẽ. Sed cõtra hoc arguiꝫ quoniã annus ĩtegraꝫ ex.365.diebus ut oẽs fateꝫ:quare nõ ex uno. Itẽ dies naturaꝫ eſt reuolutio æquoctialr cõpleta cũ additõe motus ſolis:uel eſt tẽpus quo ſol pagrat ſingulos circulos paralellos æq̃tori ut ex ſupradictis liquet:ſed ī anno nõ eſt tãtũ unica æquoctialis reuolutio:neq; ſol unicũ paralellũ deſcribit ut notũ eſt igitur ī anno nõ habẽt q ſub polo moꝛãtur tãtum unum diẽ naturalẽ. Præterea naturaꝫ dies eſt ſpacium.24.horarum:ſed annus continet.8766.horas:nõ igr̃ hmõi hẽbũt diẽ naturalẽ longitudinis anni. Reſpõdetur q dies naturaꝫ dupliciter accipitur ꝓprie & minus ꝓprie. Proprie acceptus dies eſt reuolutio æquinoctiaꝫ completa cum additõe motus proprii ſolis:aut completus motus ſolis in circulo paralello æquoctiali:q quidem ex uiginti quatuor horis ĩtegratur:ut eſt ſupra declaratum:& huiuſmodi dies in omnibus regiõibus minoris latitudĩs q̃ ſexaginta ſex gra.integratur ex die artificiali & nocte ſeu ex motu ſolis ſupra orizontẽ & ſub eodem. Naturalis uero dies minus proprie eſt motus ſolis ſupra orizontem & ſub eo:itaq; ſpacium temporis ab ortu ſolis ad ortum ĩmediate ſequentem naturalis dies hoc modo diciꝫ quãtũcunq; ſit:ſeu uiginti quatuor horarum:ſeu mille:& cauſa huius acceptionis diei eſt:quoniã cum apud nos & omnes regiões habitatas dies proprie dictus ſit tempus motus ſolis ſupra & ſub orizonte:uidetur q dies naturalis quicunq; ſit huiuſmodi ſpacium:& ĩ omni loco qui ſi in loco aliquo ſit dictum ſpacium motus ſolis per utrunq; hemiſphærium & non habeat ueram rationem diei:quod ſcilicet ſit completa æquatoris reuolutio non nominabitur dies niſi improprie. Qua diſtinctione ſtante dico primo quod accipiendo diem naturalem ſecundum ueram acceptionem eius annus exiſtentium ſub arctico non habet tantum unicum diem naturalem:immo.365.quoniã in huiuſmodi anno ſunt.365.reuoutiones æquatoris cum parte addita qua ſol motu proprio defertur. ſed quælibet talis reuolutio cõpletur in die naturali proprie eum capiẽdo:ut dictum eſt annus:igitur eorum q ſunt ſub polo ex.365.diebus ꝓprie acceptis ĩtegratur & non ex uno tãtum:uelut ī omni alia regione de anno:loquor latinaꝝ integrato ex.365.diebus qbus ſol reuolutionem ꝓpriam perficit in zodiaco. Et ita procedunt argumenta:non enĩ illi qui ſunt ſub polo habent diem unum in toto anno. Immo.365.quoniam tot paralellos ſol deſcribit completa reuolutione: quinquidem ibi conſideraꝫ non ab ortu ſolis ad ſequentẽ uel ab occaſu deſequẽtẽ: qm̃ ſol motu diurno non occidit:neq; conſideraꝫ ab exiſtentia eiuſdẽ in meridiano ad uſq; reditũ in eũdẽ:qm̃ nõ habẽt meridianũ determinatũ ut liquet:ſed ab exiſtẽtia eius in pte determĩata & notata per aliquod ſignũ fixum in terra uel in loco immobili:ueluti nos ſignantes uel denotantes loca proiectionis radiorum

ſolis horã dieĩ cognoſcimus:motus igitur & reuolutio ſolis a pte ea determĩata ad ptem eãdẽm redi ens dies uerus & ſecũdum uerã acceptionem erit illis q ſole ſupra orizontem abſq; nocte:& eodẽ ſub orizonte nox erit continua abſq; die:neq; eſt neceſſe q̃ huiuſmodi dies contineant duas ptes diem ui delicet artificialem & noctem. Secundo dico q̃ capiendo diem ſecundo modo ĩproprie: ſcilicet ꝑ motu ſolis ſub & ſupra orizonte ad punctum eundem redientis:totus annus unum tãtum diem natu ralem continet in regione polo arctico ſubiecta.Probatur nam annus ueluti dictum eſt completur ſo le reuoluto per duodecim ſigna zodiaci:ſed ĩ hac reuolutione cum ſemel ſol oriatur exiſtens in prĩ cipio arietis & ſemel occidat ĩ prĩcipio libræ habet unum motum ſupra orizontem & alterum ſub eo q̃ duo motus faciunt diem naturalem:in toto igitur anno unum naturalem diem habebunt & non plures:& ita ĩtelligit auctor dum inquit q totus annus eſt ibi unus dies naturalis:& ita ſoluta ſunt ob iecta. Deinde cum dicit.

SED CVM IBI NVNQVAM MAGIS. Remouet dubitationem q̃ iã patet:uideť nanq; q̃ ibi non ſit nox ſex menſium ut dictum eſt:nã dum ſol eſt in ſignis auſtralibus ſub orizonte parum depꝛſ ſus eſt:ĩmo eſt fere ſemper propiquus orizonti.ſed qñ paꝛ ſol deprimitur ſub orizonte eſt dies artifi cialis ueluti apparet in noſtra habitatione ĩ qua ante ortum ſolis aer ĩcipit lucere & eſt dies:ob hoc q̃ ſol orizonti uicinatur:qua de re cum ĩ ea regione ſol ſub orizonte parum deprimatur ſemper erit di es artificialis uel ſaltem nox parua ſole ſcilicet ĩ maxima declinatione auſtrali exiſtente. Reſponde tur q̃ & ſi ibi ſol parum ſub orizonte deprimatur:quia tamen eſt ſub orizonte exiſtens ĩ ſignis auſtra libus nox eſt:ſi quidem dies artificiaľ ſecundum ueram diffinitõem non ſit niſi motus ſolis ſupra ori zontem:& ſi uulgares diem uocãt dum lux apparet Sed adhuc obiicitur:quoniam ſaltem uidetur ibi eſſe lucem perpetuam uel ſaltem longo tempore extenſam:nã dum ſol eſt ſupra orizontem ut li quet dies eſt artificialis & lux:idem etiã ſub orizonte ex quo parum ab eo remouetur:& parum depri mitur:cum ſecũdum Ptolo.dum ſol eſt.i8.gradibus depreſſus agit crepuſculum: & lucet aer:ſequitur q̃ eo exiſtente ĩ oĩbus illis partibus zodiaci quæ minus deprimuntur prædicta quãtitate lux erit: qua re ibi quaſi in toto anno uel dies uerus uel lux erit. Dicatur q̃ & ſi ſol parum ſub orizonte ſit depꝛſ ſus in regione illa:non tamen illuminat aerem non ſolum tunc uerum dum eſt ſupra orizontem pro pter indiſpoſitionem & groſſiciem medii:ibi nanq; ob ultimam diſtantiã a zona torrida & a ſole fri gus eſt intenſum ĩgroſſans & ĩſpiſſans aerem:calor debilis uapores & nebulas eleuãs:non tamen re ſoluere potens:ideo medium groſſum eſt & nebuloſum radios & lumen ſolares recipere non ualens quare non tantum ibi eſt obſcuritas ſole ſub orizonte uerum ſupra eundem moto.

IMAGINETVR AVTEM QVIDAM CIRCVLVS. Habita noticia de ortu & occaſu ſignorũ in ſphæra utraq;:ac de dierum & noctium diuerſitate ex inæqualitate ortus & occaſus ſignorum pro ducta:in pte hac diuiditur terra hĩtabilis in clymata:cum ĩ eorum diuerſis contingat tã in ortu & oc caſu ſignorum inæqualis diuerſitas:q̃ ĩ dierũ & noctiũ ĩæqualitate: in aliquo nãq; clymate ſigna q̃dã directius & quædã obliqus aſcendunt:ſimiliter & deſcendunt & artificiales dies maior eſt uel minor ſimiliter & nox q̃ ĩ alio:qua de re qui cupit pticularem cognitionũ ortus ſignoꝝ & occaſus & dierũ cum noctibus q̃titate:oportet nõ ignoare diſtinctionẽ terræ pro clymata:quã recte auctor in pte præ ſenti inſerit & ꝓſeqtur. Circa quã duo agit:quoniam pri mo diſtinguit terrã in ptem habitabilem & occultã:habi tabilemq; in ſeptem clymata.Secundo uero pticulariter cuiuſq; clymatis differentias declarat & proprietates ĩbi. Medium igitur primi clymatis.Pro declaratione prĩæ p- tis ſit terra a b c d quæ ueluti inqt Alphag.ĩ prĩcipio diffe rentiæ ſextæ cum ſit concentrica cum prĩo mobili.i. eius & primi mobilis centrum ſit idem:circulus in terræ ſupfi cie a c æquatori ſuppoſitus diuidet eã in duo æqualia: nã ex quo æquinoctialis diuidit ſphæram in duo media trã ſit per centrum ſphæræ ut patet ſecundo huiꝰ æquidiſtãs a polo utroq;:& quoniã idem eſt centrum ſphæræ & ter ræ:diuidet ẽt huiuſmodi circulus terrã in partes æquales ab utroq; polo b & d æquidiſtãs:quarũ altera a b c ſeptẽ trionalis in qua tota terræ eſt habitatio:reliqua uero c d a auſtralis medietas ĩculta penitus eſt.Sed quoniam a prĩ cipio terræ habitabilis ĩ oriente a ad finem uſq; occiden



tis c aſtrologi non depræhenderunt niſi duodecim horarum differentiam ut ĩquit Alphag.loco alle gato & Halyb.rodoam ſupra tertio capitulo ſecundi quadripartiti Ptolomæi. que accipiunt terræ medietatem:ad diſtinguendum terram habitatam ſecundum longitudinem a non habitata ima ginantur circulum A B C D ſuppoſitum orizonti recto: cum tranſeat per orientem occidentem

& polum mundi utrũq; q̃ circulum æquatori ſuppoſitũ in duo æqualia partiens in duob⁹ punctis a & c ſecabit ad angulum rectos ſphærales: ut ſecũdo huius & primo eſt declaratum ſectionibus. 180. gradibus remotis & terrã in ptẽ ſuperiorẽ & iferiorem diuidet. Erit igitur terra diuiſa in q̃tuor quartas a b c ſeptẽtrionalẽ ſuperiorẽ q̃ ſola hominũ cultui dicata eſt: & iferiorem in plano nõ deſcriptibilẽ: in c d a auſtralẽ ſuperiorẽ & ſibi iferiorẽ reliquã. Item ps ſeptẽtrionalis a b c: cuius lõgitudo eſt. 180. gra. quãta eſt medietas circuli iportata ꝑ ſemicirculũ a c ut inquntin locis allegatis Alpha. & Hali nõ tota eſt habitata: cũ ſub æqnoctiali ſit intẽſa fláma prohibens habitatõem ptium ei, ꝑpinquaꝝ: q̃re imaginetur circulus e f ab ipſo remotus. 12. gradibus loca habitabilia ab incultis nerſus æqnoctialem diſtinguens. Similiter qm̃ ſub arctico poſo frigus eſt intẽſum: maginetur circulus g h ſuppoſitus circulo arctico & diſtans ab æqnoctio diei. 66. gra. inqente Alphag. differentia ſexta & octaua: & ſimiliter alii q qdem diſtinguet ptes habitabiles & temperatas ab inhabitabilibus uerſus polum, ꝑpter frigus relinqtur igitur tota portio terræ habitata e f g h itercluſa lineis e f & g h iter quas itelligãtur ſex lineæ tã æqnoctiali q̃ inter ſe paralellæ ſecũdũ longitudinẽ terræ deſcriptæ: q̃ cum prioribus ſeptẽ ſpacia clymata nomiata amplectẽtur quoꝝ primũ incohat a circulo e f: & æq̃tori iter omnia, ꝑpinquũ eſt: ultimũ uero termiatur ad circulũ g h uel prope: & iter reliqua ſex polo maxime uicinatur. Clima nanq; dicitur græce uel regio uel plaga latinæ tãtum terræ ſpacium: q̃to horologiũ ſenſibiliter uariatur. i. medietate horæ ſeu ꝙ idẽ eſt. 30. m̃. apud nãq; uulgares. 30. m̃. eſt minimũ tẽpus ſenſibile: nõ enim percipiunt exceſſum unius diei ſupra reliquum niſi ſit tãti temporis: ideo ſpaciũ tãtæ terræ i quo dies maximus uariatur ſenſibiliter. i. ꝙ i principio illius ſpacii minor ſit q̃ in fine horæ medietate clima eſt nomiatum: nã qa prĩcipium climatis magis appropinquat æquatori habet minorem latitudinem: & conſequẽter minorẽ altitudinem poli: habent etiã dies æſtiuos minores ut dictum eſt & probatũ ſupra de diuerſitate dierum & noctium: cum i omni pte eiuſdem prĩcipii idẽ dies artificialis ſit æq̃lis: cũ linea uel circulus prĩcipium oſtẽdens æqdiſtãs ſit æqnoctiali: ideo i ei⁹ loci ubiq; polus æqualiter eleuatur: & conſequẽter orizon ibi eſt æqualis obliqtas: & ſigna habẽt ubiq; & aſcẽſiões & deſcenſiones æquales: & dies eodẽ i omni loco eiuſdem prĩcipii clymatis æq̃les: & noctes etiã. Eodem modo dicatur de fine clymatum. Sed dubitatur circa illud ꝙ dicit i textu: ꝙ oportet imaginari circulum paralellum æqnoctiali pcientẽ ptes habitabiles ab ĩhabitabilibus quæ ſunt uerſus æqnoctialem: unde uult ꝙ ultra illum circulũ uerſus æqnoctialẽ nõ ſit habitatio ſibi ipſi cõtradicẽs: cum dixerit ſuperius auctoritate Lucani ꝙ ibi morãtur æthiopes: non igitur pars ea eſt ĩhabitata ut per ipſe ĩquit ħ. Ad hoc reſpõdetur ꝙ & ſi ultra primũ clyma uerſus æqnoctium diei ſit habitatio cum ſtẽt ibi æthiopes qa tamen locus q̃to magis appropinquat regioni ſuppoſitſt æquatori magis ac magis tegitur a mari & habitatio rara eſt ut Alphag. inqt octaua differentia: ac ſi non habitaretur iter clymata nõ computatur: ĩhabitabiľ nãq; dici poteſt cum, ꝑpter eius calorẽ & indiſpoſitõem maior ẽ portio ĩhabilitas q̃ ĩhabitata. Similiter & ſi omnes, ꝓferãt hĩtatõem extendi uſq; ad circulum g h ſuppoſitũ circulo arctico: ubi eſt latitudo. 66. graduum: tamẽ ſeptimũ & ultimum clyma nõ habet niſi latitudinem. 50. gra. ultra ꝙ & ſi ſint loca habitata: qm̃ tamen ignota nobis rara & frigore prauæ hĩtationis iter clymata nõ computãtur ac ſi ibi nulla eſſet hĩtatio ut ĩfra dicet auctor. Et ita ſolutum eſt argumentum. Quoniam tamen uidetur eſſe ſententia cõmunis aſtrologorum ꝙ oĩs habitatio ſit ab æqnoctiali ſeptentrionalis: nec reditur cã quare auſtralis plaga hominum cultu careat: q̃ritur an hoc ſit uerum ꝙ ps auſtralis ſit ĩhabitata & tãtum regio ſeptẽtrionalis colatur: & arguitur ꝙ non. prĩo Ariſto. ſecundo metheo. & in libello de flumĩs ĩundatõe. Virgilius prĩo georg. Ouid. prĩo methamor. & auctor noſteri fine ſecundi tractatus ut ibidem explanatum eſt: omnes hii diuidunt terrã in qnq; zonas: & uolunt ꝙ illa q̃ eſt iter duos tropicos torrida ſit & ĩhabitata: duæ uero extremæ quarum altera ſeptentrionaľ inter tropicum cãcri & circulum arcticũ media iter zonã frigidam & calidã: altera uero auſtraľ iter tropicum capricorni & circulum antarcticum ẽt media iter zonas oppoſitarum q̃litatũ temperatæ ſint & habitatæ: quare ſeqtur nõ tãtum ꝙ zona auſtrina hĩtetur: quĩnimo tãta ſit pars habitata ad auſtrũ quãta eſt ſeptentrionaľ: cum diſtãtia iter tropicum capricorni & circulũ antarcticum cui ſupponiť zona hĩtata uerſus auſtrum ſit æq̃lis diſtãtiæ iter tropicum cãcri & circulum arcticum ubi eſt zona ſeptẽtrionalis tẽperata. Secundo oĩs zona quæ iter calidã & frigidã media eſt: habitatur cum calore alterius & frigore temperetur: & hac de cã dicunt zonã hãc ſeptentrionalem coli: qm̃ temperatur zonæ frigidæ frigore & calore calidæ: iter quas media ẽ: zona autem auſtralis media eſt iter calidã iter tropicos & frigidam iter circulum antarcticum: ab earum igitur exceſſiuis & contrariis qualitatibus tẽperatur: & cõſequẽter apta redditur habitationi. Tertio eadẽ cauſæ habitationis q̃ concurrunt in zona ſeptentrionali ẽt in meridionali: cauſa nãq; caloris eſt ſolis ad zenith appropinquatio & frigoris ab eodem remotio: ut patet ex ſecundo huius i fine: ſed ſol æqualiter appropinquat zonæ ſeptentrionali & auſtrali cum ſemp ſit in medio earum: quare ambabus dictis zonis frigus & calor uel ex eis mixtum ſunt æquales: ſed zona ſeptentrionalis colitur: quare & auſtraľ non erit ĩculta. Quarto ſi pars terræ auſtrina nõ eſſet habitata aliqua uirtus cœleſtis eſſet ocioſa & uana: quod falſum eſt

nihil nanq; deus & natura agunt ociose primo de cœlo tex.32.tertio de anima tex.60.& secundo methaphy.cõmento primo:& tanto magis in tam nobilibus corporibus sequela deducitur: sunt nanq; quædam stellæ in polo meridiano semper occulto:quæ cum nunq̃ oriatur in parte septentrionali effectum ibi producere non poterunt:cum agant lumine & motu secundo de cœlo tex.42.quare: quia si non producunt effectum in parte australi:si quidem ea non habitetur uirtus earum & potentia totaliter erit ociosa:quod falsum est:ad hoc igitur ut agant oportet q; ea regio sit culta cum non agãt in partem septentrionis:erit igitur regio meridionalis habitata & non tantum septentrionalis. Inopositum est Ptolo.secundo Almag.capit.primo & secundo quadripartiti capitulo secundo.Alphag. differentia sexta & octaua.Albertus magnus tertio libro metheo.tracta.i9.& auctor in tex.& fere omnes astronomi uolentes tantum quartam borealem habitari. Hanc quæstionem quia dependet ex dictis in fine secundi tractatus breuibus explicabo:duas tantum positiones eas adinuicem conciliando recitabo.& id quod uerum est concludam.Prima igitur opinio de hoc quæsito est Ari.Vir.Oui. & auctoris in locis allegatis uolentium zonam australem mediam inter torridam & frigidam habitari ueluti hæc septentrionalis media inter calidam & frigidam ob eius temperiem colitur: quorum motiua ante oppositum sunt recitata:nam quom distantia solis uaria & declinatio an zenith sit causa uarietatis in calore & frigore:ubicunq; declinatio eadem est uel æqualis:æqualis causabitur complexio:& quia sol existens & discurrens semper inter tropicos æqualiter remouetur a zona media septẽtrionali & australi cæteris æquis.ideſt tantum ab illa sol remouetur in æstate quantum ab hac in æstate etiam:& ita in hyeme æqualiter:& hæc septentrionalis temperata est & habitata:& illa quoque erit cum temperie culta.Concludunt igitur de quinque zonis duabus habitari:media inter calidam & frigidam ex parte septentrionis:& altera ex parte australi. Sed hæc opinio non placet Ptolomeo.Alphagrani.Alberto magno auctori in hac parte:& aliis uolentibus tantum septentrionalem regionem habitari.& nullo pacto meridionalem:quod probat Ptolomæus idem secundo Almag.capitulo primo dicit quod nunq̃ est inuentum uel auditum quod sole æquatorem possidente aliquis in quouis loco terræ faceret umbram meridionalem:sed omnes septentrionalem uel perpendicularem nusquã declinantem:quare nemo ab æquatore ad meridiem declinat & ibi habitat:immo omnes ad septentrionem uel sub æquatore:si nanq; aliquis esset uersus austrum sole æq̃torem possidente australem umbram haberet:si quidem semper umbra a corpore luminoso declinat ad partem uersus quã corpus opacum:quod nunq̃ inuentum est. Secunda ratio ad idem fundamẽtum habet ex tertio Almag.capitulo tertio.Quanto nanq; luminosum magis appropinquat:tãto magis calefacit:ut notum est.sed sol in signis australibus existens appropinquat magis terræ multo q̃ existens in signis septentrionalibus ut uult Ptolo in loco allegato:ubi probat oppositum augis solis esse in parte meridionali in sagitario:& nunc nostra tempestate in primo gradu capricorni:in quo sol existens magis terræ uicinatur q̃ existens in auge in principio cancri quinq; partibus.60.dyametri eccen. solis:cum igitur sol existens in cancro & aliis signis borealibus non multum adpropinquet imo maxime remoueatur a terra & causat in æstate in nostra regione calorem intensum:existens in capricorno ubi terræ maxime uicinatur & in reliquis signis meridionalibus calorem insupportabilem & habitationem destruentem in parte illa producet:concluditur q; pars australis non colitur.Sed ut melius habeatur uis huius rationis corroboratæ fundamentis Ptolo.est sciendum q; duplex est causa qd' sol in calefaciendo diuersimode agat:ideſt quod aliquando calefaciat intensius & aliquando remissius:prima causa est propinquitas eius ad zenith ut fuit expositum in fine secundi huius ob hoc quod radii & eorum reflexiones adinuicem uniuntur.Secunda causa est eiusdem uicinitas ad terram: quãto nanq; agens magis passo appropinquat:tãto agit intensius:ut patet in naturali philosophia:& proportionaliter potest dici quod sunt duæ causæ priuatiuæ frigoris quantum est ex parte solis:prima ẽ solis remotio a zenith:secunda uero eiusdem remotio a terra:quo stante dico quod in zona septentrionali dum sol est in signis septentrionalibus multum propinquat zenith:quo calore ultimum & intensum deberet causare.Sed quoniam est in auge & multũ remotus a terra:nam huiusmodi causa impedit primam:& si non totaliter destruet cum ea sit uigorosior ut est dictum in secundo huius: qua de re calor producitur habitationem non prohibentem.Similiter in capricorno & signis australibus existens cum sit remotus a zenith:licet frigus intensum in hyeme deberet causari temperiem habitationis prohibens:quia tamen sol est in opposito augis ob propinquitatem ad terram calefaciens frigus est remissum:quare cum in nostra regione calor non sit intensus in æstate neq; in hyeme frig⁹ causis adinuicem se impedientibus utroq; in tempore erit temperata & habitabilis.In parte uero meridionali contingit totum oppositum:non enim altera causa coniungitur cum oppositi alterius neque adinuicem se prohibent.immo coniunguntur se se iuuantes sole possidente signa meridionalia erit propinquitas eius tam ad zenith q̃ ad terram:quare in æstate generabitur tantus calor:q; humana complexio supportare non posset:cum uideamus in nostra parte una causa cum alterius oppositi conueniẽte calorem magnum produci:in hyeme uero dum sol est in signis borealibus tam a zenith

q̄ a terra remotus:eſt nāq; in eius auge duabus cauſis unitis erit frigus in ſua maxima intenſione: cū in regione noſtra ſit intenſum una tantum concurrente:& reliqua impediente: quare cum in plaga meridionali ſit intemperies intenſi caloris æſtiui & ultimi frigoris hyemalis erit concludendum ibi nullo modo eſſe habitationem. Et ex hac declaratione remouetur obiectio quam quis adduceret:poſſet nanq; aliquis cauillando obiicere:ſi oppoſitum augis eſt in parte auſtrali:ex quo fit q̄ ſol maiorē calorem ibi cauſat q̄ in noſtra zona æqualiter remotus a zenith utriuſq; plagæ: accipio unam partem teræ auſtralem a cuius zenith ſol magis remoueantur:q̄ a zenith zonæ ſeptētrionalis:& tūc quāto ſol magis calefacit hanc partem propter propinquitatem ad terram:tanto minus calefaciet ob remotionem a zenith in zona boreali qua de re quia quantum una cauſa uincit tantum altera diminuit coniunctæ adinuicem æquabūtur cauſis caloris in zona ſeptentrionali quia ſimilis complexio erit zonæ ſeptentrionalis & illius partis auſtralis:& conſequenter illa habitabitur:hoc nihil eſt quoniam in iſto caſu licet aſſignata pars poſſet habitari in æſtate:non tamen in hyeme: immo hyems eſſet adhuc frigidior tum quia ſol magis remouetur a zenith:tum etiam quoniam magis a terra diſtat:eſſet nāq; in auge & ſignis borealibus:& eodem modo ſi caperetur pars terræ tanto magis propinqua ſoli quanto ſol magis remouetur ab ea in hyeme quare redderetur tēperata:tamē quia ſol eſſet in æſtate propinquior & eius zenith & terræ:omnino eſſet inhabitabilis: ſed habitatio non eſt tantum in æſtate:uel tantum in hyeme:eſſet nāq; faſtidioſum & laborioſum mutare loca habitationis in æſtate & in hyeme per tam magnum ſpacium:unde ſemper huiuſmodi eſſent in motu:oportet igitur fateri partem & regionem auſtralem non habitari:& nota ueluti recte inquit Albertus mag. tertio metheorum q̄ & ſi in præſenti tempore regio ſeptentrionalis colatur & non meridionalis:alio in tempore auſtralis plaga habitabitur & minime ſeptentrionalis:nam auſtralis ideo non habitatur quoniam oppoſitum augis eſt in ea parte zodiaci ut dictum eſt:& hac de cauſa colitur ſeptentrionalis: ſed quoniam aux & eius oppoſitum mouētur in zodiaco ut determinat Ptholo. & in theoricis declaratur:aliquādo ueniet in ſigna borealia:& tunc auſtralis zona colet & aquilonaris in cuba remanebit:& ideo dicit Ariſto. in fine primi metheo. q̄ propter motum cœli terra ſucceſſiue habitatur: aliquando quidem pars ſeptentrionalis:& quādoq; auſtralis. Tertia ratio illa regio terræ quæ aqua non eſt diſcooperta non eſt habitabilis cum homo & cætera reſpirantia animalia non poſſint reſpirare & uiuere niſi in aere:in aqua nāq; nulla poteſt compleri reſpiratio:ſed pars terræ auſtralis eſt aqua cooperta nā quom nos uideamus q̄ hæc zona ſeptentrionalis & habitata ſit diſcooperta: ſi etiam illa eſſet arrida ſequeretur q̄ quaſi medietas terræ eſſet diſcoperta:& tunc cum aqua habeat decuplā proportionem ad terram ſecundo de generatione & corruptione: non eſt ueriſimile tantā aquæ multitudinem poſſe eſſe tātum circa aliā terræ medietatem niſi eſſet coaceruata & ſtans ibi uiolenter: quod negādum eſt apud naturales:cum igitur pars ſeptentrionalis ſicca ſit & habitata: cōcludetur meridionalem plagam tantum piſcium eſſe locum & non hominum & cæterorum reſpirātium animalium. Et hæc eſt ueriſſima ſententia ab omnibus tenenda. At quoniam alterius opinionis ſunt uiri ſummæ autoritatis Ariſto. princeps phyloſophorum Virg. & Ouid. poetarum excellentiſſimi: ne eorum autoritas omnino caſſa uideatur pro cōcordia dicatur:q̄ cum ex in medietate dictis pateat duplicem eſſe cauſam caloris propinquitas. ſ. ſolis ad zenith:& eiuſdem ad terram ob eius orbis eccētricitatem:prima cauſa. ſ. ſolis propinquitas ad zenith uigoroſior potentior eſt ſecunda & ſemper uincens: licet enim ſol remoueatur a terra ſi tamē ad zenith appropinquet calor fit:ſimiliter & ſi idem appropinquet terræ ſi tamen a zenith remoueatur frigus generatur ueluti ex ſupradictis eſt notum:ſecunda nāq; cauſa uel intendit primam ſi ei concordat:aut ſi contrariatur tantum remittit & non omnino mutat:& ideo dicti autores fecerunt comparationem inter partem ſeptentrionalem & auſtralem in habitatione quantum eſt merito primæ cauſæ tantum: cum ſol æqualiter appropinquat (ut ſupra innotuit) utriq; plagæ cæteris paribus: unde merito iſtius cauſæ ſicut quando ſol eſt in cancro appropinquat zenith habitationis ſeptentrionalis & facit æſtatem:& quādo in capricorno remouetur & agit hyemen:ita econuerſo dum eſt in capricorno appropinquat zenith eorū qui ſunt in auſtro & agit æſtatem: in capiicorno uero remouetur & fit hyems & utriq; locorum æqualis eſt appropinquatio & remotio:& hanc cauſam tantum conſiderauit Alfagranus ſupra dum dixit æſtatem noſtram & hyemem eis qui ſunt ſub æquinoctiali eiuſdem eſſe complexionis:quod non eſt ſi comparetur ad aliam cauſam:& tanto magis quia Ariſto. & poetæ prædicti non cognouerunt eccen. ſolis neq; conſequenter concedebant ſolem magis remoueri aliquando & alias magis uicinari terræ: ideo tantum primam cauſam conſiderarunt:quos in ſecundo huius imitatur Autor ſpeculans tantum primam cauſam:cum nolit in loco illo contemplari an ſol aliquando magis propinquus ſit terræ & quandoq; remotior Ptholo, autem non tantum conſiderans primam cauſam uerum ſecundam quæ cum prima agit ad temperiem habitatiōis ſeu ad intemperiem cum Alphag. Alberto magno & autore in præſenti parte meridionalem habitationem deſtruit & optime. Quorum ſententiam ego imitando tanquam approbatiſſimam haud difficulter ante oppoſitum argumenta & rationes reſoluam.

Ad primam iam dictum eſt æqualiter prænominari autores intelligunt:q̄ non ponunt niſi unicā

cauſam caloris:ideo non poſſem tutari eos niſi eccen.negando". Ad ſecundum dicitur q̄ nō datur zona auſtralis quæ toto tempore ſit temperata: ſi nāq̄ eſt temperata in æſtate frigidiſſima eſt in hyeme:& ſi in hyeme temperata calidiſſima in æſtate:propter cauſas iam dictas adinuicem ſemper ſe adiuuantibus tā in calefaciendo q̄ infrigidando:& ideo non ualet ſimilitudo quoniā in zona ſeptētrionali huiuſmodi cauſæ nunquam uniuntur:immo altera cum oppoſito alterius:quare neq̄ calor intēſus neq̄ frigus ultimatum generatur in parte hac. Ad tertium quando dicitur ſol æqualiter appropinquat & cætera concedo:& ideo quantum eſt merito ſolis proximitatis ad zenith utraq̄ habitari deberet:tamen concurrit in regione auſtrali altera cauſa caloris in æſtate & in hyeme frigoris auge ſolis in cancro morante & oppoſito in capricorno quæ quidem cauſa nobis ſe habet modo oppoſito:eſt nanq̄ cauſa caloris hyemalis & æſtiui frigoris:qua de re cætera non ſunt paria. Ad quartū & ultimum dico ſeptentrionalem plagam tantum habitari:neq̄ uirtus ſtellarum fixarum in polo antarctico exiſtentium & ſeptentrioni nunquam orientium eſt uana & caſſa: quando & ſi nūquam oriantur influunt tamen ita bene ſub orizonte:ueluti ſupra ut uolunt aſtrologi iudicantes in unoquoque pronoſtico non tātum per ſtellas ortas uerum per occaſas:quinīmo de quibuſdam rebus determinatis magis per ſtellas ſub orizonte exiſtentes q̄ ſupra prædicunt cum non influant tantum lumine & motu uerum inſenſibiliter:quod proprie influentia nominatur. Etiam ſi quis uellet q̄ aſtra omnino lumine agant & motu & ſi non influant & agant taliter in zona ſeptentrionali ex quo non oriuntur ſtellæ in polo antarctico: agunt tamē in eos qui ſunt ſub æquinoctiali quibus & oriuntur & occidūt ut ſupra eſt dictum:& ideo non ſunt fruſtra & uana:Præterea & ſi in parte illa non ſint homines neq̄ habitatio ſunt tamen aliæ res in quas prædicta ſydera agere poſſunt: ut in plantis in aquis piſcibus & cæteris animalibus quæ ibi naſcuntur:& ideo non ſunt reſpectu omnium fruſtra:& ita patet quid dicendum ſit in hac materia. Deinde cum dicit.

MEDIVM IGITVR PRIMI. Notificat proprietates ſeptem climatum iam diuiſorum tam in principiis eorum q̄ mediis q̄ etiam terminis:& primo ſingulorum nomina:qualiter uocentur: ſecundo quantitatem diei maximi ut quanta eſt dies æſtiua longiſſima & longiſſima nox hyemalis:tertio poli eleuationem: quarto latitudinem cuiuſque: quantum eſt ſpatium uel quot miliaria ſunt ab initio clímatis uerſus æquinoctialem ad finem eiuſdem uerſus ploum borealem.Et hæc omnia quæ hic dicuntur & ab Alfag.differentia octaua accepta:ad finem uſq̄ capituli patent. Notādum primo q̄ & ſi tantum primi climatis principium medium & finem exponat: aliorum uero medium tantum & finem principio relicto:hoc egit quoniam cum climata ſint continuata ut primi finis ſit principium ſecundi:& conſequenter ſemper principium ſequentis finis eſt antecedentis: eædem ſunt proprietates in fine præcedentis & principio ſequentis:igitur cum omnia climata notificet per finem eorum tacuit principia niſi primi:principium nāq̄ primi nullius eſt finis: ideo ſpecialiter primi meminit principium. Secundo eſt notandum q̄ & ſi climata nominet non tamen nominū aſſignat cauſam ſeu rationem: ideo ad hoc quod parui eſt momenti ſuplens dico q̄ clima primum dicitur díamereos a dya quod eſt de:& mereos ideſt mauris & æthiopibus:hoc eſt clima de æthíopibus eum habitātibus totum nanq̄ æthiopibus ímpletur:ideo nāq̄ in eo ſunt æthiopes quoniam in zona torrída exiſtens calidum eſt.ſecūdum uero dicitur diaſyene a dia ideſt de & ſyene ciuitate in medio eius ſita ideſt clima in cuius medio eſt ſyene ciuitas.tertium dialexandrios eadem de cauſa ab alexandria in eius medío poſita nominatur.quartum ab inſula rodo í eius medio collocata diarodos appellatur. quintum dictum eſt diaromes ab urbe Roma capite mundi in medio eius conſtructa.ſextum uero diaboriſtenes a boreali uento in loco illo quaſi ſemper & uigoroſe flante.ſeptimum & ultimum diariſeos ideſt deriſeis montibus in huiuſmodi climate exiſtentibus:moderniores quoq̄ ultra ſeptimum clima octauum addiderunt continens eas habitationes:quas autor ob earum prauitatē inter climata non computari affirmat:quod quidem apud nos adhuc eſt innominatum. Tertio eſt aduertendum q̄ initium primi climatis & quarti ſeptimi terminus quæ concludunt & cōtinent omnem climatum cultū adinuicem diſtant differentia.3.horarum cum dimidia: cum clíma ſit ſpacium terræ in quo horologium ſenſibiliter uariat ideſt hora dimidia: ſpacium.7.climatum uariatum erit tres horis cum dimidia:quæ ſunt ſeptem medietates:eſt nāq̄ maximus dies principii primi climatis horarum duodecim minuta quadragintaquinque in fine uero ſeptimi dies longiſſimus eſt horarum .xvi.m. quindecim inter quos díuerſitas eſt tres horarum (ut eſt relatum) cum dimidia.Diuerſitas uero inter principium primi & finem ſeptimi climatis eſt trigintaocto grad.eleuationis polí.Eleuatur nāq̄ polus ſupra orizontem in primi initio grad. duodecim minuta quadragintaquinq̄ in fine uero ſeptimi gra. quinquageſima minuta triginta differētia exiſtēte grad. trigintaſeptem minut. quadragintaquinq̄.


Vltimo eſt ſciendum q̄ longítudo primi climatis maior eſt q̄ longitudo ſecundi: & ſecundi q̄ tertii & ita deinceps:quoniam quanto clima prius eſt tanto a polo arctico elongatur:& quoniam ſphæra arctatur & ſtringitur prope polum ut tertia tertii eucli. quia continue appropinquat indiuiſibili ſequitur q̄ clima ab eo remotius eſt longius:& eidem propinquius curtius. Eodem quoq̄ modo ma

ior est latitudo primi q̄ secundi & secundi q̄ tertii & ita deinceps:quoniam:quanto magis ab æquatore ad polum appropinquatur:tanto sphæra magis obliquatur ut clarissimæ in sphærico corpore ostēditur:& consequenter dies magis crescit:quare in minori spacio inuenitur cremētum dimidiæ horæ quo clima uariatur:ut claret patebit siquis intueatur latitudines omnium eorum: reperiet nāq; primi latitudinē.440.miliariorum:secundi uero.400.tertii.350.quarti.300.quinti.260.sexti.212.& septimi centumoctuagintaquinq;.Et sic expedita est expositio tertii ttactatus cum laude dei.

n OTANDVM QVOD SOL HABET VNICVM. Quom ī prīo huius opis tractatu q̄dā nō parū utilia astronomiæ pricipia declararit:& ī secūdo circulos sphærā materialē integrantes descripserit:& in tertio præcedēti de motu primi mobilis determinationē exple uerit: in hoc quarto & ultimo mirabili breuitate de passionibus cæterorum orbium explanationem aggreditur:& quoniam huiusmodi passiones duplicis sunt maneriei:quædam nāq; sunt primæ quæ in mediate a motore & intelligentia eis intrinseca causantur ut sunt motus aliæ uero passiones secūdæ quæ mediantibus primis producuntur: primum nāq; quod ab intelligentia recipit orbis est motus:motu autem mediante alia:si nanq; orbis non mutaret locum planeta nullum accidens de nouo reciperet:sol quidem neq; luna eclypsaretur:qua de causa duo agit in præsenti tractatu: primo nanq; planetarum orbes & motus eorum notificat: secundo uero quasdam solis & lunæ passiones eclypses scilicet per causas declarat ibi.Cum autem sol sit maior. Quoniā autor in hoc capitulo & prima parte breuissime & confuse fere uult exponere quicquid Ptholo.a tertio Almag. incipiens ad finem usq; libri eiusdem compleuit:& in toto opere theoricarum continetur:ambigendum nō est: q̄ si complete & plenissime uellem huiusmodi patefacere longas digressiones necessum esset aggredi:sed quoniam in nostra expositiōe supra libro theoricarum quæ mihi oportuna uisa sunt & necessaria retuli: in hac parte eadem iterum scribere superuacuum uidetur: tāto magis q̄ de motibus planetarum in hac parte completa cognitio non potest haberi:sed ex Almagesti seu opere theoricarum saltem:quare uolens omnino hanc partem exponere & declarare non adducam omnia quæ & si ad declarationem faciunt sunt tamen prolixa: sed ad loca theoricarum in quibus ea explicaui lectorem mittam: circa itaq; partem primam duo agit: quoniam primo de orbibus & motibus solis: secundo uero aliorum sex planetarum ibi. Quilibet autem planeta. Dicit igitur in prima parte ueluti patuit in principio theoricæ de sole:q̄ sol habet tres partiales orbes: quorum motibus ipse planeta defertur & mouetur: in quorum medio qui eccen. est ideſt habens centrum aliud a centro mundi infixus ipse mouetur sub eclyptica latitudinem nunquam cognoscens ut ibi patenter demonstraui: ideo unicus est orbis solis quoniam ad huius tantum motum defertur sensibiliter: & quoniam eccen. est centrum mundi non distat æqualiter ab omni parte circunferentiæ: quare datur punctus a terra maxime distans & firmamento propinquissimus:quem augem dici in præfata theorica patuit. Est nanque aux punctus eccen.firmamento maxime propinquus:seu ut habetur in theorica solis aux est punctus a terra remotissimus: dictus aux græcæ quasi longior longitudo uel maxima eleuatio a terra: datur quoque eadem de causa in eccen.punctus terræ maxime propinquus & a firmamento remotissimus: qui oppositum augis seu breuior longitudo dictus est. Est autem oppositum augis punctus eiusdem eccen.a firmamento remotissimus: seu quemadmodum dicit prædicta theorica terræ propriissimus: oppositum augis dictum quoniam & situ opponitur puncto augis ut liquidum est:& proprietate: siquidem alterum a terra remotum firmamento uicinatur: relíquum uero econtra terræ propinquans a firmamento remotum est.Qualiter autem hæc prædicta puncta in eccen.habeantur:& qua uia augem esse repertum sit uideatur in theorica sæpius dicta in parte in qua de hiis agitur: similiter in eadem patet an sit possibile dari orbem eccen.cuius centrum non sit centrum mundi: & qua de causa & necessitate coacti illum ponant astrologi in quæstione declaro qua queritur an eccen.orbis reperiatur:hic igitur eccen.orbis singulis diebus mouetur regulariter in centro eius secundum ordinem signorum quinquagintanouem minu. octo media quo motu defert solem sibi infixum. Alii uero duo orbes extremi spissitudinis inæqualis nominati deferentes augem solis mouentur ad motum octauæ sphæræ secundum ordinem signorum regulariter in centro: mundi & super polis eclypticæ singulis centenis annis gradu uno:& quoniam dictus eccen.intra eos & in eorum medio continetur: ipse quoq; cum sole defertur tali motu:ex quibus duobus resultat aggregatus motus solis secundum ordinem signorum:quo describitur & transitur totus zodiacus in trecentum sexagintaquinq; diebus quinque horis & quadragintanouem.m̄.& ideo dixit sex horis fere: qualitas situs & modus motus orbiū deferetium augem solis patet in eius theorica cum figuratione:& quare tali nomine sunt appellati ibidem declaratur. Deinde cum dicit.

QVILIBET AVTEM PLANETA. Numerat cæterorum sex planetarum orbes.d.eorum singulos habere tres orbes ultra deferentes augem: primus est eccentri.deferens quo ipsi deferuntur ueluti sol: & est eccen. sicut eccentricus solis. Secundus est æquans circulus imaginatus ob hoc (ut exposui in theorica tertia superiorum): quod deferentes non mouentur æqualiter & uni-


formiter in eorum centris:planetæ infixi in eis angulos causant inæquales in temporibus æquis (ut notum est in locis omnibus theoricarum)& consequenter in ecen.circũferentiis inæquales arcus trã seunt temporibus eisdem:ideo supra puncto illo quo supra planeta æqualiter defertur:& angulos causat æquales:astronomi circulum imaginãtur describi ecen.æqualem:in quo arcus semp describat æq̃les:& hac de causa in p̃dicta theorica dictum est æquãtem nominari: qa circulus ẽ in quo planeta uniformiter moto eius motus æquatur:& quoniã motus ecen.lunæ æqualis est & uniformis supra centro totius æquãs eius cõcentricus & sub ecclyptica situatur:& qa ecen.deferens lunã nõ est sub ecclyptica quinimo eius medietas ad arcticum & reliqua ad oppositum declinat qnq; gra.semper inuariabiliter:ut demõstratũ est in theorica eius:ab æquãte etiã declinabit eum in duobus punctis oppositis secans:ut patet in figura tex.& cum spaciũ interceptum inter duas sectiones in medio latum arctum & angustum est,ppe terminos qualis est figura draconis & cuiuslibet serpentis:draco lunæ dictus est: sectionum uero caput altera & reliqua cauda draconis. Ea qdem caput in qua cũ luna fuerit latitudinẽ nullã possidens ad septẽtrionem incohat motũ latitudinis:cauda uero draconis reliqua ea.s. qua ad austrum trãsit a septẽtrione discedens:ueluti in theorica draconis lunæ explanatum est. An autẽ necessarium sit lunæ assignare æquãtem:& qua de cã:in quadã q̃stione supra theoricã de tres supræmis planetis innotescit. At quoniã quinq; residui planetæ supra centro mundi nõ sunt in motu regulares neq; supra centro ecen.uerum super alio æquãtem habent super eo:etiã ad ecen.quãtitatem: semper nanq; ecen.æquatur cum æquãte in eodem astro:& non tantum deferens in eis est ecen.uerũ æquãs cum in tribus superioribus & uenere centrum æquantis in duplo plus semotum est a centro mundi q̃ centrum ecen.In mercurio uero econtra:plus nanq; distat centrum ecen.q̃ æquãtis:ut in eorũ theoricis mãifestatum est.Et ambo dicti circuli innominatis planetis simul existentes ab ecclyptica declinant ad partes contrarias eam secãtes:& caput cum cauda causantes:ut ibidem patuit.Et ex hoc patet tantum solem carere circulo æquante:quia ecen.solis mouetur æqualiter in centro eius & in circũferentia:consequenter eiusdem sol temporibus æquis arcus transit æquales:non igitur indiget æquante circulo. Alii uero omnes planetæ ratione ecen.inæquales sunt in cẽtro ecen.ideo indigent circulo æquante eorum singuli. Tertius orbis sex planetarum sole dempto est epyciclus.idest paruus circulus & orbis infixus in profundo ecen.(ut innotuit in theorica lunæ)in quo planeta infixus circa eius centrum circulariter defertur.Sed an detur huiusmodi orbis:uel sit impossibile inueniri & repugnãs naturæ:& quæ sit necessitas eum ponendi expositum est in theorica de luna prope pricipium in quadam quæstione huius materie ubi dictum est.quod ponitur pro saluandis plurimis apparentiis circa errantia sydera:& maxime directionis regressionis.stationis uelocitatis & tarditatis planetarũ:ut amplissime explanatum est in principio capituli de passionibus planetarum:quæ omnia ut aliqualiter replicantes demonstremus:esto zodiacus a b.a pars orientalis.& b occidentalis:cuius centrum c erit ordo signorum ex b in a:sit quoq; epyciclus d e in ecen.infixus:siquidem a centro mundi duæ lineæ c a & c b epyciclum includentes ad zodiacum usq; producantur:eumq; contingentes in d & e diuisus est epyciclus in partem d e superiorem & inferiorem e d:& quia planetæ existentis in e locus uerus i zodiaco est b ostensus per lineam c e b:ut patet in theoricis: siquidem per partem superiorem epy.in d feratur a locum in zodiaco adipiscetur linea c d a demonstrante:delatus ẽ igitur planeta ex b in a directe:ideo epyci.arcus superior e d directio dicitur:si autem ex d in e feratur per inferiorem arcum:in zodiaco a b motum peregit contrarie ordini signorum & retrograde:hac de causa arcus epy.d e inferior inter puncta contactuum inclusus retrogradatio uel arcus regressionis est dictus.idest in quo planeta existens retrograde mouetur. At quoniam planeta in punctis d & e stare uidetur in zodiaco stationes seu puncta stationum nominarunt.d quidem punctum orientalis cõtactus stationem primã:quoniã in eo existens planeta post eius directionem prio stare cepit: reliquũ uero punctum e stationẽ secundã:in qua secũdo stetit:in qbus punctis existẽs planeta stationarius:ueluti in arcu superiore directus:& retrogradus in inferiori est dictus:propter igitur epyciclum & diuersum motum planetæ in eo saluãtur huiusmodi apparentiæ quæ sunt directio retrogradatio & statio: ut clarificatum est in prælibato capitulo de planetarum passionibus:ubi etiam patuit qualiter luna ratione epy.sit tarda quandoq; & alias uelox:non autem retrograda neq; stationaria:uerũ directa semper ob eius ecen.uelocitatem:hii igitur prædicti sunt circuli & orbes planetarum:qui quidẽ qualiter moueãtur:idest ad quã uersus partem & differentiam positionis:quã uelocitatem & æqualitatem in



motibus obſeruent:in præſentiarum taceo cum in theoricis propriis ſit expoſitum: quæ aũt dixi pro textus explanatione adduxi.

CVM AVTEM SOL SIT MAIOR. In hoc ultimo capitulo poſtq̃ in ſuperiori ſe expediuit de orbibus planetarum:determinat de paſſionibus non tamen omnium ſed tantum ſolis & lunæ:ne q; de eorum paſſionibus ſingulis ſed de eis quarum adinuicem ſũt cauſæ:quæ ſunt eclypſes:& primo dat cauſam eclypſium utriuſq; luminaris:ſecundo inter eorum eclypſes ponit diuerſitatem ibi.Notãdum etiam.Circa partem primam duo agit quoniam primo eclypſis lunæ aſſignat cauſam: ſecundo uero ſolis ibi.Cum autem fuerit luna. Vtrum autem eclypſes aliorum planetarum quinq; poſſint eſſe paſſiones inferius exponam. Notandum eſt pro intelligentia completa primæ partis: q̃ ceu uult Ptholo.quarto Almageſti luna proprio lumine non lucet cum de ſe nõ habeat:uerum quoniam eſt corpus politum dempſum & terſum ab alio recipit lumen:& illud reflectit: cum non ſit corpus dyaphanum & tranſparens:recipit autem lumen a ſole ad eam uſq; multiplicatum: ut inquit idem loco allegato: qua de re dum lumen a ſole recipit continuo lucet:dum uero idem recipere prohibetur lumine priuata eclypſim ueram ideſt ueram & propriam obſcurationem patitur:priuatur autem radiis ſolaribus propter alicuius corporis opaci & depræſi obſtaculum & interpoſitionem: quod quidem prædicti radii non ualent penetrare: ſiquidem radiorum & omnium uiſibilium multiplicatio fit per medium dyaphonũ ut uolunt perſpectiui & naturales maxime ſecundo de anima & de ſenſu & ſenſato:hoc tale corpus prohibens lunam a receptione radiorum ſolarium non poteſt eſſe ignis aer aut aqua cum ſint tranſparentes:ſed terra tantum quæ opaca eſt manifeſte: & eadem ratione non poteſt aliquod corporum cœleſtium:ſequitur q̃ tãtum terra interpoſita inter luminaria: luna ingreſſa eius umbram lumine deficit: qui defectus omni eo tempore durat quo luna prædictam umbram trãſeat & ab ea ſe abſoluat:& hoc Ptholomæus ſexto Almageſti inquit lunam lumine deficere obiectu terræ:nam quom ſol maior ſit terra ut idẽ in eius quinto demõſtrat & Alphag. uigeſimaſecũda differẽtia: illuſtrabit eius plus medietate ex uigintiduo primæ perſpectiuæ quæ ex parte oppoſita ſoli umbram in recto porriget acutam per uigintiquattuor primæ partis eiuſdem: quam conoydalem a cono quod eſt acutum & ydos figuræ quaſi umbra figuræ acutæ: ſeu pyramidalem a pyr græcæ quod ignis reſonat latine eo q̃ habet formã ignis appellant:quam quidẽ umbrã ultra ſphærã lunæ protendi quinto demonſtratur Almageſti.ex proportione axis umbræ ad diametrum orbis lunæ:quinimo eiuſdem conum ad ſphæram uſq; ueneris terminari communiter affirmatur:& quia ex decimoquarto primæ partis perſpectiuæ:umbra multiplicatur directe ex oppoſito corporis luminoſi: & ſol nunq̃ deſerit eclypticam primo & ultimo Almageſti & in theorica ſolis:& terra eſt in medio mũdi primo Almageſti & primo tractatu huius: ſequitur neceſſario q̃ axis umbræ terræ erit in eclyptice puncto oppoſito loco ſolis qui nadyr ſolis nũcupatur:quare cum eſt plenilunium hoc eſt lunæ ad ſolem oppoſitio: & cum hoc eadem luna in altera ſectionum capitis uel caudæ quod erit in ecclyptica uel prope:umbram terræ ingredietur & eclypſim patietur: uniuerſalem quidem ſi fuerit præciſe in altera ſectionum uel tantum propinqua: q̃ uel per cẽtrum umbræ uel ei propinqua tranſeat & totaliter & ſecundum uniuerſas partes ab umbra prælibata abſcondatur: ſed particularem dum ab eclyptica & ſectionum altera tantum diſtans eſt:q̃ eius pars ſolum umbram ſubiciat: & ideo quia eius pars tãtum deficit particularis eclypſis dicitur:quæ quidem eclypſis ſeu uniuerſalis uel particularis ſit tanto tempore durat:donec umbram memoratã tranſeat:ut inquit Alfag.differẽtia uigeſimaoctaua. Dum uero eſt plenilunium ſeu oppoſitio luminarium:& luna nõ ſit in ecclyptica neq; in ſectionum quadam immo tantum diſtans q̃ umbram non incurrat non eclypſabitur: & quoniam duæ conditiones ad eclypſim lunæ requirũtur:prima q̃ ſit oppoſitio: ſecunda q̃ ea ſit in altera ſectionum uel prope & ſol in reliqua conſequenter: ſiquidem dictæ interſectiones capitis & caudæ ſint diametraliter oppoſitæ ut patet in theorica lunæ:ideo non omni oppoſitione fit eclypſis:quare autem luna quandoq; eſt ſub ecliptica & aliquando ab ea declinet ad partes oppoſitas eſt explanatum in theorica lunæ eſſe propter eccen.eam deferentem ab ecliptica declinari ad partes oppoſitas:& eam interſecando caput draconis & caudã cauſari:quæ quidem difficulter incohãtibus pateſcunt in plano: uerum theorica ſphærica ſatis nota fiunt. Secundo eſt notãdum q̃ ex corpore luminoſo dupliciter lumen procedit:ſeu duplex lumen in corpus illuminatum recipitur:primarium ſcilicet quod radioſe & directe ab eo procedit in medium tantum receptum per quod radii luminaris ſparguntur: alterum uero eſt ſecundarium lumen quod oblique diffunditur a latere & extra radiorum incidẽtiam:uerbi gratia ſi per feneſtram cameræ radii ſolares ingrediantur:uel alterius luminoſi: partem eius in directo feneſtræ lumine primario illuminabitur radiis ad eam pertingentibus:reliqua uero pars ſecũdarie & per reflexionem luminis primarii erit lucida ut eſt manifeſtum: ad propoſitũ dum luna lucet ideſt q̃ non ſit eclypſata:a ſole illuminatur primarie ad eam radiis perueniẽtibus: dum uero eclypſatur umbram ingreſſa:ex quo prædicti radii multiplicantur circuncirca umbram reflexi ſecundarie eam illuſtrant: & hoc eſt q̃ prima parte perſpectiuæ habetur propoſitione uigeſimaquinta. Vmbra eſt lumen diminutum.i.

ſecũdarium:cum primarium lumen ſit perfectum & completum:& in hoc differt a tenebra: quia umbra priuatio eſt luminis primarii cũ deriuatione ſecundarii:tenebra uero utriuſq; eſt priuatio:& ideo licet luna ingrediens umbram terræ priuetur lumine: non tamen niſi primario:ceu uidetur tempore eclypſis lucere remiſſe tamen & eſſe coloratam: unde Ptholo. ſecundo quadripartiti & alii q̃ plures aſtronomi ex coloribus lunæ eclypſatæ docent futura pronoſticari. Notandum tertio alicui uideri poſſe lunam eclypſari non propter impꝫſſum umbræ terræ: quoniam ut dicit Almias de mundi mirabilibus uiſa eſt eclypſis lunæ ambobus luminaribus apparentibus & conſequenter ſupra orizontẽ exiſtentibus:ſed quoniam ſemper cœli medietas apparet ex primo Almag.cum ſinguli orizõtes partiantur cœlum in duo media:ſequitur lunam non fuiſſe in oppoſito ſolis:neq; ex conſequenti in umbra terræ:cum ea ſemper ſoli ſit oppoſita ut prædictum ẽ:luna igitur eclypſari poteſt alia cauſa a prædicta:quæ nobis adhuc eſt ignota. Rei ueritas eſt(ſicut ex prædictis notum eſt)eclypſim lunæ nõ poſſe cauſari niſi poſitione terræ inter luminare utrũq;:quo fit ut ipſius terræ umbram luna ingrediatur: neq; alia cauſa datur nec imaginari quis poſſet aliam ab ea: quam omnes fatentur & demonſtratiue concludunt:cum dum luna deficit neceſſario terra eſt in medio: neq; unq̃ uiſum eſt aliter contingere:ſi nãq; obiectus terræ inter ſolem & lunam eſſet in hac eclypſi accidentaliter coniunctus: poſſet eẽ eclypſis huiuſmodi abſq; hoc q᷑ terra eſſet in medio lumarium: uerum eſt cauſa totalis & neceſſaria. In eclypſi autem quæ fuit tempore almias:oppoſita erant luminaria:& terra præciſe in medio: & eorum utrũq; in orizonte uel alterum ſupra:reliquum uero ſub eo mouebatur parum tamen depꝫſſum uerum quoniam medium quo uidebantur erat groſſum & depræſſum & diuerſum ob terræ frigiditatem & uapores ab eadem eleuatos:per quod radii rei uiſæ refranguntur ut refert ſecũda tertiæ partis perſpectiuæ. luminaria eo caſu per radios refractos & non rectos uidebantur:quod autem per radios refractos conſpicitur extra ſuum locum neceſſario uidetur per quintam tertiæ partis perſpectiuæ & ſeptem dicentem poſſibile eſſe aliquod uideri per radios refractos: quod per directum ab oculum non pertingit:luminare utrũq; exiſtens in orizonte præciſe:uel eorum alterum ſub eo ſupra ſe oſtendebat per radios refractos:qua de re & ſi eo tunc utrũq; luminare uideretur:quia tamen per radios refractos:non ſequitur ambo fuiſſe ſupra orizontem:immo ceu dictum eſt eorum alterum ſub in oppoſito alterius. Quarto eſt aduertendum q᷑ eclypſis lunæ quandoq; eſt uniuerſalis & aliquando particularis:& ſi uniuerſalis quandoq; cum mora & aliquando ſine:etiam ſi particularis aliquando durat longiori tempore q̃ alias:quoꝝ oĩum cauſa eſt diuerſitas in diſtantia lunæ ab ecclyptica: ut Alphag. exponit differentia uigeſimaoctaua per quattuor dicta:quæ ut bene percipiant:umbrã terræ a b c d deſcribamus ſoli e oppoſitiõe:cuius diameter f g ſiquidem igit luna fuerit præciſe in eclyptica & in ſectione altera: in pũcto f diametro umbræ reperta ab eadẽ umbra undequaq; circũdabitur:aqua cum excedatur ꝓportione dupla ſuper triparciens qntas tota eclypſabitur & per tẽ p᷑eclypſata durabit:erit q; eclypſis uniuerſalis cũ mora exẽplũ cuius ẽ luna ĩ pũcto f.



Scdo ſi lũa nõ ſit p̃ciſe ĩ eclyptica: ĩmo ĩ h latitudinẽ habuerit g h ea q̃titate q̃ ſemidiameter umbræ excedit ſemidiametrũ lunæ. ſemidiameter nãq; umbræ g b ſupat ſemidiametrũ lunæ h b q̃titate g h ĩõ ſi ſit lũa ĩ h hũs latitudinẽ g h eius extrẽitas tãget extremũ umbræ ĩtriſec᷑:ueꝫ cito ſe abſoluet:iõ qa rota eclypſabit᷑: & p tp̃s eclypſata nõ pmãebit uniuerſalẽ abſq; mora pacie᷑ eclypſim. Tertio ſi lũa hũerit latitudinẽ g d æq̃lẽ ſemidiametro umbræ:eius medietas priuabit᷑ tm̃:q̃ erit maior portio ſi mĩor latitudĩe:uel ſi maior mĩor ĩtra tm̃ metas. Quarto ſi lũa exñs ĩ l hẽat latitudinẽ cõpoſitã ex ſemidiametro umbræ f k & ſemidiametro eius k l cõtiget ei᷑ extremũ extrẽitatẽ umbræ exterioré ĩ pũcto:& eclypſim minie patie᷑ qñcũq; nãq; latitudo lunæ uel maior uel æqualis eſt his duabus ſemidiametris unitis nũq̃ fiet eclypſis: & ita patet cauſa eclypſis uniuerſalis tã cũ mora q̃ ſine:& etiã particularis. Deinde cũ dicit.

CVM ãt fuerit lũa. Mãifeſtat eclypſim ſolis ei᷑ cãm declarãdo: ꝑ quo notãdũ ẽ & ſi tã ſolis q̃ lũæ eclypſis ſit paſſio:diuerſimode tñ:quom lũæ ꝓprie ſolis uero ĩ ꝓprie dicat᷑ eclypſis ẽ nãq; eclypſis ꝓuatio lũinis ĩ eo cui᷑ẽ eclypſis ut patuit:lũa ãt ex quo ĩcidẽs ũbrã terræ ñ põt recipe lumẽ ſol᷑ lũine altẽ priario (ut dictũ ẽ)ꝓuat᷑:& ueꝫ ꝓprieq; eclypſat᷑:ſol uero qa lucet p eẽntiã ñ accipiẽs ab alio ſplẽdorẽ & qđ ĩẽ alicui p eẽntiã & ĩtrũſece:nõ põt p extriſecũ aliqđ & accñtale ab eo rẽoueri:nllo ꝑpediñto lu

minæ carebit sed lucet semper q̃tum est de se:& aliorum luminis est causa: uerum quia aliquãdo lumen eius nobis absconditur non potẽs ad nos multiplicari: in proprie & respectu nostri tantum dicitur eclypsari:cum non possimus habere lumen & claritatem eius ex medii tãtum in dispositione & impedimento:lumen autem solis non potest ad nos peruenire ob aliquod impedimentum: cum luminis multiplicatio fiat per medium dyaphonum:quandocunq; aliquod corpus opacum ponitur in medio non sinens radios luminosos pertransire sed eos reflectit:ad nos non perueniunt:tale aũt opacum corpus q̃ inter solem & nos imponatur & non permictat transitum radiorum eius nõ est ignis aer uel ex quo sunt corpora transparentia:neq; terra quoniam ea nõ interponitur inter nos & solem nisi in occasu qui eclypsis non dicitur ut liquet:non erit igitur nisi aliquod corpus cœleste: non sphæræ quia diaphonæ sunt:igitur sydera:non fixa neq; Saturnus Iupiter & Mars quoniam sunt supra solem & non possunt interponi inter nos & eum: neq; Venus & Mercurius qui licet possint in coniunctione inter nos & solem poni quia tamen parui sunt corporis respectu eius nõ possunt eum abscondere uerum absconduntur potius:ueluti si quis ponat digitum ante magnum ignem eum abscondet nunq̃:relinquitur igitur solam lunam posse eclypsim solis efficere:quæ magna est & sensibiliter quãdoq; ut sol ut patet quinto Almag.& in theoricis de planetarum passionibus:& quod ita sit probatur semper náq; solis defectus uisus est in coniunctione cum luna:si igitur luna nõ esset causa huius eclypsis sed accidentaliter coniungeretur:posset esse eclypsis luna non coninicta cum sole:sed quia hoc est impossibile & nunq̃ perceptum:sequitur q̃ sit causa essentialis sine qua sol nunq̃ eclypsim naturaliter pateretur:etiam in eclypsi solis uidetur luna interposita eclypsans solem secundum eius figuram.s.ar cualem:semper náq; pars solis luminæ priuata est huiusmodi figuræ:quod non est ob aliud nisi quia luna figuram habens rotundam interponitur:quandocunq; igitur luna inter nostrum aspectum & solem interponitur:sol in proprie eclypsatur: at quia nos sumus in terra & in centro totius: sequitur q̃ línea quæ exit a terra transibit per luminare utrũq; : qua de re erunt coniuncti cum hæc linea eorum ostendat coniunctionem:nunq̃ luminæ sol deficit nisi in eius cum luna coniunctione: at quia non in omni eorum coniunctione fit huiusmodi eclypsis sequitur:q̃ luna non semper directe & linealiter inter aspectum nostrum & solem interponitur:sed sole semper existẽte in eclyptica siquidem ea habeat latitudinem & remotionem ad aliquem uersus polum & si sit longitudínaliter coniuncta non tamẽ fit eclypsis:dum autem est in eclyptica coniuncta:quare in altera sectionum capitis seu caude:tunc est præcise sub sole: & inter eum & nostrum aspectum interposita:eadem linea ab oculo nostro ad eclypticam per utrũq; eorum transeunte:tunc lumen solis non potens ad nos peruenire solis fit eclypsis: quæ ut dictum est in proprie dicitur eclypsis & obscuratio: quia non sol luminæ priuatur: sed nobis eius lumen primarium absconditur:non autem secundarium:quia & si sol eclypsetur: adhuc tamen est lux in aere & aliis inferioribus a sole causata:bine igitur conditiones necessario requirunt ad eclypsim solis ueluti lunæ:ad eclypsim nanq; lunæ requiritur primo q̃ sit oppositio eius cũ sole: secundo q̃ sit in capite uel cauda draconis uel prope metas: sed ad solis eclypsim requiritur primo q̃ sit coniunctio lunæ cum eo:secundo existentia lunæ in sectionum dictarum altera uel prope: nam dum est præcise in sectione & directe interponitur est solis eclypsis uniuersalis: dum uero nõ interponitur directe ex quo non est præcise in puncto sectionis:partem tantũ de sole abscondit & fit particularis eclypsis tanto maior quanto magis ei appropinquat & pluri parti terræ eclypsatur:& nota ne quis arguat contra me q̃ sum loquutus ac si eclypsis solis fieret præcise in coniunctione uera:& non uisibili: hoc egi exemplariter:quoniam in hoc loco non est determinandum de diuersitate aspectus contingente in luna propter distantiam quæ est inter centrum terræ & superficiẽ eiusdem in qua nos sumus: neq; huiusmodi ab omnibus caperentur:ea propter silentio mãdare placuit: cum sit alter locus speculationis huius. Secundo est notandum & uidendum an sydera reliqua possint patí eclypsim:ex quo dictum est tantum solis & lunæ esse passionem: & loquendo de uera eclypsi qua luna obiectu terræ priuatur:dico q̃ non sed tantum luna eo modo deficit:ex quo ea tantum terræ umbram ingreditur: licet náq; cætera astra a sole illuminentur ueluti luna ex communi sententia astrologorum: eo tamen nunq̃ priuantur:siquidem umbram terræ non ingrediuntur.3.quidem superiores planetæ & nonnulla fixa sydera quandoq; soli opponuntur nullam latitudinem possidentia:tamẽ umbram prædictam non incurrunt cum ad eorum sphæras usq; non pertingat: sed anteq̃ ad sphæram solis ueniat in pyramidem desinit cuius conus est in sphæra ueneris:cum igítur huiusmodi umbram sphæram solis non transeat:astra supra solem situata eam nunq̃ incurrent: quare neq; eclypsi propria eclypsantur: neque Venus & Mercurius:siquidem umbram prædictam(quæ:ut dictum est:soli opponitur semper)ingredi nequeunt:quom nunq̃ a sole remoueantur Venus quod circiter sexaginta grad. & Mercurius triginta & ei non opponuntur:cum igitur luna sola possit opponi solí:& cum hoc umbra ad eius sphæram peruenit:ea tantum eclypsi uera priuari potest:in propria autem eclypsi: quæ causatur interpositione corporis opaci inter nos & sydus non tãtum sol uerum reliqui planetæ præter lunam & stellæ fixæ quæ sunt in zodiaco:possunt defici:nam luna non tantum nobis uisionem solis potest prohibe-

re per interpositionem:uerum dictorum syderum: inquit nanq; Aristo. in secundo cœli q; Mars est eclypsatus hoc modo scilicet per interpositionem lunæ:etiam planeta inferior eodem modo(& si rarissime)potest abscondere superiorem:luna autem ex quo non habet stellam inferiorem se non potest abscondi:neq; consequenter huiusmodi pati eclypsim:non igitur sol tãtum uerum multa alia sydera in propríe possunt eclypsari:sed quare tantum solem & lunam eclypsari & non alia profertur:ratio est quoniã sol & luna habent lumen intensum & sensibile:& sensibiliter hæc inferiora alter,in die & in nocte altera illuminat:& hac de causa dicuntur luminaria:quare eoꝝ oscuratione sequitur grandis & sensibilis diminutio luminis apud nos:& consequenter eorum eclypsis notabilis est:reliqua uero astra ob eorum paruitatem uel distantiam lumen habent insensibile: ita q; insensibiliter illuminãt aerem ut notum est:ideo ex alicuius eorum eclypsi seu priuatione nõ apparet obscuratio seu luminis diminutio hic inferius:& consequenter non attribuitur eis eclypsis: neq; eorum obscuratio notatur. Quare autem sol quandoq; & si raro uniuersalem paciatur obscurationem:quandoq; uero particularem & aliquando maiorem & aliquando minorem causa est diuersa lunæ latitudo uisa alio loco declaranda:maxime supra theoricas & Alphag.differentia uigesimanona & opere Almag.Ptholo.

Deinde cum dicit.

NOTANDVM ETIAM QVOD QVANDO. Cũ declarauit utriusq; luminaris eclypses & earum causas assignauerit: inter eas ponit diuersitatem: unde inquit q; cum lunæ eclypsis sit uera luminis extinctio:æqualiter apparet in omni parte orbis & in uniuersa terra: & non uni climati & non alteri: ueluti si candela lucens in camera totaliter extinguatur:omnibus in camera existentibus(& si essent mille)esset extincta:& eodem modo obscuritas esset eis:& non quibusdam & aliis non:at quoniam solis eclypsis: non est eius obscuratio nisi in respectu nostri ob interpositionem lunæ causata stat q; sit eclypsis in parte una: illa scilicet inter quam & solem luna interponitur: in alia uero minime:ea uidelicet cui luna non abscondit solem gratia exemlpi & in medio cameræ est candela lucens totam cameram illuminans:siquis eam non extinguat:uerum ante eam ponat manum:notum est q; parti cameræ eam abscondet manu:non autem alteri:& ita candela poterit dici obscurata & eclypsata alteri tãtum parti cameræ & non aliæ propter diuersitatem aspectus:quoniam existentes in parte cameræ obscuræ uiderent lumen per medium prohibitum per manus obiectum: alii uero qui sunt ĩ parte lucida conspiciunt per medium non impeditum: propter igitur diuersitatem aspectus candela alicui parti est obscurata & nõ alii:ita ad propositum:quia solis eclypsis causatur per interpositionem lunæ: stat q; sit interposita uni parti terræ & non aliæ:& consequenter patet eclypsim solis semper eẽ particularem ideſt in parte tantum apparens:obscurationem uero lunæ uniuersalem ideſt in uniuersa terra uniformen. Alia differentia:eclypsis lunæ omnibus accidit eodem instanti:eclypsis uero solis minime:uerum alicui habitatiõi prius & alteræ posterius: primum declaratur:nam quia luna eclypsatur sicut candela extinguitur: si candela in camera extinguatur omnibus simul lumen desinet: & non prius illis q̃ his:& ita luna ex quo lumine omnino priuatur omnibus eodem instanti obscuram se demonstrat.Secundum etiam patet cum eclypsis solis sit ueluti candela cui manus interponitur: si ante candelam cõtinue manus moueatur localiter:notum est q; cõtinuo alteræ & alteræ parti cameræ abscondet lumen candelæ:illi tamen prius unde incipit motum:ita est solari eclypsi quoniam luna interponitur inter solem & terram & inter eos continuo mouetur ab occidente ad orientẽ:sequitur q; prius occidentalibus q̃ orientalibus eclypsis uidebitur quantum est merito motus lunæ proprii quoniam propter diuersitatem aspectus aliter esset dicendũ. Tertia differentia q; eclypsis lunæ omnibus durat æquali tẽpore & æqualis pars luminaris ab omnibus uidetur eclypsata:in eclypsi uero solis minime hoc contingit:nam quoniam eclypsis:lunæ assimilata est candelæ extinctæ:extinctio candelæ omnibus æquali tempore durabit:& eclypsis similiter: at quia solis eclypsim(dictum est)assimilari interpositioni manus ante candelã:sicut alicui parti manus magis ĩterponit ita maiori tpe & durat interpositio & maior pars obscuratur:ita si luna magis interponitur alicui parti q̃ aliæ:maiorẽ partem solis eclypsat & longiori spacio eclypsi duratura. Quarta differentia eclypsis lunæ semper est uniuersalis ideſt in uniuersa terra æqualiter apparens:ueluti candela extincta omnibus æqualiter extinguitur:& ut plurimum uniuersalis uniuersalitate partium lunæ.i.ut plurimum luna eclypsat secundum totum corpus ut patet:sed eclypsis solis & si possit esse uniuersalis non tamen uniuersaliter apparens:patet nam ex quo luna quando est in oppposito augis epi.eius habet maiorem aut æqualem diametrum uisualem diametro solis potest totum solem eclypsare per interpositionem:ut alibi habet declarari: quia tamen non interponitur inter solem & omnem terram: eclypsis erat non in omni terra: uerum in aliqua tantum:& potest adduci exemplum de candela: quam interpositio manus põt parti cãmeræ & non toti abscõdere:ex quibus sequitur q; quom sol uniuersalem eclypsim & uniuersaliter uisum.i.in uniuersa terra tempore quo passus est Iesus christus redemptor mundi:passus sit:referente Matheo capi uigesimoseptio Marco decimotertio & Luca uigesimotertio inquiẽtibus:& tenebræ factæ sũt i uniuersa terra ab hora sexta usq; ad horã nonã:& sol obscurat° ẽ q; ea eclypsis nõ fuit natura

lis pp dictã rõnẽ ſed ſupra naturã:fuit etiã ꝑter naturã:cũ ſolis eclypſis nõ poſſit eẽt naturaliter niſi in cõiunctiõe luminariũ ut dictũ ẽ:tũc uero erat oppoſitio eorũdẽ:cũ eẽt quindecim mẽſis:dũ eſt paſca hebreoꝝ ut oẽs referũt:Matheus uigeſimoſexto Marcus duodecio magiſter ubi uis paremus ut manducemus paſca : & erat dies ꝑcedẽs paſſionẽ domini & luca uigeſimoſecundo deſcribens tẽpus incipit erat paſca & azima &c.Tertio fuit ꝑter naturã qm̃ q̃tũcũq; ſit eclypſis ſolis uniuerſalis nũq̃ auferſ lumẽ ſecũdariũ ſed primariũ tm̃ ut dictũ ẽ & patet:unde fit umbra:i ea uero eclypſi utrũq; lumẽ ẽ ablatũ:& tenebræ factæ ſunt in uniuerſa terra:ut dictũ ẽ:eſt nãq; tenebra tã primarii luminis q̃ ſecundarii priuatio:ꝑpter qđ triplex miraculũ dionyſius atheniẽſis ariopagita cognomine ab ariopago uilla & parte athenaꝝ:erãt nãq; olim athenæ inclita ciuitas ſtudioꝝ mater & bonaꝝ artiũ nutrix in triplicẽ partẽ diuiſæ:in partẽ iuxta mare neptuno deo marino cõſecratã & ab eo denoĩatã:ubi naues applicabant:& ſecũdã palladi dicatã:in qua uiri bellicoſi morabant: & tertiã ariopagũ ab aries qđ ẽ martius & pagus uilla quaſi uillã & locũ martis noĩatã:ubi erat ſtudiũ phyloſophiæ & reliquaꝝ artiũ:cuius cũ eſſet dionyſius ſummus phyloſophus ab ea ariopagita cognominatus : miraculoſam eclypſim uidens:eãq; contra curſum naturalem contigiſſe agnoſcens : magnum aliquod contra naturam prodigium pronunciauit futurum:uel inquies mundialem machinam perituram quod non fore poſſibile in octauo phy.demonſtratur:uel deum natura pacientem concluſit:in templo igitur palladis pacẽti deo ignoto ſibi aram abſq; imagine cum hac inſcriptione deo ignoto dicatam conſtruxit : quom autem Beatus Paulus Apoſtolus athenis chriſtum euangelizaſſet : & in prædicto templo dionyſium ſingulæ aræ quibus dicatæ eſſent iterrogaſſet: tandem dionyſius aram deo dicatam ignoto dixit deo paſſo elypſis tempore ædificaſſe.Cui paulus quem inquit uos ignoratis & colitis eſt quem anũcio uobis:& nonnullis miraculis chriſti fide manifeſtata dionyſius ſacri baptiſmatis lauacro ad fidem cõuerſus in galliam migrans gallos ad fidem reduxit:ubi in epiſcopum electus & pro fide eadẽ paſſus martyr migrauit ad Ieſum chriſtum per infinita ſeculorum ſecula glorioſum & benedictum. Amen.

¶ Ioannis de ſacroboſco Anglici Sphærici operis : & ſuper eodem
Domini Franciſci Capuani de Manfredonia ſcripti. FINIS

¶ IACOBI Fabri Stapuleñ. Commentarii in aſtronomicum IOANIS de Sacroboſco ad ſplendidum uirum CAROLVM Boram Theſaurarium Regium.

¶ GEORGIVS Hermonymus Lacedæmonius ſplendide CAROLE qui te ſummopere colit & cuius familiaritas mihi q̃ gratiſſima eſt: ſuperioribus diebus cum apud eum eſſem (ut mos ſuus eſt) uehæmenter ACADEMIAM noſtram cõmendabat. Vnum tamen deeſſe cauſabatur: quid inquam? Mathemata inquit quæ (ſi PLATONI ſeptimo de repub. credimus) non modo reipub.litterariæ : ſed & ciuili momẽtum habent maximum & in his (ut ſentit PLATO) præcipue eruditi ſunt qui naturis ſunt optimis:ſed qui(inquit)noſtris phyloſophantibus mitiore ſunt ingenio. Adduxit & GEORGIVM Trapezuntium quel maxime de re litteraria bene meritus uidetur q̃ eius ingenium ad MATHEMATICAS diſciplinas e tenebris eruendas cõuerterit. Inflãmauit tum me mi CAROLE his & ſimilibus uerbis q̃ plurimis meus Fauorinus (ſic enim noſtrum GEORGIVM nuncupo)ut animũ MATHEmaticis applicarẽ. Et poſt ARITHMETICAS Apodixes (quas in Iordano paraui) Commentariolum in libellum de SPHAERA his diebus cudi q̃ is liber in hac alma PARISEORVM Academia legi ſoleat:ut aliqua commentationis luce factus illuſtrior:noſtris ſtudentibus utilitatem fructumq; afferat. Affuit leuamini domeſticus noſter Ioannes Griettanus:abaci numerandiq; peritiæ & reliquæ MATHEſeos non inſcite ſtudioſus: ſcripſit opus: & quaſi feſſo humerum ſubiecit ATLANTI. Opus ergo emiſſioni paratum ſplendide CAROLE tuæ dignitati dico:ut in te eandẽ quã & tuus GEORgius (qui mihi tãq; pater eſt) uenerationem obſeruem & beniuolentiam:qui & in numeroꝝ & ASTROnomiæ ſubtilitatibus: inter actiuas ciuileſq; adminiſtrationes non mediocriter uiuis eruditus. VALE.

¶ PRIMI libri commentario hæc quinq; & trigin ta discutiuntur.

Prima diffinitio sphæræ. i.
Quo pacto spæra componi debeat ii.
Quis primus circini inuentor iii.
Secunda spæræ diffinitio iiii.
Quid centrum & axis spæræ v.
Quid polus mundi vi.
Duplex spæræ partitio vii.
Quid spæra recta & obliqua viii.
Quid elementaris regio in se contineat ix.
Quid in se cœlestis regio x
Quod primum mobile omnes sphæras suo ambitu contentas secum raptet: & ocyssime suo motu intorqueat. xi
Inferiores sphæras proprio motu primo mobili cõtraniti. xii.
Apta ad duplicem subiectaꝝ sphæraꝝ motum concipiendum per uitream pilam proportio xiii.
Quãto tempore unaquæq; sphæraꝝ cœlestium suum motum expleat ex auctoris sententia xiiii.
Quanto tempore iidem motus ex numeroꝝ deprehensa certitudine expleantur. xv.
Duo quæ cœlum ab ortu ad occasum uolui ꝓbant indicia xvi.
Quattuor rationes cœlũ rotũdũ eẽ declarãtes xvii.
Rationẽ Alphragani de cœli rotunditate parui momenti esse xviii.
Terram ab ortu ad occasum globosam esse xix.
Qd a polo ad meridiẽ terra itidẽ rotũda sit xx.
Duo aqueæ rotunditatis indicia. xxi.
Quattuor ꝙ terra ĩ medio locata sit signa xxii.
Duæ rationes terræ immobilitatem: quietemq; cõprobantes xxiii.
Quantus sit terræ ambitus xxiiii.
Quo igẽio ꝓbi terræ ambitũ deꝓhẽderit xxv.
Regula diametri ab autore assignata. xxvi.
Quo pacto diametrum per circunferentiam: & circunferentiam per diametrum alio modo q̃ autoris regula cognoscere possimus xxvii.
Mensuraꝝ nomina xxviii.
Quæ in terra ex ambitus terræ cognitione deprehendi ualeant distantiæ xxix.
Distantiæ a terra ad quemlibet orbium cœlestium ex terræ semidiametri proportione xxx.
Interualla a centro terræ ad concaua conuexaq; globorum cœlestium xxxi.
Globorum cœlestium craſſitudines xxxii.
Cœlestiũ globoꝝ circuitus atq; circũferẽtiæ xxxiii.
Quot miliaria uni cuiusuis cœlestis globi gradui respondeant xxxiiii.
Quot uni gradui circuitus terræ xxxv.

¶ Secundi libri cõmentario hæc duo de triginta.

Quid circulus maior & minor in sphæra. i.
Qd magi ꝑcipua ĩ cœlo pũcta q̃tuor determinãt. ii.
Qd in luna ꝓprium motum facile est expiri iii.
Poli utriusq; denominationum rationes iiii.
Octo & quadraginta imaginũ cœlestiũ nomĩa v.
Quid zodiacus circulus vi.
Quid eclyptica. vii.
Duodecim signorum cœlestium nomina viii.
Quid tali locutione Sol est in ariete. & simili intelligendum sit ix.
Tres aliæ signi significationes x.
Quid Colures solstitiorum æquinoctiorum xi.
Quid pũctus uerticalis quẽ zẽith nũcupãt xii.
Quid maxima solis declinatio xiii.
Quid meridianus. xiiii.
Quid locorum longitudo xv.
Quo pacto locoꝝ lõgitudo perueſtigãda ẽ xvi.
Tabula longitudinis & latitudinis locorum ex Ptolomæo deprompta. xvii.
Quid orizon xviii.
Quid orizon rectus & obliquus xix.
Qd quanta est eleuatio poli mũdi super horizontem tanta siit distantia pũcta uerticis ad æq̃torẽ xx.
Quid tropicus cancri & capricorni xxi.
Quid circulus arcticus & antarcticus xxii.
Quanta est maxima solis declinatio: tãtam poli zodiaci a polo mundi esse distantiam xxiii.
Quod ex prædictis interualla distantiasq; tum in cœlo: tum intra cognoscere promptum sit & modus ea cognoscendi xxiiii.
Quo pacto distantia a circulo boreo ad circulum cancri aliter inueniri queat xxv.
Nõ omnino uerum esse maximam solis declinationẽ gradus. 23. & minuta. 51. cõstãter seruare xxvi.
Quid circulus paralellus xxvii.
Quinq; cœlestium zonarum declaratio xxviii.

¶ Tertii libri Cõmẽtario hæc quinq; & sexaginta.

Quid ortus Cosmicus i.
Quid occasus Cosmicus ii.
Quid ortus Chronicus iii.
Pleiades & earum nomina iiii.
Quid occasus Chronicus v.
Quid ortus heliacus vi.
Quid occasus heliacus vii.
Quid ortus signi Astronomicus viii.
Quid signum recte oriri ix.
Quid signum obliq; proneq; oriri x.
Quid occasus signi Astronomicus xi.
Quid occasus signi rectus xii.
Quid occasus signi pronus sine obliquus xiii.
Aequinoctialẽ circulum tam in sphæra recta q̃ declinii regularem uniformemq; ascendere xxiiii.
Zodiacum circulum neq; in sphæra recta neq; obliqua uniformem cõscendere xxv.
Quæ signa obliquum finitorem habentibus recte aut oblique oriantur: occidantue xxvi.
Tabula ascensionum rectarum & obliquaꝝ xxvii.
In sphæra recta quartas zodiaci a solstitialibus: æquinoctialibusq; initiis inchoatis: suis æquari ascensionibus xxviii.

Quo pacto idē p tabulas cognoſci poſſunt. xix.
Arietem in ſphæra recta oblique oriri. xx.
Quod ſphæra recta obliq oriēte tauꝝ héat. xxi.
Quo pacto ſingulorum quorūq; graduum aſcēſiones comperiantur. xxii.
Quod pacto quāto tēpore unūquodq; ſignū ī utra q; ſphæra cōſcendat: deprehendi poſſit. xxiii.
Quod ī ſphæra recta ſinguli quoq; duo arc⁹ æquales: & pūctis æquinoctialibus aut eoꝝ alteri æquidiſtantes: æquas habent aſcenſiones. xxiiii.
Quæ ſigna ī ſphæra recta æqualiter aſcēdūt. xxv.
Signoꝝ oppoſitoꝝ ī ſpha recta æq̄s eē aſcēſiōeſ. xxvi
Quo pacto autoris ī lra iſtātia diluēda eſt. xxvii.
Arcus ſuccedentes arieti ad finē uſq; uirginis ī ſphæra obliqua: minuere aſcenſiones ſuas ſupra aſcenſiones eorundem arcuum in ſphæra recta. xxviii.
Quod q̄tū minuit aſcēſio obliqua totius arcus arietis ſuper aſcenſionem eiuſdem arcus rectam: tātum addit totius libræ aſcēſio obliqua ſuper eiuſdem libræ aſcenſionem rectam. xxix.
Oppoſitoꝝ arcuū aſcēſiōes obliquas ſimul iūctas: eorūdē arcuū aſcēſiōib⁹ rectis ſimul iūctis æq̄ri. xxx.
Quod prædicta nō per aſcenſiones tabulis alphōſinis adiectas: ſed potius tabulis aſcenſionum Ioānis nurēbergi perquirenda ſint. xxxi.
In ſphæra obliq quoſlibet duos arcuſ zodiaci æquales: & ab æquinoctii uerni puncto æquidiſtantes: æquas habere aſcenſiones. xxxii.
Quid dies naturalis xxxiii.
Dies naturales adinuicem mora: duratiōeq; inæquales eſſe xxxiiii.
Quod ſeptimi climatis naturalis dies arctior breuiorq; eſt q̄ ſub æquatore. xxxv.
Qui circuli dierum naturalium xxxvi.
Quid arcus dierum artificialium xxxvii.
Quid arcus noctium artificialium. xxxviii.
Quid dies artificialis. xxxix.
Quid nox artificialis. xl.
Habitantibus ſub æquinoctiali circulo diem: artificialem ſuæ artificiali nocti ſemper æquari: illiſq; perpetuum eſſe æquinoctium. xli.
Obliquum horizonta habentibus: ſolum bis in anno contingere æquinoctium. xlii.
Ad Cynoſuram habitantibus: dierum artificialium q̄ noctium diuturniorem moram eſſe. xliii.
Quod in eadē ſphæra ſumptis utrinq; duobus circulis æquatori æquidiſtantibus: quanta eſt dies artificialis unius: tanta ſit nox alterius. xliiii.
Quo pacto arcus diei artificialis per tabulas cognoſci poſſit. xlv.
Quid ad arcū noctis habēdū: faciēdū ſit. xlvi.
Quo pacto horę arc⁹ diurni cognoſcēdæ ſint. xlvii.
Quid p nocturnis horis hñdis obſeruādū. xlviii.
Quonā pacto ortus ſolaris horā deph̄dam⁹. xlix.
Quo deniq; horam occaſus. l.
Quid aſtronomi in naturalis diei aſſignatione obſeruent. li.
Quod in ſphæra obliqua ſex ſigna a cancro ad finē ſagittarii cōputata aſcēſiones ſuas iunctas maiores habeant aſcenſionibus ſignoꝝ a capricorno ad finē geminorum ſuccedentium. lii.
Quādo apud noſtros dies lōgiſſimi: breuiſſimi: aut ſuis noctibus æquilibres æqualeſq; eē cōtigat. liii.
Quid hora æqnoctialis atq; æq̄lis eē dicat. liiii.
Quid hora naturalis atq; inæqualis. lv.
Quo pacto horæ inæquales cuiuſcūq; diei artificialis haberi ualeant. lvi.
Quantum unaquæq; horarum inæqualium: contineat horæ æqualis. lvii.
Qui ppli Ichthyophagi: Horeſtes: Carmani. lviii.
Triplicem eſſe arabiam. lix.
Syene urbs ubi ſit. lx.
Vbi tyle & orchades. lxi.
Quid hic clima nobis inſinuet. lxii.
Septē climatū noīa & illoꝝ declaratiōes. lxiii.
Tabula ſeptē climatū & eius explicatio. lxiiii.
Quæ imaginum cœleſtium ſupra principia: media atq; fines climatum tranſeant. lxv.

¶ Quarti libri commētario hæc decem & nouē.


Quid circulus concentricus & eccentricus. i.
Quid circulus ſolis eccentricus. ii.
Quid abſis ſumma & ima eccentrici ſolis. iii.
Quod ſol duplicem motum ſit ſortitus. iiii.
Quid circulus lunæ eccentricus. v.
Quid epiciclus lunæ. vi.
Quid æquans lunæ. vii.
Quid draco: caput & cauda draconis lunæ. viii.
Quid prima ſtatio & ſecunda. ix.
Quid planeta ſtrationarius. x.
Quid pūctus directiōis & retrogradatiōis. xi.
Quid arcus directiōis & retrogradationis. xii.
Quid planeta directus & retrogradus. xiii.
Quid nadir. xiiii.
Magnitudies cubicæ planetaꝝ pariter & ſtellarum erraticaꝝ ad diametri terræ cubū ſumptæ. xv.
Quid eclypſis lunæ. xvi.
Quid eclypſis ſolis. xvii.
De tenebris ſolis & lunæ quæ q̄ chriſtus autor naturæ pateretur indicium fuere. xviii.
Quo tēpore & qua occaſiōe reliquiæ diui dionyſii ariopagitæ depoſitæ fuerunt anno. 1494 xix.

¶ Non nullæ adſequentia notæ.


Irculus eſt figura plana una qdem circũducta linea cõtenta: in cuius medio pũctus eſt: a quo omnes rectæ lineæ ad circũdãtẽ lineã eductæ adinuicem ſunt æquales. ¶ Figura plana ẽ cuius mediũ nõ ſubſultat egreditur ue ab extremis. ¶ Circũferẽtia circuli eſt linea circulũ cõtinens: hoc eſt: eſt linea illa ad quã omnes rectæ lineæ a centro circuli eiectæ adinuicem ſunt æquales quæ & ambitus circuitus: curuaturaq; & circulus nõ nũq; dicitur. ¶ Centrum circuli eſt punctus ille: a quo oẽs recte ad lineam circulum cõtinentem eductæ adinuicẽ ſunt æquales. ¶ Dimidius circulus ẽ figura plana diametro circuli & medietate circunferentiæ cõtenta. ¶ Diameter circuli eſt quæcũq; linea recta p cẽtrũ circuli trãſiẽs utrinq; ad circunferentiã circuli eiecta. ¶ Linea recta eſt a puncto ad pũctum extenſio breuiſſima. ¶ Solidum: corpus longitudine: latitudine: altitudineque dimẽſum. ¶ Altitudo: craſſities: profunditas. ¶ Angulus eſt duarũ linearũ mutuus contactus: eſt enim figuræ particula a lineæ contactu in amplitudinẽ ſurgens. ¶ Angulus rectus eſt angulus ex linẽa ſupra lineã cadente: & utrinq; altrinſecus duos adinuicẽ æquales angulos faciente cauſatus: ut angulus a d b: & angulus a d c. ¶ Quem ſi duæ rectæ lineæ continent: angulus rectilineus noiatur: ſi autem eum lineæ curuæ continent angulus curuus: ſphæralisq; dicetur. Linea curua: circunferentia: aut circunferẽtiæ portio eſt. ¶ Angulus obtuſus eſt angulus qui eſt recto maior: ut angulus e d b: continet enĩ angulum rectum a d b: & inſuper angulum e d a. ¶ Angulus acutus ẽ angulus recto minor: ut angulus e d c. Continet enĩ angulus rectus a d c: angulum e d c: & inſuper angulũ a d e: & anguli recti æquales: normalesq; dicuntur. Obtuſi autẽ & acuti: obliqui: inæqualesq;. ¶ Integrum eſt res tota: aut rei pars: quæ ſexagenaria partitione nõ prouenit. ¶ Minutum eſt ſexageſima pars integri. ¶ Secundũ eſt ſexageſima pars minuti. ¶ Tertiũ eſt ſexageſima pars ſecundi: & ita deinceps ſecundũ naturalẽ numeri ſemperq; unitate creſcentẽ multitudinẽ. ¶ Dies partitur ĩ. xxiiii. horas: hora in ſexagĩta minuta: minutũ in ſexaginta ſecunda: ſecundum in ſexaginta tertia: & ita deinceps ſecundũ naturalẽ numeroꝝ ſeriem quo fit ut hora: ſecũda cõtineat 3600: & tertia 216000. ¶ Signũ eſt duodecĩa pars circuli. ¶ Gradus eſt tricẽſima pars ſigni: at triginta duodecies multiplicata 360 reddũt: quo fit ut iteꝝ recte diffiniat̃ gradus eſſe tricẽteſima ſexageſima pars circuli. Itẽ & gradus: partes circuli nũcupãtur. ¶ Frãgitur ergo circulus in duodecim ſigna: & ſignũ in trigeſima gradus: & gradus in ſexaginta minuta: & minutũ in ſexaginta ſecũda: & ſecũdũ in ſexaginta tertia: & hoc pacto deinceps. ¶ Animaduerte tamẽ in hac fractione ſexagenaria: ſi frangit̃ hora fragmẽta illa: minuta horaria: ſecũda: & tertia horaria dicũtur. Et ſi frãgit̃ ſignũ: dicũt̃ minuta: ſecũda: tertia ſigni: & ita deinceps. ¶ Abaci phyſica rõ ĩ ſexagenaria collectione (q̃ fit addẽdo) atq; ſexagenaria mutuatiõe (q̃ fit diſtrahẽdo) ĩtelligit̃ in qua ſũmopere curãdũ eſt: ut integra: ſimilia ſub ſimilibus ĩtegris collocent̃: & ſimiles minutiæ ſub ſimilibus: unius eiuſdẽq; denoiationis minutiis: ſuis qdẽ ĩteruallis diſtĩctæ. Minutiæ ſunt miuta: ſecũda: tertia: q̃rta: & ita deĩceps: & ĩ eiſdẽ ĩteruallis ſpaciiſq; denaria collectiõe aut mutuatiõe: q̃ uulgaris ẽ: utẽdũ ẽ: & eſt a tenuioribus minutiis collectiõis: diſtractiõiſq; ĩchoãdus labor: uerbi cã uolo in unũ colligere: hoc eſt ſimul addere duos primos ſubiectæ formulæ numeros: quoꝝ unus ſuperior: & alter inferior collocatur: aut minorẽ a maiori ſubducere: addo ſubducoq; ut ſubiecta mõſtrat formula.




A c b: tota ſuperficies linea a b contenta: circulus.
A b linea circunferentia circuli c punctus: centrum.



A c b: dimidius circulus.



d e linea. diameter circuli



¶Hoc pacto fit physica additio.

Sig.	Gra.	Minu.	Secda	Tertia
0	54	48	37	20
0	50	36	39	42
1	45	25	21	02


¶Tertius numerus subter: ex duobus superioribus additione colligitur.

¶Hoc pacto fit physica distractio.

Sig.	Gra.	Mi.	Se.	Ter.
0	54	48	37	20
0	50	36	39	42
0	04	11	57	38


¶Tertius numerus subter: ex duobus superioribus distrahēdo relinquitur.

Hæc de abaci physica ratione adiecta sunt: non quia ad abacum: astronomicumq; calculum sufficienter introducant: sed ut calculum calculiq; peritos consulant: qui hæc astronomico instituto sunt formandi: sine qua numerandi peritia aditis quadriuii se cognoscant explosos: nullum unquam ex eo fructum susceperi. Et sit semper oculis tum docentium: tum discentium subiecta materialis sphæra. Sed nunc principiale institutum aggrediamur.



¶ IACOBI Fabri Stapulensis in Astronomicum introductorium Ioannis de sacrobosco Cõmentarius cõsequenter autoris litteræ:cui seruit.adiunctus. Argumentum autoris.

APVD Syracusas Archimedes Syracusanus sphæræ inuentor proditur. Quem unum cum Marcellus Syracusas expugnaret: in columen intactumq; (si fata dedissent)esse uolebat. Apud autem parisios Ioannes de sacrobosco hoc introductorio astronomico sphæræ utilitates aperuit: & quia prius quid est q̃ quale aliquid est cognoscere opere precium est(impossibile si quidem est cognoscere quia est nõ cognoscentes quid est)iccirco hæc quattuor:sphæra:centr̃: axis: polus:sphæræ in primis ab autore diffinienda suscipiuntur.





a nõ diffinitionẽq̃ sphere. Iacobi.

1 ¶ Sphæra ergo est transitus circunferentiæ dimidii circuli quæ(fixa diametro)eo usq; circunducitur:quousq; ad locum suum redeat. Et hæc descriptio ex euclidis undecimo sumpta est. Cuius hic intellectus habeatur. Sphæra est solidum quod ab arcu semicirculi(sua quidem immobili stanteq; diametro) una completa reuolutione circunscribi intelligitur. Et id solidum circunscribi intelligitur: quod continue ab arcu ipsum circunducendo:tangi imaginamur. Quod an possibile id quidem sit:an secus ad præsens nihil referat.

2 ¶ Et hæc profecto miræ efficaciæ descriptio est:quæ aperte docet (quãtum sensibilis materia recipere ualeat)artificialem constituere sphæram:cuius utilem cõmodamq; intelligentiam nostræ tempestatis artifices multis auri pondo comparare deberent:qui metallo:ligno:aut alia materia figuras torno ex primere uolunt. Si itaq; in leui calibe aut ferro:sumpto circino supra quãcũq; lineam semicirculus educatur qui ab arcu ad diametrum usq; excauetur:quin immo & medium diametri interstitium: & mox ad arcum circunferẽtiamq; exacuatur ut ea ex parte ad scindendum secãdumq; fiat aptus:exurget instrumentum tornandis sphæris(haud secus q̃ circinus circulis)aptissimum. Hanc utilitatem sua descriptione nobis attulit Euclides:illamq; intendebat cum diceret sphæram esse transitum dimidii circuli:quæ(fixa diametro)quousq; ad locum suum redeat circunducitur:abditã:occultamq; tamen:ut solis studiosis pateret. Occulunt enim phylosophi passim miro ingenio sua secreta: ut desidibus non pateant:studiosis autem atq; solertibus puia sint.

3 ¶ Et si pennẽ ꝓmeruit laudẽ ꝑdix dedalius nepos q(ut Ouidius cecinit)Serre repꝑit usum.
Primus:& ex uno duo ferrea brachia nodo. Iunxit:ut æquali spacio distantibus illis.
Altera pars staret:pars altera duceret orbem:hoc est qui serram:circinumq; repperit:quid ergo noster Euclides:qui usum fabricandæ longe quidem utilioris spæræ:dilucide monstrauit. Neq; primus Archimedes: sed ante Archimedis tempus apud Megaras Megarensis Euclides phæram adinuenerat. Sed nunc ad alteram diffinitionem transeamus.

4 ¶ Iterum sphæra est solida:corporeaq; figura:una quidem superficie contenta: in cuius medio punctus est:a quo omnes recte ad circunferentiam eductæ adinuicem sunt æquales. Et hæc ex Theodosii libro de sphæris sumpta est. Et hæc particula: una quidem superficie contenta de conuexa superficie (quæ circundantium ultima est)intelligitur:quæ eadem & spæræ circunferentia nuncupatur. Cætera autem adeo clara sunt(ut quibus circuli diffinitio cognita est)commentatione non egeant. Quod enim in planis circulus est:in solidis est sphæra. Et si positas diffinitiões adinuicem cõferre libet: hæc sphæræ substantiam:illa uero magis fabricandæ sphæræ modum:industriamq; præbet & hæc diffinitio:illa uero potius descriptio dicenda est. Sed hæc logico q̃ astronomo magis curanda linquantur.

5 ¶ Centrum sphæræ est punctus in medio spæræ collocatus: a quo omnes recte ad sphæræ circunferentiam eductæ adinuicem sunt æquales:perinde ac circuli centrum:eum dicimus eẽ punctum a quo in circuli meditullio sito:omnes recte ad circuli ambitum eductæ adinuicem æquantur.

¶ Axis phæræ est linea recta p centr̃ sphæræ transiens ex utraq; parte suas extremitates ad spæræ circũferẽtiã aplicãs:circa quã sphæra cõuertit. Autoris diffinitio nõdũ cõpleta erat. nã nõ ois recta p cẽtr̃ sphæræ trãsiẽs:ex utraq; pte applicata dr̃ axis: ſ ea sola circa quã cõuertit rotat̃q; atq; itorq̃t sphæra. nec ab re qdẽ. nã dicit ad similitudinẽ axis carri:q stipes teres est circa quẽ rota uertit. Et hãc ptĩcula Theodosi⁹ cũ axẽ diffiniret:diligẽter ãnotauit: neq; id quoq; latuit Mãiliũ ita de mũdi axe locutũ.
Aera per gelidum tenuis deducitur axis Sidereus:medium circa quem uoluitur orbis.

6 ¶ Polus mundi est punctus axẽ mundi terminans. Ois. n. recta finita duobus finalibus punctis claudit:terminat̃q;. cũ itaq; mũdi axis linea recta sit & finita:duobus igit̃ eiusmõi termiabit̃ pũctis:quor̃ uterq;:& polus & cardo mũdi nũcupat̃ & quor̃ ille q citra æquoctialẽ ad cãcr̃ habitãtibus eleuat̃ polus arcticus:ille uero q sẽp eisdẽ deꝑssus occulitur polus antarcticus dr̃. Sed qd circulus æquocialis: qd cãcer:& qua de cã ita uocẽtur postea euadet mãifestũ. Et q̃ hic de axe & polo dicũt̃ ad primũ mobile referẽda sũt:qd solũ materialis sphæra sp nr̃is oculis i oib⁹ hui⁹ libelli mõstrãd⁹ obiecta reꝑsẽtat.

7 ¶Mox cœleſtem ſpæram diducit in primum mobile:firmamentum quæ & ſtellifera ſphæra eſt: in ſaturniam iouiam:martiam:ſolarem:ueneream:mercurialem atq; lunarem:quæ nouem numero ſũt ordine ſitæ:quam quidem partitionem ſecundum ſubſtãtiam nominat:q; ſimilis ſit illi:qua partimur animal in hominem:æquum:leonem: & reliquas animantes:eſtq; generis in ſuas ſpecies. Fuit enim antiquitas octonario mobilium ſphærarum numero contenta:mox ad nouenarium aſtronomorum poſteritas ſere ad Alphonſi tempora reduxit. Purbachius autem plane denarium numerum aſſeruit. Scda ptitiõe ſperam ſecat in ſperam rectã & obliquã: & hanc ptitionẽ ſcdm accidens noĩat q; ſimilis ſit illi qua ptiret aĩal in aĩal uigil atq; aĩal ſomno euictũ:quã totius in mõ in ſuas ptes logici nũcupãt

8 ¶Sphæra recta eſt eorum qui ſub æquinoctiali circulo habitant:quæ prouide recta dicitur:q; illis pari interuallo in medio duorum polorum interſtitio poſitis: neuter polorum altero magis eleuetur: aut quia eor horizõ æquinoctialẽ ad angulos rectos æquoſq; interſecat:qđ accepto coluro p orizõte pfacile cernit. quid tamẽ ſit æquinoctialis circulus:qd horizon:& qd colurus poſtea fiet mãifeſtũ

¶Sphæra obliqua eſt ſphæra habitantiũ ultra citraq; æquinoctiũ: quæ ideo illis prona obliquaq; dicit:quod æquo interuallo:in medio polor interſtitio ſiti nõ ſint:uer illis unus polor ſemper eleuat alter autẽ iiſdẽ ſemper depreſſus occultat:aut q; illor horizõ:æquinoctialẽ circulũ ad angulos obliquos in æqualeſq; intercipit atq; ſecat quẽ pro inde horizonta artificialẽ nuncupat:q; diẽ artificialem ab artificiali nocte dirimat:quid autẽ dies artificialis & artificialis nox dicat poſtea libro tertio ſermo futurus eſt. Et ſemper obliq; declinatiſq; ſphæræ horizonta angulis impibus æquatorẽ ſecare uer eſſe cõſtabit:niſi oĩno e directo ſub polo iaceãt:hor enim horizõ æquinoctialẽ circulũ nõ interſecaret imo eũdẽ æq̃tori circulo:circulũ eẽ cõtingeret. ſphærã tamẽ ꝓpter primã cauſar obliquã: declinatiq; hĩe cẽſerent:q; alter polor illis eleuat maxie ſuper emineret:alter uero maxie depreſſus ſẽp occultaret

¶Quæ forma ſit mundi Capitulum ſecundum.

9 ¶Vniuerſã mundi machinã uocamus:oĩum corpor tũ ſuperior tũ inferior congeriẽ: quæ in elementarẽ regionẽ diducit & cœleſtẽ elementaris quidẽ regio elementa & ex elementis contempera ta cõtinet:aſſidue generationi:corruptioni:auctioni:diminutioni:alterationi:& lationi obnoxia: ſub iectaq;. Quattuor elementa ignis:aer:aqua:terra:quæ ſi ſincera puraq; darent: in partes diuerſar formar cõtemperamentorũq; minime ſecarent. quor ignis cœli uicinia ſummaq; locũ ſibi fecit ĩ arce.

Proximus eſt aer illi grauitate:locoq;. Denſior iis tellus elementaq; grandia traxit:
Et præſſa eſt grauitate ſui. circunfluus humor Vltima poſſedit:ſolidumq; coercuit orbem.

Quẽadmodũ ex phyloſophis deprompta: eleganti carmine cecinit Ouidius: quæ deus mundi opifex:optimuſq; architectus hunc in modũ locauit:& diſſociata locis concordi pace ligauit. Et ex horũ elementor contemperamentis:uariæ rer ſenſibiliũ ſpecies ꝓpagant. & cũ ſũmus mũdi faber mũdũ gyro tornádo æquauit:terrã in medio tanq; ĩmobile ſui opis cẽtr:æquali ab extremis æqlibratã ſpacio collocauit:penniq; qete firmauit. cætera autẽ agitationi parẽtia fecit. quãto enĩ aqua agitabilior terra:tãto aer aq̃ cõcitatior:& ignis aere rapidior. ſ hæc phyſicã magis q̃ aſtronomicã deſiderãt opã.

10 ¶Circa aũt elementariã regionẽ:ortus:interituſq; uicitudinibus ſubiectã ſupereminet lucidus ether (quod cœlũ & quintã eſſentiã phyloſophi nuncupant)iã ortus:interituſq; expers:cui neq; autorẽ qcquã accedit:neq; diminutionis iniuria detrimentoq;:quicq̃ detrahit:ſed inuariabili in defluxaq; ſubſtantia ſemper idẽ manens nouẽ:cœleſtes ſphæras (ut autoris fert opinio) complectit:ſeſe orbiculariter circundantes. quæ ſeriẽ auſpicata a ſphæra nobis uiciniore: hũc ordinẽ ſunt ſortitæ. ſphæra Lunæ Mercurii: Veneris: Solis: Martis: Iouis: Saturni Firmamentũ:& primũ mobile. quod quidẽ primũ mobile continue ſupra mundi cardines infra diẽ & noctẽ: ſemel completa reuolutione circa terram conuertitur rotaturq;. eſtq; is motus ab ortu per meridiem ad occaſum:tãdem in ortum recurrens. & primus motus dicitur. quẽ æquator:æquinoctialiſq; circulus mediũ diuidit: ut linea uelociſſime mota.

11 ¶Et primum mobile omnes ethereas ſphæras ſuo ambitu contentas: ſeu infra diem & noctem (hoc eſt in uigintiquattuor horarum interuallo) ſemel circa terram ſuo motu raptat. haud ſecus q̃ ſi plures teretes pilæ ſe mutuo claudant:tangatq; conſequenter minor circundantem maiorem:maxima earum circunuoluta rotataq;: cæteræ intra cluſæ ſimul unaq; circunuoluentur: rotabunturq;: ad ipſius maxime circunuolutionem. ita quoq; & in ſphæris cœleſtibus: ſed huiuſmodi motum iferiores ſphæræ non per ſe ſed per alterum poſſident. utpote qui non in ipſis: ſed in primo mobili exiſtat:& quæ ad alterius motum quiq; in altero eſt moueantur. quemadmodum ſedens in naui ad nauis motum impellitur:uehiturq; procul:cum idem in ſe nullum habeat lationis motum.

12 ¶At inferiorum ſphærarum quelibet (ut autoris ſententia eſt) per ſe proprioq; motu per obliquum circulum circa ſuos axes:ſuoſq; polos:primo mobili contranititur:de occidente ad orientem per meridiem:ſe reuocans in occidentem. Obliquus circulus eſt ſignifer:quo de poſterior futurus eſt ſermo. neq; q; dictum eſt ſphæras illas primo motui contraniti:idcirco intelligas illorum motuum contrarietatem aliquam: aut aliquam mouendi difficultatem atq; reluctantiam. quandoquidem phyloſophia ſit compertum: cœleſtes motus adinuicem non eſſe contrarios & cœlum ipſum abſq; fatigatione reluctantiaq; & reſiſtentia intemperari. & quando talis loquendi mos compõatur:ut ſphæ

ræ inferiores contrario motu ad primam agitari dicantur:hic certus expetitur intellectus:ut idē peni-
tus intelligat ac si plane subiectas sphæras e diuerso ad primā agitandi mō:torqueri agitariq; dicāus.
13 ¶Nec adeo obtuse concipiendū est:quasi duo motus i subiectis:inferioribusq; sphæris sint ut uerbi
cā:i sphæra solis duo:quoꝝ altero de oriente ad occasū rapiat in orientē recurrendo:altero uero e di-
uerso facto:ab occidente cōpleta reuolutione recurrat in occidentē.nā hoꝝ mutuū prio p alteꝝ:atq;
p accidens:(perinde ac sedens in naue)mouet:scdo uero p se.estq; hoꝝ motuū prius in prio mobili:
scdus aūt i unaquaq; subiectaꝝ.sphæraꝝ.ppius atq; peculiaris:nec hos motus difficile imaginabere si
sphærulā: pilāq; uitreā aq̄ oppleueris:quā ita te uersus agites ut aqua aduorsū te uertigies ducat mox
sensim uitreā pilā ad oppositū gyrando circumuoluas:& intuebere cōtentā aquā ad pilæ motū pariter
moueri:pariter & contranitendo uortigines ducere.Sed has quidē per se:illū autē pilæ motum per al
terum ducit.ergo per lucentem :uitream pilam primum mobile:& per intracluſum humorem subie-
ctas contentas contranitentesq; sphæras præsentes animo effingito.
14 ¶Neq; æq̄li tpe suos circulos absoluūt oēs:sed octaua phæra (ut ptolomæo uisū ē) i cētꝝ annis cō-
tranitēs gradū unū pficit : quo fieret cū oīs circulus .36. sit ptiū:ut unā octaua spæra circulationē .36.
milibus annoꝝ pficeret:ducto.n.annoꝝ cētenario p trecētas sexagitas ptes(q̄s gradus & numeꝝ cir
culi dicimus)surgit numerus.36. miliū annoꝝ.Et sphæra saturni suū circulū ambit i.3. annis sphæra
iouis suū i.12.sphæra martis suū i.2.sphæra solis suū i.365.diebus & sex horis.hoc ē i uno anno & qua
drate diei.ueneris & mercurii cōsimiliter.Et luna i.28.diebus fere eūdē signifeꝝ circulū metit. ¶At
recētiū astronomoꝝ sicut & priscoꝝ sentētia ē primū mobile in.24.horis motuū suū itēpare.Et no-
nū mobile cōtranitēdo i.49.milibus annoꝝ. & octauā sphærā motu accessus & recessus i.7.milibus
annoꝝ de quo motu autor nihil meminit.q̄ tñ adduxit introductiōe istitutiōi sufferre uidet.illa autē
altius nobis plenius istitutis ex aliis sūt reqrēda.Et hæc de æq̄libus motibus quos medios nūcupāt i-
telligēda sūt.quos q amplius cognoscere desiderāt:& q̄to tpe pficiāt:æqus uersusq; nūero deprhēde-
re ualebūt.si subiectā hoꝝ motuū formulā ituabūt in qua.S.G M.2.3.4.5.6.7.significāt signa gradus
minuta:scda:tertia:q̄rta:qnta:sexta:septima.& cū i loco signoꝝ.12.repiēt: cōpletā peractāq; circulatio
nem designant.deprahendant ergo mō qui sequit: cœlestiū orbiū æquales motus pariter & tēpora.

	S	G	M	2	3	4	5	6	7
¶Decimum quod & primum mobile:in hora	0	15	0	0	0	0	0	0	0
Decimum mobile in die	12	0	0	0	0	0	0	0	0
¶Nonum quod & secundum mobile:in die	0	0	0	0	4	20	41	17	12
Nonum mobile in anno	0	0	0	26	25	51	9	38	0
Nonum mobile in annis 49000	12	0	0	0	4	56	34	0	0
¶Aplanes quæ & octaua sphæra:in die	0	0	0	0	30	24	49	0	0
Aplanes in anno	0	0	3	5	0	56	5	0	0
Aplanes in annis 7000	12	0	0	0	0	12	30	0	0

	S	G	M	2	3	4	5	6	7
¶Saturni circus in die	0	0	2	0	33	17	40	21	0
Saturni circus in anno	0	12	13	34	42	30	27	45	0
Saturni circus in annis 30	12	7	1	25	22	17	34	57	0
Saturni circus in annrs 29 & diebus 163	12	0	1	22	25	44	1	48	0
¶Iouis circus in die	0	0	4	59	15	27	7	23	50
Iouis circus in anno	1	0	20	28	59	59	59	59	10
Iouis circus in annis 12	12	4	20	45	46	21	22	1	30
Iouis circus in annis 11 & diebus 314	12	0	1	24	22	50	57	22	10
¶Martis circus in die	0	0	31	26	38	40	5	0	0
Martis circus in annis 2	12	22	34	10	27	40	50	0	0
Martis circus in anno & diebus 322	12	0	2	4	44	57	15	0	0
¶Solis:Veneris:& Mercurii circuli in hora	0	0	2	27	50	49	3	18	4
Solis:Veneris:& Mercurii circuli in die	0	0	59	8	19	37	19	13	56
Solis:Veneris:& Mercurii circuli in anno	11	29	45	39	22	1	59	45	40
Solis:Veneris:& Mercurii circuli in anno & horis 6	12	0	0	26	26	56	19	34	4
¶Lunæ circus in hora	0	0	32	56	27	33	7	57	41
Lunæ circus in die	0	13	10	35	1	15	11	4	35
Lunæ circus in diebus 27 & horis 8	12	0	9	17	14	15	2	45	13


¶De cœli reuolutione Capitulum tertium.

15 ¶Cœlum uolui ab ortu ad occasum. Primo indicio sunt stellæ quas sensim ab oriente (quasq; medium cœli-fastigium teneant) cõscendere uidemus: a quo pronæ continuæ labuntur ad occasum.

16 ¶Secundo stellæ quæ nobis nõ occidunt ut eæ quæ circa polum arcticum (qui noster polus est) existunt: quas in totius noctis serenitate circa eundem polum gyros ducere perspicimus: & eum motum ex orientis parte inchoare ꝙ autem assiduæ in eadem propinquitate perseuerant indicium est eas nõ per se in suo orbe: sed ad sui orbis raptum ferri nec iniuria. nam hũc motum a primo mobili possidẽt.

Quod cœlum sit rotundum Capitulum quartum.

17 ¶Primo cœlum rotundum est ut mundum archetypum atq; exemplarem quoad fieri potest imitetur. in quo diuino exemplariq; mundo neq; principium neq; finis usquam est: sed omnium principium ipse idem atq; finis est. ita rotundæ spæricæq; figuræ nusquam determinatum principium atq; finem reperias: sed ubiq; principium atq; finis esse uidetur. ¶Secũdo quia omnium corporum isoperimetrorum (hoc est æqualium circundantium superficierum) rotunda figura capacissima est. talem autem decuit habere ipsum mundum ut qui intra se omnia contenturus esset. ¶Tertio si cœlum esset trilatere: quadrilatere: aut multilatere multa consequuntur incommoda: orbem scilicet in orbe sine uacuo esse non posse. & circũdatum ab altero corpus sine locum esse. & orbes inuicem non sine offensione: sectioniq; iniuria posse moueri. hæc autem sequuntur incommoda si primi mobilis concauum: aut alicuius inferiorum conuexum sphæricam sibi non uendicat figuram: ut ad latus adiectæ figuræ monstrant.



18 ¶Quarto rationem alphragani adiungit: quæ parum efficax paruiq; momenti est: ꝙ si cœlum lateratæ esset figuræ: stellam supra nos existentem nobis propinquiorem esse: & proinde illic nobis q̃ in ortu maiorem debere uideri. At uero eam nõ oporteret (tametsi supra nos existeret) nobis propinquiorem q̃ in ortu aut occasu esse: ut si angulus supra nos esset collocatus. & belle illam rationem emendat autor: ꝙ sol aut stella idcirco in ortu aut occasu appareat maior: quia sit a nobis semotior: elongatiorq; nam terra ad cœlum perinde ut centrum ad circulum sese habet. a quo omnes recte ad circunferentiam eductæ sunt æquales: & molis (collatione ad cœlum facta) insensibilis. quapropter illa distantiæ diuersitas apparentiam illam nomine facit (est enim ea (si qua est) impercepta: nulliusq; momenti) sed mediorum diuersitas. densius enim: compactiusq; medium uisibiles radios: uisibiliumq; species uberius diffundit: resq; ipsas cogit maiore sub mole uideri. Hinc quoq; flante austro res maiusculas q̃ flante borea uoluit Aristoteles apparere: & hinc munus in per lucentis conspicueq; aquæ fundo conspectus maior uidetur: sed hæc suspectiuus potius q̃ astronomus dignoret atq; contempletur.

¶Quod terra sit rotunda Caput quintum.

19 ¶Terram esse globosam multis depræhenditur indiciis. Primo ꝙ stellæ prius orientalioribus quã nobis ad occasum uicinioribus oriantur. ¶Secundo ꝙ deliquia lunæ quæ orientalibus circa horã noctis tertiam apparent: nobis circa primam nocturnam horam uidentur: ꝙ orientalibus prius q̃ nobis illucescat dies: pariter & nox contingat. Horum autem causa præter terræ tumorem (quo se ab ortu ad occasum in medio interstitio attollit: eleuatq;) nullam assignare possumus. si enim terra ortum inter & occasum plana esset: haud prius eois q̃ occiduis orirentur neq; prior illius q̃ nobilis illucesceret dies.

20 ¶Sed a meridie ad polũ terrã eẽ rotũdã cognoscitur: ꝙ ad polũ habitantibus aliquæ stellæ ut stellæ Cynosuræ: Elices: & Bootis (hoc est minoris maioriscq; Vrsæ & arcturi) cõtinuo semperq; apparẽt: nõ autem iis qui ad æquatorem habitando deuergunt. Et contra habitantibus ad arctum aliquæ stellæ semper occultantur ut stella Canopus: quæ Egyptios ad æquinoctium deuergentes clara face illuminat: ut etiam interdiu uideri perhibeatur. & horum nullam causam assignare promptum est: ꝑter terræ tumorem inter arctum & æquatorem interceptum: si enim terra illic plana: æqualiq; superficie eẽt profecto ab arcto ad æquatorem eædem stellæ continuo uidentur. hoc itaq; manifestum indicium est terram a polo ad meridiem globosam speciem gerere: quare cum depræhẽsa itidem sit ab ortu ad occasum rotunda. cognoscit igit in nostro hemisperio esse rotunda: & ubicũq; gentiũ sit uirorum habi

tatio illud idē de ſuo hemiſperio deprehendere liceret:nō iniuria igitur aſtruitur terram eē rotūdā.

¶ Quod aqua ſit rotunda Capitulum ſextum.

21 ¶ Aquā etiā ſphæricā eē:ſuis deprehendiť indiciis.Primo q̄ poſito ſigno in littore maris & medio uidendi interſtitio:eodē conſimiliq̄ mō affecto:oculus in prora nauis abeuntis primū percipit ſignū mox tantū procedere proculq̄ abire ualebit ut eidē ſigni auferatur obtutus. rurſus autē eidē rudētes aſcendenti:iteꝝ appareat ſignū:mox auferať eidē:idē tamē de mali ſummitate uiſuro . Et hoꝝ cauſa eſt tumor aquæ.ſi enim plana eſſet:cū res ſub arctiore radio fortius uideať:deberet ſignū potius in ,pra:q̄ mali ſummitate uideri. ¶ Scdo in rebus homogeneis:ſimiliariumq̄ partium (cuiuſmodi aquā eē cognoſcimus)partes & totā ſimilē natura deſiderāt figurā. at aq̄ partes rotūdā natura appetūt figurā:ut ros & aq̄ guttulæ mōſtrāt ergo & aqua.Hæc itaq̄ ſufficientia p̄ſtāt argumēta aquā eē rotūdā.

¶ Quod terra ſit centtum mundi Capitulum ſeptimum.

22 ¶ Terrā in medio tanq̄ centꝝ locatā eē: ſigna declarant . Primo q̄ ſtellæ in ortu:meridie : & occaſu æquali mole eē uidenť:quaſi ſit terra in meditullio & cœli cētꝝ:ab oībus cœli partíbus æquidiſtans. q̄ ſi uarietas ulla eſt:collatiōe tamē ad cœlū facta:inſenſibilis nulliuſq̄ mōmēti putanda eſt. ¶ Scdo q̄ ubiq̄ gentiū cōpertū exploratūq̄ eſt: cœli dimidiū ſupra & dimidiū infra ſemper hŕi . ut æquinoctia pleniluniaq̄ monſtrant:quod minime contingeret:niſi terra in meditullio & ut mundi centꝝ ſita eſſet.fieri enim nequiret : ſi terra ad cœlū uaſtā inſignēq̄ molē gereret : ut cœli medietas continuo uidereť. ¶ Tertio ſi terrā intelligimus ſuper centꝝ in duo æque ſectā & oculū in cētro collocari nō amplius oculus ille quā cœli mediū uidebit.eſt igiť tumor a terræ centro ad eius ambitū(facta quidē ad cœlū collatione)inſenſibílis. ¶ Quarto q̄ autore alphragano quælibet ſtella(quæ uiſu notari ualet)maior eſt decieſoctíes terra ut amplius circa finē nīæ cōmentationis dillucidius apparebit.at ſtella illa quaſi punctus in firmamento lucet.multo igitur ualentiore iure terra ad cœlum collata:ut punctus cenſebitur .quæ cum ſit in medio(ut iam oſtenſum eſt)erit ergo terra ut cœli centrum.

¶ Quod terra immobilis quieſcat Capitulum octauum.

23 ¶ Hic terræ īmobilítatē pſeuerantēq̄ in mundi medio qetē ,pponit.qđ qdē primo euenit:q̄ oē grae natura ſuū ſitū circa mundi centꝝ appetit.cū itaq̄ terra oīum ſit grauiſſima:maxime quoq̄ id centrū appetit.quo conſecuto in eo ſitu natura quieſcit.& cū ab eo nullo pacto(niſi ab eo qui eā cōdidit) dimoueri diſlocariq̄ poſſit:iugis & pſeuerans erit ille ſtatus. res enim a ſuo ſitu:natiuoq̄ loco nō niſi altero dimouente excluduntur pelluntur q̄:Scdo quicqd a medio:cœli uerſus ambitū mouetur aſcēdit:ſi ergo terra ſtabilis:immotaq̄ natura nō manet:ſed cœli uerſus ambitū mouetur: natura aſcēdet: quod omnes cenſebunt impoſſibile.Neq̄ quidem circa proprium centrum terram poſſe reſoluí:fides ex Ariſtotele ſumpta.māifeſtum eſt ergo terrā in mundi medio: iugem ſtabilemq̄ qetē ſibí retinere.

¶ De quantitate abſoluta terræ Capitulum nonum.

24 ¶ Terræ ambitum(inquit) Ambroſii:Macrobii:Theodoſii:& Eraſtothenis autoritas demonſtrat: q̄ ſit ducenta & quinquaginta duo milia romanoꝝ ſtadioꝝ cōtinens:q̄ unicuiq̄ trecentaꝝ ſexaginta partiū terræ:ſeptīginta tribuēdo ſtadia ſurgunt.ſi.n.360.in.700.duxeris,ptinus nūerus.252000.naſcitur. Sed quo ingenio p̄bi terræ ambitū deprehenderint inſinuat:ut quiſquis ſua opera id experiri ualeat ſi lubet.ſuſpenſo enim in nocte perſpicua aſtroꝝ gnomico : & ſtella arctica per utrūq̄ foramē pinarū regulæ in medio dorſo inſtrumēti iacentis notata:mundi menſores ſtellæ notatæ altitudine notarūt mox retro calle hanc ſtellā uerſus profecti: tantū proceſſere quo ad eadē ſtella per utrūq̄ foramē pinularū ut prius perſpecta:media dorſum inſtrumenti regula una parte altius ſteterit: tunc quoq̄ cognorunt ſe unā cœli partem:unūq̄ gradum cōfeciſſe: pariter & terræ unā illi cœleſti parti reſpondentem quā menſi ſeptingentoꝝ ſtadioꝝ eſſe comperérunt. & quia in terræ ambitu eidem æquales trecentæ & ſexaginta habentur partes: cum ambitus circuituſq̄ omnis trecentas & ſexaginta partes contineat: (quas gradus nuncupant)ideo dictis .700.in.360.numerum.252000.ſtadiorum protinus natum eſſe uiderunt.atq̄ totius terræ ambitum ſtadia totidem continentem mox intellexerunt: poſteriſq̄ ſcriptis demandarunt:& quiuis ſimili ingenio probare id poſſit: qui quantuluncūq̄ in gnomicis aſtronomicis fuerit inſtitutus.Et ambitu terræ habito:ſi qus cognoſcere deſiderat quanta ſit terræ diametrus (quæ quidem recta linea eſt per centrum terræ:utrinq̄ ad eius circunferentiam eiecta)facile per regulam diametri id cognoſcet:quam uult autor eſſe hanc.

25 ¶ Circunferētiæ uicesima scda parte dēpta:residui tertia pars est diameter. Vt si datur circunferentia ut duoꝝ & uiginti:dēpta unitate quæ uicesima scda pars est:restant unum & uiginti. cuius tertia pars est septē:& illius circunferentiæ diametrus. Si ergo cupis diametri terræ cognoscere quantitatē: quæ re uicesimā scdam partē circuitus terræ partiēdo diuidēdoq;.252000.qui numerus ē circūferētiæ terræ:p uigīti duo & ueneīt nūerus .11454. una scda & una uicesima scda quē uicesimæ scdæ partis nūerū subduc a nūero ambitus terræ.252000.& relinquūt.24054.& decē uicesimæ scdæ huius ergo residui q̄re partē tertiā ipm p tria ptinēdo:eritq;.8081.semis & septē uicesimæ scdæ quā dic iuxta diametri regulā eē quæsitā terræ diametrꝝ:cuius semidiameter erit .40090.& uigīti uicesimæ scdæ.

26 ¶ At quia ad usū regulæ autoris opus est diuisione ad uicesimā scdam partē eliciendā:deinde eiusdē uicesimæ scdæ a toto subductione & iterꝝ ad tertiæ partis inuentionē: residui diuisione. quæ laborē numerantibus ingerunt ideo faciliore uia:calculoq; breuiori & diametrꝝ ex circunferentia. & ex diametro ambitū circunferentiāq; cognoscere ualebimus hoc pacto. ¶ Ad cognoscendā diametrꝝ per circunferentiā:multiplica numerꝝ circunferētiæ p septē & diuide p uiginti duo & nascēt diametri numerus. ¶ Ad cognoscēdā autē circunferentiā p diametrꝝ:multiplica numerꝝ diametri p uiginti duo & productum diuide per septem & circunferentia:ambitusq; proueniet. Et si desideras stadia ad miliaria:passus:cubitos:pedes:sextantes:palmos & digitos reducere:hæc notato.

27 ¶ Digitꝰ ħ mēsuraꝝ mīma sta uitꝫ

Palmus	Digitor habet	4	As:itegꝝ:partes cōtinens	12	Semis	ptes	6
Sextans	Palmos habet	3	Deunx	ptes	11	Quīquūx	ptes	5
Pes.	Palmos habet	4	Dextans	ptes	10	Triens	ptes	4
Cubitus	Seſqpes ē:palmos hñs	6	Dodrans	ptes	9	Quadrans	ptes	3
Passus	Pedes habet	5	Bisse	ptes	8	Sextans	ptes	2
Stadium	Passus habet	125	Septunx	ptes	7	Vncia	ptē	1
Miliariū	Stadia	8						

28 ¶ Hæc ex Lucio moderato:Cāpanoq;.Et si numerꝝ circuitus terræ p mediū hoc est p duo partīris:habēs distantiā in terra de polo ad polū:& de ortu ad occasū. Et si diametri numerū itidē p duo partiris semidiameter terræ(quæ superius posita est)nascēt & distantia a terræ curatura: circunferentiaq; ad eius centrum:siue eā ad digitos:palmos:sextantes:pedes:cubitos:passus:stadia:aut miliaria reduxeris quæ cognoscentibus abacum:factu q̄ facillima sunt:Sed nunc alias ponendi distantias quæ ex terræ semidiametro cognoscuntur:exercitationis gratia satis hic oportunus uidēt esse locus. in qua re facienda Alphraganum eiusq; sequemur hypotheses.uicesima enim prima sui astronomici differentia:terræ semidiametrum ponit esse miliarium.3250.

29 ¶ Et a terra ad globi lunæ cōcauum interualum:distantiāq; eē tricesies ter semidiametrum terræ: & dimidium & uicesimā eiusdē semidiametri.33. una scda & una uicesima. Et a terra ad eius cōuexū & mercurii cōcauū:iteruallū eē sexagies q̄ter & sextātē hoc ē sextā ptē semidiametri terræ.64.una sexta.Et a terra ad mercurii cōuexū & ueneris cōcauum:iteruallum cēties:sexagies & septies terræ semidiametrꝝ.1167.Et a terra ad uenerei globi cōuexum:& solis cōcauum:interuallum milies centies & uicies terræ semidiametrꝝ.1120.Et a terra ad solaris orbis cōuexum & martis cōcauum:interuallum esse milies ducenties & uicies terræ semidiametrꝝ.1220.Et a terra ad martis cōuexum & iouialis globi cōcauum:interuallum eē octies milies octingēties septuagesies sexies terræ semidiametrꝝ.8876.Et a terra ad iouis cōuexum& saturni cōcauum deciēsquater milies quadringenties quinquies terræ semidiametrꝝ.14405.Et a terra ad saturni cōuexum & octaui cilculi cōcauum: interuallum eē uicies milies: cēties & decies terræ semidiametrꝝ.20110.Et a terra ad octaui circuli cōuexū & noni cōcauū iteruallū eē p̄cedētis iterualli duplū.40220.Ex his colligūt miliaria hoꝝ iterualloꝝ a terra p ordinē ħ pacto.

30 ¶ Interualla a centro terræ ad cōcaua & cōuexa globoꝝ cœlestiū.

Concauum Lunæ	109037	1
Conuexum Lunæ	208541	2
Concauum Mercurii	208541	4
Conuexum Mercurii	542750	6
Concauum Veneris	542750	4
Conuexum Veneris	3640000	6
Concauum Solis	3640000	
Conuexum Solis	39650000	
Concauum Martis	39650000	
Conuexum Martis	28847000	
Concauum Iouis	28847000	

Conuexum Iouis	4681625o
Concauum Saturni	4681625o
Conuexum Saturni	65357)00
Concauum Octauæ sphæræ	65357)00
Conuexum Octauæ sphæræ	130715000
Concauum Noni orbis	130715000

32 ¶ Et orbium spissitudines: crassitudinesq; subducto concaui interuallo ab uniuscuiusq; sui orbis conuexo relinquuntur: quæ sunt hoc pacto.

Crassitudo globi Lunæ	99)04
Crassitudo globi Mercurii	334209
Crassitudo globi Veneris	309725o
Crassitudo globi Solis	325000
Crassitudo globi Martis	24882000
Crassitudo globi Iouis	1796925o
Crassitudo globi Saturni	185412so
Crassitudo globi Octaui	65357)00


33 ¶ Duplato cuiuslibet globi conuexo: facile ex regula diametri cœlestium globorum circuitus circunferentiasq; elicias hoc pacto.

Circunferentia globi Lunæ	1310829
Circunferentia globi Mercurii	3411572
Circunferentia globi Veneris	22880000
Circunferentia globi Solis	24922857
Circunferentia globi Martis	18132400o
Circunferentia globi Iouis	94173572
Circunferentia globi Saturni	410818572
Circunferentia globi Octaui	821637143

34 ¶ Quo quidem circunferentiarum numero per.360. partito proueniunt miliaria: quæ unicuiusuis globi gradui respondent hoc pacto.

Vnus gradus circuitus globi Lunæ	3642
Vnus globi Mercurii	9476
Vnus globi Veneris	63556
Vnus globi Solis	69231
Vnus globi Martis	503679
Vnus globi Iouis	817428
Vnus globi Saturni	1141163
Vnus globi Octaui	2282326

35 ¶ Secundum Eratosthenis regulam quam autor in assignanda terræ curuatura atq; diametro insequitur: uni gradui circuitus terræ secundũ cõputationẽ Romanã respondent miliaria octuaginta septẽ & semis. Secundum autem computationem qua Alphraganus : Thebiciusq; utuntur: uni gradui terræ respõdent miliaria quinquaginta sex cum dodrante hoc est & tres quartæ unius: & terræ circunferentia est. 20428. & quattuor septimæ. & terræ diametrus. 6500. & semi diametri quantitas 3250. Quo fit ut Alphragani miliarium paulominus passuum. 1542. continere deprehendatur: deest ferme unciæ medietas hoc est passus uicesima quarta: quorum passuum: miliarium romanum solum mille comprehendit. & qui prædicta interualla atq; distantias ad Eratosthenis: autoritatisq; miliaria calculata desideraret: factu per q̃ facile est illi qui arithmetico destitutus non est præsidio : Sed de his hactenus : etiam pluspquam par sit (nisi numerorum amatoribus) dictum esse uidetur Introductorii astronomici de sphæra primi finis.



¶ ENARRATIO Secundi Libri.

Quid circulus maior & minor in sphæra Capitulum primum.

1 ℂ Maior circulus in ſphæraris eſt qui in cõuexa ſuperficie ſphæræ deſcriptus:ſphæram in duo æqua diuidit & ſunt ſex:Aequator:Zodiacus:Colurus æquinoctiorum:Colurus ſolſtitiorum: Meridianus & Horizon. Circulus minor in ſphæra: is eſt qui in ſuperficie ſphæræ deſcriptus: minime ſphæram in duo æqua diuidit & ſunt quattuor:Circulus arcticus:Circulus cãcri:Circulus capricorni: & Circulus antarcticus. Quo fit ut ſummatim decem ſint circuli: quorum præſens ſuſcipitur determinatio. Et primum autor determinationem æquatoris exſequitur: cuius determinationis littera clara eſt.

2 ℂ Magi præcipua puncta in cœlo quattuor determinant:punctũ oriẽtis: punctũ mediæ diei:punctũ occidentis:& punctũ mediæ noctis. Punctus orientis:dei eſt. Meridiei:intelligentiaꝝ. Occidentis:caducoꝝ. Mediæ noctis:malaꝝ poteſtatũ. Sũtq; ut lux:lumẽ:umbra:tenebræ. quapropter motu qui ab oriente incipiens in eundẽ relabitur & finit:diuinæ ĩtelligentiæ contemplationis motus explicatur: qui a deo incœptus in deũ recurrens feliciter deſinit. & motus inferior:noſtræ infirmitatis motũ inſinuat: quo ex ſenſibilibus ad optimũ naturæ parentẽ aſſurgimus: a quo iteꝝ relabimur ad caduca: a quibus rurſum ad diuinæ contemplationis officium erigimur:ut ex iis quæ uiſibilia facta ſunt: inuiſibilia dei compræhenſa cernamus. Ii tamẽ quoꝝ contemplationis modus ſupra rationẽ aſcendit: & quibus ſors cognoſcendi fœliciſſima obtigit: gaudent potius intelligibili modo ex deo omnia contemplari:& in ideam cognitam reducere omnia: & quaſi in primo cognitionis circulo agitari: q̃ rationis motu:inferiorumq; cognoſcendi circulorum:ex tenebris: lumen mendicare:& magi per hæc quattuor puncta:magna:arcanaq; portendunt. Sed de his hactenus.

3 ℂ At de primo motu quo oẽs ſphæræ inferiores intra diẽ & noctẽ circa terrã raptantur:& de motibus propriis inferioꝝ:cõtraq; nitentium ſphæraꝝ:in ſdo capite primi libri ꝓ præſenti introductione dictum eſt ſufficienter. Illum tame proprium motum facile experimur in luna: quæ omnium ocyſſime zodiacum illo motu percurrit. quã ſi notamus in coitu cum ſole:& eã poſtero die intuemur: uidebimus eandẽ ex parte orientis (modo uideri poſſit) reliquſſe ſolem:& altera nocte magis orientem uerſus elapſam:donec ad ſolis oppoſitum plena face illuſtrata pertigerit ad quem iterum ſuum abſoluendo circulum retro properare feſtinat:quouſq; eidem iungatur. Et hoc pacto de ſole annotaueris: ſi aliquam ſtellarum fixarum in uia ſolis ex parte orientis annotes: quæ tardo admodum motu comparata ad ſolem mouetur:quam tandem proprio motu ſol aſſecutus: tuis obtutibus ſubtrahet. mox orientem uerſus elapſus::eam ad occidentem relinquet. & hunc in modum logis tẽporibus de q̃nq; planetarum propriis ſuæq; naturæ accõmodis motibus:experientia te redderet edoctum.

4 ℂ Quod autem polus noſter boreus dicatur a uento:ſeptentrionalis a ſeptem ſtellis plauſtri: quæ ſunt minoris urſæ:quæ & Cynoſura dicitur: & quæ eſt una quadraginta octo imaginum cœleſtium & arcticus ab arcto maiore urſa:quæ Caliſto & Elyce nominatur:una itidem cœleſtium imaginum: clarius eſt q̃ quod cõmentationis lucem requirat: & hunc in modum de appellationibus alterius poli qui cum illis etiam noticus & aſtronoticus dicitur.

5 ℂ Octo & quadraginta imaginum cœleſtium nomina ſunt hæc.

Draco	Anguis ophiuchi	Capricornus:Egoceros
Elyce:Vrſa maior	Ophyuchus:Anguifer	Aquarius
Cynoſura:Vrſa minor	Sagitta	Piſces
Bootes:Arctophylax:Arcturus	Aquila	Cetus:piſtrix
Corona	Delphin'	Eridanus
Anguis	Pegaſus:Aequus alatus	Lepus
Engonaſis:Genu nixus	Deltoton:Triangulus	Orion:Iugule
Lira:Fidicula	Aries	Canicula:Syrius:Canis maior
Cygnus:Holor	Taurus	Procyon:Canis minor
Circulus:Iunonius	Gemini	Argo:Nauis
Cepheus	Cancer:Carcinos	Phillyrides:Chiron
Caſſiopeia	Leo	Ara
Andromeda	Virgo:Erigone	Hydra
Perſeus	Libra:Chele	Ciphus
Caput meduſæ	Scorpius:Nepa	Coruus
Heniochus:Enchthõius:Auriga.	Sagittarius:Chiron	Piſcis:Notius

De zodiaco circulo Capitulum ſecundum

6 ℂ Zodiacum diffinit ꝙ ſit circulus maior:æquatorem in duobus punctis: quæ ſunt principia arietis: libræ dirimens:cuius una medietatum ad ſeptentrionem:altera uero ad auſtrum declinat & pars ea quæ ad ſeptentrionem declinat:arctica dicitur & ſeptentrionalis:ſed ſigna arietem: Taurum: Gemínos:cancrum:Leonem:& Virginem continens: quæ & ſeptentrionalia dicuntur: pars autem ad auſtrum declinans auſtralis nominatur:ſex identidem ſigna auſtrali:libram:ſcorpium:ſagittarium: capricornum:aquarium:& piſces itidem cotinens.

Et intelligitur zodiacus latitudinem. 12. graduum hĩe:q̃ eſt latitudinis totius cœli ambitus .30. pars


Intelligatur item in media latitudine zodiaci linea eam latitudinem in duo æqua partiens: ultro citroq; sex latitudinis gradus relinquens: quæ dicitur eclyptica.

7 ¶Est ergo eclyptica circulus maior: latitudinem zodiaci in duo æqua partiens: quæ ideo eclypticæ nomen sortitur: q̄ nunquam eclypsis hoc est solis lunæue deliquium contingat: nisi eorum uterq; sub eadem linea in eodem: aut oppositis gradibus decurrat: in eodem quidem si solare futurum sit deliquium: in oppositis uero si lunæ: & sol semper sub ea linea medius incedit: neq; usquam ultro citroq; deflectitur deuiatq; cæteri autem planetarum: nunc sub ea: nunc citra: nunc ultra exspaciati uagantur: qui si in ea latitudinis medietate quæ ad arctum reliquitur uagi feruntur: latitudinem tamen dicunt hñe septentrionalē: sin in altera: latitudinē declarationēq; tū habent meridionalem. Et circulus ois in .12. æquas partes secaī q̄ signa nominātur: & signū quodlibet rursum in .30. gradus: quo fit ut circulus qsq; .360. gradus cōtinere dinoscaī .12. siquidē in triginta ductis: numerus .360. protinus enascitur.

8 ¶Et signa in zodiaco pecularia nomina sibi sortiuntur atq; uendicant: suntq; Aries: Taurus: Gemini: Cancer: Leo: Virgo: Libra: Scorpius: Sagitarius: Capricornus: Aquarius: Pisces in cæteris autem circulus nomini nulla sunt sortita: sed duntaxat signa nuncupantur cæteræ autem fractiones ex fronte libri notæ sunt. Mox emendat eos qui dicebant signa zodiaci esse quadrata cum quadratum sit superficies quattuor æqualium laterum: atq; angulorum: modo latus unum signi zodiaci ē duodecim graduum & alterum triginta: quod quidem maius altero esse cognoscitur: nā alterius duplū sesqualterꝫ.

9 ¶Mox declarat quid tali sermone sol est in ariete aut tauro & similibus intelligere debeamus: cum sol in quarto cœlo feratur & aries octaui circuli sit in octauo circulo: & primi nobilis in primo utriusq; enim & octaui & primi circuli mobilis proprius ponitur zodiacus: dicit primo q̄ eo sermone intendimus solem esse sub ariete aut sub tauro & ita quoq; de similibus & capi in pro sub: & signum in ea significatione in qua paulo ante finitum est.

10 ¶Sed alias tres pōit significatiōes signi: q̄ minus astronomica, pposito cō cōducūt. Pria est ut signū dicaī euersa pyramis cuius basis sit signū ꝓprie sūptū: sed uertex pyramidisq; conus i cētro terræ itelligaī: est.n. pyramis figura solida a cuius una supficie latera ad unū punctū erecta cōcurrunt: & ea supficies a qua eriguntī latera pyramidis basis nūcupatur: & pūctus ad quē cōcurrūt pyramidis uertex atq; conus: & hoc pacto utēdo noie signi: qcqd sub signifero circulo cōtineī pōt dici (ut pars) eē i signo. Scda ē ut signū accipiaī p .12. parte sphæræ: ita ut sphæra itelligaī diuidi p circulos se i polis eclypticæ itersecātes: quoꝝ prius p pricipia arietis & libræ: & scdus p eoꝝ fines & pricipia geminoꝝ & sagitarii trāseat: & huc i modū cōseq̄nter: & pars cœli .12. iter ꝓxios circulos arietē mediū itercipientes: signū arietis nūcupaī & hoc pacto de tauro: geminis: cācro: & reliqs. Tertia ē ut signū ꝓ mūdi unica .i. .12. parte accipiaī: ita .s. ut itelligamus totā corporeā machinā in .12. æquas partes diuisum p supficies circuloꝝ sese in polis eclypticæ (ut modo dictum est) secantium: quorum proximi quiq; bini in latitudine media: signa opposita intercludant primus & secundus ex una parte in medio claudant arietem & ex altera libram: & secundus & tertius taurum & scorpium: tertius & quartus geminos & sagitarium: quartus & quintus cancrum & capricornum: quintus & sextus leonem & aquarium: sextus & primus uirginem & pisces. Quo fit ut sex circulis tota corporeorum machina in duodecim æquas portiōes: rite hoc pacto intelligeretur diuisa: & quicquid in uniuerso posse dici hoc pacto (ut pars) eē in signo. sed hæ tres supremæ signi significationes (ut iam dictum est) parum ad astronomiam momenti afferunt: prima autem magis accomoda est: iccirco de his abundantius q̄ par sit forte dictum esse uidebitur.



¶De duobus coluris Capitulum tertium.

11 ¶Colurus solsticiorum est circulus maior: per principia cancri & capricorni: per polos eclypticæ: pariter & polos mundi transiens. Colurus autem æquinoctiorum itidem circulus maior est: per principia arietis & libræ & polos mundi transiens.

12 ¶Punctus uerticalis (quem zenith nuncupat) est punctus in cœlo & directo rei suprapositus: & si concipias lineam rectam per centrum terræ: pedes & caput cuiuspiam ad cœlum erecti transeuntem: applicantemq; ad cœli circunferentiam eius extremum: punctus ad quem applicat: uertex illius rei diceretur: & eo pacto si per centrum terræ & medium urbis hæc linea transire intelligatur: is punctus ad quem in cœlo applicat illius loci uerticalis punctus dicetur.

13 ¶Maxima solis declinatio est arcus coluri inter æquatorem & alterutrum tropicorum interceptas: quæ a Ptolomæo inuēta est uigintitrium graduum: & unius & quinquaginta minutorum: ab almeone uero .23. graduum & .33. minutorum: & huius uarietatis mobilitas eclypticæ octaui circuli in causa est: quæ accessionis: recessiōisq; motu eiusdem circuli prouenit: ut amplius ex theoricis est cognoscendum. cætera autem peruiam: perspicuamq; de se præbent intelligentiam.

¶De meridiano Capitulum quartum.

14 ¶ Meridianus est circulus maior per punctum uerticis & polos mundi transiens: unde euenit ut hūc circulum nobis uel ad ortum uel ad occasum proficiscentibus: cōtinue uariari necesse sit: & omnia loca quorum unus ad orientem magis q̄ alter quicunq; pronior uergat: diuersos habere meridianos: & hoc pacto de locis uicinius ad occasum uergentibus.

15 ¶ Longitudo locorum (quam & longitudinem ciuitatum ducunt) est arcus æquatoris inter duos duum locorum meridianos interceptus: & cum æquator. 360. gradum circuitum obtinens: totus super horizonta in. 24. horarū spacio regulariter ascendat: hinc euenit ut in una qualibet hora. 15. æquatoris gradus continue super horizontem conscendant: quapropter ex longitudine ciuitatum facilime cognoscitur unius ad alteram horaria distantia cum sol cicius meridianum obtineat eis qui orienti sunt uiciniores q̄ occiduis: ergo si duarum urbium: longitudo sit. 15. gradus: sol citius earum orientalioris unius horæ interuallo q̄ occidentalioris meridianum continget: & si illoꝝ locoꝝ longitudo esset. 0. gradus: sol citius illic duarum horarum interuallo q̄ hic ad meridiei perueniret fastigiū quod facile ex tabula longitudinum locorum ab occidente paulo post subiuncta deprehendas.

16 ¶ Intra ergo tabulam & uide eregione locorum (quorum mediei differentiam quæris) longitudines: & minorem subtrahe a maiori scilicet gradus a gradibus & minuta a minutis: & quod relinquetur est illorum adinuicem longitudo: partire ego per. 15. gradus longitudinis inuentæ: & quod elicietur sunt horæ quibus sol citius in loco cuius inuenta fuerat longitudo maior peruenit ad meridianū. At si gradus non ascendant ad. 15. aut si qui supersunt partitione per. xv. facta: illos multiplica per. 60. & producto adde minuta si quæ superabant & partire per. xv. & habebis minuta horæ: & si partitione facta superant minuta: ea rursum duc in. 60. & patrire per. xv. & habebis secunda: & hoc pacto eliceres tertia & alias minutias. Verbi causa: si cupis cognoscere quanto tempore sol citius hierosolymitanis q̄ parisiis contingit meridianum: accipe utrorunq; ex tabula ab occidente longitudinem: estq; parisioꝝ longitudo gradus. 24. minuta. 30. hierosolymitanorum uero gradus. 66. & minuta. 15. & quia hierosolymæ ad occidētem q̄ parisii est longitudo maior: subtraho ergo gradus. 24. & minuta. 30. longitudinem uidelicet parisianam & gradibus. 66. & minutis. 15. longitudine Solymorum & superant gradus 41. & minuta. 45. longitudo scilicet meridianorum hierosolymæ & parisii: quos superātes gradus partior per quindecim & proueniunt duo numerus scilicet horarum sed supersunt. ii. gradus & .45. minuta quibus quidē gradibus per sexaginta multiplicatis & producto additis .45. superantibus minutis surgit numerus. 705. quem partior per. 15. & proueniunt. 47. numerus scilicet minutorum horæ. ratum ergo erit solem citius occupare meridiei summitatem hierosolymitanis q̄ parisianis duabus horis &. 47. minutis Tabula ergo longitudinis locorum pariter & latitudinis subter conspicienda subiicitur: ex Ptolomæo deprompta.

¶ Tabula longitudinis & latitudinis ciuitatum ab occidente.

Nomina	Lõgitudo G	M	Latitudo G	M
¶ Ex hiſpania quæ & iberia				
Hieron ꝓmontoriũ	2	30	38	15
Anas:fluuius	4	20	37	30
Betis:fluuius	5	20	37	0
Mneſtei:portus	5	30	36	30
Calpe:mons	7	30	36	15
Iulia:ciuitas	8	30	0	0
Corduba:ciuitas	9	20	38	20
Caridemũ,pmõtoriũ	11	20	36	30
Nelus:fluuius	12	0	45	10
Cartago noua:ciuitas	13	0	37	30
Pallantias:fluuius	15	0	39	30
Iberus:fluuius	15	30	39	20
Tarracon:ciuitas	16	20	40	20
Barcinon:ciuitas	17	15	41	0
¶ Ex gallia				
Garunna:fluuius	18	30	46	30
Neodunum:ciuitas	19	0	50	0
Neomagus:ciuitas	20	30	51	0
Rotomagus:ciuitas	21	30	51	0
Sequana:fluuius	23	0	50	30
Lugdunum:ciuitas	24	15	45	20
Leucotecia:quam pariſium eſſe putant	24	30	48	30
Moſa:fluuius	25	30	53	30
Forũiulium:ciuitas	27	20	42	30
Varus:fluuius	28	20	43	0
¶ Ex germania				
Amaſſus:fluuius	29	0	55	0
Tuberium:ciuitas	30	0	52	0
Vlma:cinitas	31	0	47	0
Brondẽtia:ciuitas	33	30	48	0
Enus:fluuius	34	0	47	30
Biturdium:ciuitas	34	30	51	15
Meuium:ciuitas	35	30	53	30
Bergium:ciuitas	36	0	49	30
Galeſia:ciuitas	37	30	52	20
Stragona:ciuitas	39	20	52	30
Corinium:ciuitas	41	10	44	0
Iuollum:ciuitas	42	30	46	0
Bibalis:ciuitas	43	0	45	30
Nerona:ciuitas	44	20	44	30
Epicaria:ciuitas	45	30	41	20

Nomina	Lõgitudo G	M	Latitudo G	M
¶ Ex italia				
Ligur:ciuitas	30	0	42	30
Mediolanum:ciuitas	30	30	44	20
Ticinum:ciuitas	30	30	44	0
Parma:ciuitas	32	10	43	30
Regium:ciuitas	32	30	43	30
Nuceria:ciuitas	32	0	43	20
Felcina:ciuitas	33	20	42	30
Florentia:ciuitas	33	30	43	0
Piſa:ciuitas	33	20	42	30
Aretium:ciuitas	34	20	42	30
Sena:ciuitas	34	20	42	20
Fauentia:ciuitas	34	10	43	30
Ariminum:ciuitas	35	10	43	30
Roma:urbs	36	30	41	30
Tiberis:fluuius	36	30	41	30
Tibur:ciuitas	36	30	41	30
Preneſte:ciuitas	37	20	41	30
Aritia:ciuitas	37	0	41	20
Priuernum:ciuitas	37	30	41	30
Cume:ciuitas	39	10	41	30
Capua:ciuitas	39	30	41	20
Pithecuſa:ciuitas	39	20	40	20
Parthenope:ciuitas	40	0	41	0
Petília:ciuitas	40	30	38	30
Tarentum:ciuitas	41	30	39	30
Ardea:ciuitas	46	30	41	20
¶ Ex Sicilia				
Pelorus ꝓmõtoriũ	31	40	38	30
Drepanum:ciuitas	36	30	36	20
Phorbantia:inſula	36	0	36	20
Lilibeum: ciuitas & promontorium	37	0	36	0
Panormus:ciuitas	37	0	37	0
Heraclea:ciuitas	38	20	36	20
Hibla:ciuitas	38	20	37	0
Ethna:mons	39	0	38	0
Orchus:fluuius	39	30	36	40
Megara:ciuitas	39	10	37	10
Pachinus:ꝓmõtoriũ	46	0	36	20
¶ Ex Sarmatia				
Boriſthenis medium	53	0	50	40
Boriſthenes:fluuius	57	30	48	30

Nomina	Lõgitudo G	M	Latitudo G	M
Riphei:montes	63	0	57	30
Hoſtium occidentale				
tanais fluuii	66	20	45	10
Orientale eiuſdem	67	0	54	30
¶ Ex thracia				
Neſſus:fluuius	51	30	41	30
Abdera:ciuitas	52	10	41	30
Rhodope:mons	52	30	43	0
Samothrace:inſula	52	30	41	10
Ebrus:fluuius	53	0	41	30
Boſphorus:fluuius	54	20	41	30
Bizantium quæ &				
conſtantinopolis	56	30	43	0
¶ Ex macedonia				
Pindus:mons	47	40	38	30
Pheſtus:ciuitas	47	19	39	20
Antigonia:ciuitas	48	40	41	20
Axius fluuius	46	30	40	40
Strymon:fluuius	50	15	41	20
Arethuſa:fluuius	50	10	41	20
Peneus:fluuius	50	30	39	20
Olympus:mons	50	0	39	20
Oſſa:mous	50	40	39	40
Othrys:mons	50	0	38	40
Pelion:mons	51	10	39	20
Laryſſa:ciuitas	51	20	38	30
Athos:mons	51	0	40	10
Lemnos:inſula	52	20	40	30
Scyros:inſula	54	0	39	0
¶ Ex epiro				
Acroceraunia:mõtes	44	20	39	10
Butrotum:ciuitas	45	30	38	20
Acheron:fluuius	47	10	38	20
Ambracia:ciuitas	48	0	38	10
Actium:ciuitas	48	15	37	30
Leucas:pmõtoriũ	48	20	37	40
Archelous:fluuius	48	30	37	30
Itacha:inſula:in qua & ci				
uitas eiuſdẽ eſt noſs	48	0	37	20
¶ Ex Achaia				
Calidon:ciuitas	49	0	37	40
Euenus:fluuius	49	0	37	30
Cyrra:mons	50	0	37	30
Pythia:ciuitas	50	30	37	30
Delphi:ciuitas	50	0	37	40
Parnaſus:mons	51	0	37	30
Theſpie:ciuitas	51	20	37	40
Orchomenus:ciuitas	51	20	37	40
Cytheron:mons	52	30	37	40
Eleuſis:ciuitas	52	20	37	10

Nomina	Lõgitudo G	M	Latitudo G	M
Aulis:portus	53	30	37	30
Calchis:iuxta Euripum				
fluuium:ciuitas	53	30	38	0
Chyus.inſula	54	40	36	0
Cherſoneſus	54	30	38	10
Caphareus,pmõtoriũ	55	0	37	30
Delus:inſula	55	20	37	20
Olearus:ciuitas	55	20	37	30
Seriphum:ciuitas	55	0	36	30
¶ Ex peloponeſo				
Strophades:inſule	47	20	36	0
Alpheus:fluuius	48	20	35	30
Pylus:ciuitas	48	30	35	30
Piſa:ciuitas	48	40	36	0
Helis:ciuitas	49	0	36	20
Troezen:ciuitas	49	10	35	20
Lacedemon:ciuitas	50	10	35	30
Eurotas:fluuius	50	30	35	10
Epidaurus:ciuitas	51	1	37	30
Inachus:fluuius	51	30	35	30
Corinthus:urbs				
quæ Ephire	51	15	36	30
Iſthmus:continens				
Nemea:ſilua	51	1	36	20
Argos:ciuitas	51	20	36	10
Mycene:ciuitas	51	30	36	10
Egina:urbs	52	20	36	30
¶ Ex mauritania				
Tigis ceſarea:ciuitas	6	30	35	30
Atlas minor: mons	6	0	33	20
Atlas maior:mons	8	20	26	30
¶ Ex minore aphrica				
Vtica:ciuitas	32	0	32	30
Cirna:mons	33	0	30	0
Carthago:ciuitas	34	30	32	40
Syrtes:parue	38	30	32	0
Triton:palus	38	40	29	40
Ammonis:ciuitas	42	0	32	40
Syrtes:magne	43	10	31	0
Cirene:ciuitas	50	0	31	20
¶ Ex egypto				
Alexandria:ciuitas	60	30	31	0
Canopus:ciuitas	60	30	31	1
Nili primũ hoſtiũ	60	30	31	1
Secundum:hoſtium	61	30	31	1
Tertium hoſtium	61	30	31	10
Quartum hoſtium	62	30	31	10
Quintum hoſtium	62	30	31	10
Sextum hoſtium	63	1	31	10
Septimuum hoſtiũ	63	15	31	10
Dioniſia:ciuitas	60	30	29	0

Athene:ciuitas	52	30	37	10	Memphis:ciuitas	61	30	29	30
Megare:ciuitas	52	0	37	20	Hermys:Mercurii				
Marathon:ciuitas	53	10	37	10	triſmegiſti:ciuitas	61	40	28	20
Aſopus:fluuius	53	30	37	40	Helyopolis:ciuitas	62	30	29	30

	Lōgitudo		Latitudo			Lōgitudo		Latitudo	
Nomina	G	M	C	M	Nomina	G	M	G	M
Thebe:ciuitas	62	30	25	30	Tharſos:ciuitas	67	40	36	30
Siene:ciuitas	62	0	29	20	Termodoon:fluuius	67	0	43	15
¶ Ex minore aſia					Tanais:fluuius	67	0	54	30
Abydus:ciuitas	55	20	41	15	Phaſis:fluius	72	30	45	0
Simois:fluuius	55	20	41	0	Colchis:inſula	75	30	39	0
Scamandrus:fluuius	55	15	41	0	¶ Ex ſyria				
Sigeū:pmōtoriū	55	10	41	0	Carmelus:mons	66	20	32	30
Iliū q̄ & troia:ciuitas	55	30	41	0	Ptholemais:ciuitas	66	30	33	0
Tenedos:inſula	55	0	30	30	Iordanis:fluuius	67	40	32	30
Leſbos:inſula	55	0	40	0	Tyrus:ciuitas	67	0	33	20
Mitilene:ciuitas	55	40	39	40	Sydon:ciuitas	67	0	33	30
Icaria:inſula	56	30	47	40	Libanus:mons	68	30	34	10
Chyus:inſula	56	20	38	20	Caſius:mons	68	30	35	20
Ida:mons	56	0	41	0	Damaſcus:ciuitas	69	0	33	0
Gnidus:ciuitas	56	15	36	0	¶ Ex paleſtína:quæ &				
Smirna:ciuitas	57	20	38	20	Iudea dicitur				
Clazomene:ciuitas	57	0	38	30	Iopa:ciuitas	65	40	32	30
Colophon:ciuitas	57	40	38	10	Azotus:ciuitas	65	15	31	30
Epheſus:ciuitas	57	40	37	40	Aſcalon:ciuitas	65	0	31	40
Meander:fluuius	57	40	37	20	Sebaſta:ciuitas	65	40	32	30
Minas:mons	57	30	38	30	Hieroſolyma:ciuitas	66	15	31	20
Pergamus:ciuitas	57	20	39	30	Aſphaltus:lacus	66	30	31	10
Samus:inſula	37	0	37	20	Tiberiadis:lacus	67	15	32	1
Cous:inſula	57	0	36	20	¶ Ex aſſyria				
Rhodus:inſula	57	20	35	20	Niniue:ciuitas	78	0	36	40
Tmolus:mons	58	30	38	30	Babylon:ciuitas	79	0	33	0
Micale:mons	58	0	37	40	Theſipon:ciuitas	80	0	35	0
Miletus:ciuitas	58	0	37	0	Cambyſes:fluuius	81	0	42	30
Magneſia:ciuitas	58	40	39	10	¶ Ex Carmama				
Philadelphia:ciuitas	59	0	38	30	Bactra:regia	116	0	41	0
Laodicia:ciuitas	59	30	38	40	Oxiana:ciuitas	117	10	44	40
Antiochia:ciuitas	59	30	38	30	¶ Ex india				
Cadmus:mons	59	40	38	30	Bragma:ciuitas	128	0	19	0
Pactolus:fluuius	59	0	39	20	Ganges:fluuius	129	0	17	20
Nyſa:ciuitas	59	0	38	15	Gāgis:primū hoſtiū	144	30	18	10
Hermus:fluuius	60	0	40	0	Secundum:hoſtium	145	40	16	40
Didimus:mons	61	0	40	40	Tertium:hoſtium	146	30	18	40
Iconium:ciuitas	64	30	38	30	Quartum:hoſtium	147	30	18	30


¶ Prouinciarum principia media atq; fines tum in longitudinum tum latitudinum gradibus

	Lõgitudo			Latitudo		
	P	M	F	P	M	F
	G	G	G	G	G	G
¶ Ex europa ꝓuicie						
Hibernia insula Bri						
tannica	7	13	18	62	59	57
Albion insula						
britannica	14	22	30	61	56	51
Hispania betica	4	8	12	40	38	36
Lusitania hispania	2	6	11	41	39	37
Tarraconẽsis hispãia	4	12	20	45	39	34
Celtogalatia aqtãia	17	19	21	55	49	43
Gallia lugdunensis	16	20	25	51	45	39
Gallia belgica	22	25	29	54	49	45
Gallia narbonensis	21	25	29	45	43	42
Germania magna	27	36	46	59	52	46
Rethia	29	30	31	47	46	45
Vindelicia	32	33	34	47	46	45
Noricum	34	35	37	49	47	45
Pannonia superior	37	42	48	47	46	45
Pannonia inferior	41	43	45	47	44	42
Illiris	36	42	49	45	39	34
Dalmacia	37	41	46	44	42	41
Italia	28	38	49	45	41	38
Cirnus insula	30	34	39	41	40	39
Sardinia	29	34	39	39	34	29
Sicilia	36	38	40	39	36	34
Sarmatia	47	59	72	68	54	41
Taurica	60	62	64	48	47	46
Iasiges	43	44	45	48	47	46
Datia	43	51	59	48	45	43
Misia superior	45	47	49	44	43	42
Misia inferior	47	52	57	48	45	43
Thracia	51	53	56	44	42	41
Chersonesus	54	0	55	41	0	41
Macedonia	44	49	54	48	43	38
Epirus	44	46	49	39	37	36
Achaia	48	50	53	38	37	36
Euboia insula	52	53	55	38	37	36
Peloponesus	47	49	52	45	39	34
Creta insula	52	53	55	55	44	34
¶ Ex africa ꝓuicie						
Mauritãia tĩgãica	6	41	76	35	30	26
Mauritãia cesariẽsis	11	18	26	36	31	26
Africa minor	26	36	46	14	30	20
Numidia	20	33	46	38	32	26
Cirene	47	49	51	31	26	21
Marmarica	51	58	65	39	31	23
Egyptus me						
diterranea	52	58	65	31	27	23
Libia interior	1	24	48	33	19	5
Etiopia sub egypto	59	70	82	22	11	1
Meroe	61	73	85	22	11	1
Ethiopia interior	10	45	80	12	14	16
¶ Ex asia ꝓuincie						Australis.
Põtus & Bithinia	56	59	62	43	41	40
Asia minor	55	58	62	48	41	35
Licia	59	60	61	37	36	35
Galatia	61	63	65	44	41	38
Pamphilia	61	62	64	38	36	35
Capadocia	27	49	72	51	44	37
Armenia minor	65	68	71	42	39	37
Cilicia	64	66	69	38	37	36
Sarmatia asiatica	64	75	87	55	50	46
Colchis	71	72	74	46	45	44
Iberia	74	75	76	46	45	44
Albania	77	81	85	47	45	44
Armenia maior	71	75	79	44	41	38
Cipr̃us insula	64	61	67	36	34	33
Syria	66	69	73	37	33	30
Palestia q̃ & iudea	64	65	67	32	31	30
Arabia petrea	65	67	69	31	29	28
Mesopotamia	72	75	79	44	39	34
Arabia deserta	72	75	79	35	32	29
Babilonia	28	59	80	35	32	30
Assyria	76	79	83	39	37	35
Media	80	89	99	43	38	34
Susiana	80	84	88	38	34	30
Persis	85	89	94	35	32	29
Partia	94	97	100	38	36	34
Hircania	94	97	100	42	40	38
Arabia felix	65	79	94	29	20	11
Carmania	94	99	104	29	23	18
Margiana	101	103	106	43	41	39
Bactriana	111	115	119	44	41	39
Sogdiana	117	120	124	45	43	41
Scithia intra imaũ						
montem	91	97	104	48	45	43
Scithia extra imaũ						
montem	144	147	150	49	43	37
Seria	156	166	177	51	44	37
Aria	102	106	111	38	35	33
Paropanisus	113	116	119	38	35	33
Drangiana	103	107	111	32	30	28
Arachosia	112	115	118	32	30	28
Gedrosia	105	111	118	28	22	17
India intra gãgẽ	109	128	147	37	24	11
India extra gãgẽ	137	154	172	35	18	1
Aurea chersonesus	145	157	169	9	5	2
Sinarum regio	175	177	180	26	14	2
Taprobone insula	116	125	135	12	6	1

18 ¶ Horizon qui & finitor dicitur est sphæræ circulus maior: superius hemisphærium ab inferiore diuidens. est enim is circulus in quem sub diuo consistentium circunducentiumq; oculos: uidetur obtutus deficere: q & dicit partē cœli uisam a nō uisa dirimeꝫ. Hemisphæriū: dimidiū sphæræ nūcupāus

19 ¶ Rectus horizon est horizon sub æquatore habitantium: qui & sphæram rectam habere dicuntur. Obliquus horizon est horizon ultra: citraue æquatorem habitantium ubicunq; morari contingat. qui & idem sphæram decliuem: pronam: atq; obliquam habere dicuntur. & omnium horizontium capitis uertex polus dicitur: a finitore scilicet undiq;: omniq; ex parte æquidistans. Latitudo locorum est interuallum: atq; distantia puncti uerticalis loci ad æquatorem. pro qua hæc subditur regula.

20 ¶ Quanta est eleuatio poli mundi super horizontem: tanta est distantia puncti uerticis ad æquatorem. quod per inde est ac si dicatur quanta ē alicuius loci: poli mundi eleuatio super horizontem: tanta est eiusdem loci latitudo. quæ hoc pacto demonstratur. ¶ Esto a b c alter colurus nostro meridiano coniunctus. Linea b æquator c punctus uerticis d polus mundi a e horizon. manifestum est arcum d e esse eleuationem poli super horizontem: quam dico esse æquam arcui c b qui est distantia puncti uerticis ad æquatorem. nam arcus b d (qui est distantia æquatoris ad polum mundi) est quarta pars circuli a b e & similiter arcus c e distantia scilicet puncti uerticis ad horizonta: quarta est eiusdem circuli a b e nam punctus uerticalis: polus est horizontis. sunt igitur arcus b d & arcus c e quadrantes scilicet eiusdem circuli adinuicem æquales: quādo quidem quartæ omnes eiusdem circuli adinuicem æquantur. at arcus c d est pars primæ quartæ b d similiter quoq; & idem arcus c d pars est secundæ quartæ c e dempto ergo ab utraq; quartarum cō muni arcu c d residua erūt æqualia. nam proloquium: dignitasq; est: si ab æqualibus æqualia aut idē cōmune auferas residua esse æqualia. sed dēpto arcu c d ab quadrante b d relinquit c b distantia a puncto uerticali ad æquatorem. & dempto eodem arcu c d ab secundo quadrante c e relinquitur d e eleuatio. s. poli mundi supet horizontem æquantur igitur adinuicem c b & d e distantia. s. puncti uerticalis ad æquatorem: & eleuatio poli mundi super horizontem. quanta est ergo eleuatio poli mundi super horizontē tanta ē & distantia puncti uerticalis ad æquatorē. quæ est & loci latitudo atq; ꝓpositū




De quattuor circulis minoribus Capitulum sextum.

21 ¶ Tropicus cancri est circulus minor: quem sol in principio cancri existens: ad motum primi mobilis describit: & solstitium æstiuum dicitur.

Tropicus capricorni est circulus minor: quem sol initium capricorni tenens: ad motum primi mobilis describit: quem & circulum brume dicimus.


22 Circul⁹ arctic⁹ ē circul⁹ mīor quē pol⁹ zodiaci ad motū ꝑmi mobilis circa polū mūdi arcticū describit

Circulus antarcticus est circulus minor: quem alter polus zodiaci circa polum mūdi antarcticum circinat & describit. Polum zodiaci: punctum unde cunq; eclypticæ æquidistātem nuncupamus. sunt enī poli zodiaci: axis eclyptipcæ extremitates. & pro distantia poli zodiaci a polo mundi cognoscenda hæc subdit regula.



23 Quanta est maxima solis declinatio tanta est distantia poli zodiaci a polo mundi. Quæ hoc pacto demonstratur.

Sit circulus a b d colurus solstitiorum: qui ex diffinitione per polos zodiaci pariter & polos mūdi transit. & sit linea a eclyptica & linea b æquator & punctus c polus zodiaci d uero polus mundi. dico ergo arcum c d qui ē distantia poli zodiaci a polo mundi æquum esse arcui b a qui est maxima solis declinatio. Nā arcus a c est quarta pars circuli a b d est enim c polus eclypticæ a sed & arcus b d est quarta eiusdem circuli. igit quartæ a c & b d adinuicem æquantur. & arcus b c est pars quartæ a c itidem & pars quartæ b d dempto igitur a duabus quartis a c & b d eodem cōmuni arcu qui est b c residua per conceptionem erunt æqualia. at dempto arcu b c ab arcu a c relinquitur b a & dempto eodem arcu b c ab arcu b d relinquitur c d æquantur igitur relicta adinuicem c d & b a quæ sunt distantia poli zodiaci a polo mundi & maxima solis declinatio. quod est propositum.



24 ¶ Ex his quoq; & determinatis in præcedente commento: distantias tum in cœlo: tum in terra cognoscere promptum est: ut esto a d k colurus solstitiorum. & linea a k horizon. linea b circulus brume c æquator d solstitium æstiuum e uertex capitis f punctus circuli borei puncto uerticali uicinior g polos mundi h punctus circuli borei a uerticali puncto remotissimus.

¶ Ad cognoscenda ergo alicuius loci notæ latitudinis citra æquatorē ad circulum æstiuum siti: distantiam horizontis ad punctum circuli borei sibi uicinius: ut arcum k h substrahe ab arcu g k (qui æquatur per regulam præcedentis capitis latitudiui loci) arcum g h qui æquus est maxi me solis de-

clinationi a ptolomæo diffinitæ.23.graduum &.51.minutorum & remaneat distantia petita.

¶Ad cognoscendam eleuationem poli mundi super horizonta eiusdem loci ut arcum g k quere loci illius cuiuscunq; per tabulam quarto capiti adiectam:latitudinem & per regulam præcedentis capitis habes tuam eleuationem.æquatur enim latitudo semper polari eleuationi.

¶Ad cognoscendam maximam eleuationem circuli arctici super horizontem ut arcum f k adde arcui g k eleuationi scilicet poli mundi super horizonta:arcum f g qui æquatur maxime solis declinationi:& habes petitum.

¶Ad cognoscendam distantiam puncti perticalis ad horizonta ut arcum e k partire.360.circuli numerum:per.4.& prouenient.60.scilicet interuallum uertícis capitis & finitoris.

¶Ad cognoscendam distantíam horizontis ad circulum æstiuum ex eadem parte quæ est arcus d k adiice arcui d h(quí est quarta circuli &.60 graduum)arcum h k prius cognitum:& habes interuallum inter horizonta:chelasq; eadem ex parte interceptum.

¶Ad cognoscendam distantiam horizontis eadem ex parte ad æquatorem id est arcum c k adde arcui d k proxime inuento:maximam solis declinationem.& interuallum proueniet petitum:

¶Ad cognoscendam maximam distantiam horizontis ad circulum brumæ hoc est arcum b k maximæ distãtiæ horizontis ad æquatorem nunc inuentæ:adiice iterum maximam solis declinationem ut arcum b a:& habes petitum . Arcus enim a k interuali horizontis ad horizontem notus est . nam circuli medietas:quæ est. 180. & hoc pacto cape distantias ab h polo scilicet zodiaci : ipsum ad g ad f ad e ad d ad c ad b ad a comparando.& hunc in modum de cæteris punctis:& cognosces promptissime omnes gradus & minuta distantiarum in cœlo quibus quidem cum similia ut terris respondeant gradus & minuta interuallorum tefræ facilíme dinosces.& latitudinem parisianam:horum interuallorum formulam subiunximus:eiusmodi distantiarum locorum solis superioris figuræ litteris usi ut k h pro eleuatione poli eclyptice super horizontem.& k g pro eleuatione poli mundi . & hoc pacto de reliquis & horum interuallorum distantiarumq; cognoscendarum promptitudo:non paruum ad cosmographiam Ptolomæi.& Geographiam Strabonis habet momentum.

Distãtiæ	G	M	Distãtiæ	G	M	Distãtiæ	G	M	Ad latitudinem.48.
k h	24	09	h c	113	51	f b	89	51	
k g	48	00	h b	137	42	f a	108	09	
k f	71	51	h a	155	51	e d	24	09	
k e	90	00	g f	23	51	e c	48	00	
k d	114	09	g e	42	00	e b	71	51	
k c	138	00	g d	66	09	e a	90		
k b	161	51	g c	90	00	d c	23	51	
k a	180	00	g b	113	51	d b	47	42	
H g	23	51	g a	132	00	d a	65	51	
H f	47	42	f e	18	09	c b	23	51	
H e	65	51	f d	42	09	c a	42	00	
H d	90	00	f c	66		b a	18	09	

25 ¶Aduerte præterea distantiam proxime a circulo boreo ad circulum cancri(quæ est arcus f d) inueniri subducendo maximam solis declinationem & distantiam circuli borei a cardine mundi:quæ eidem maximæ declinationi æquatur:scilicet c d & f g ab quarta circuli scilicet.90.gradibus.at maxima solis declinatio quæ est a ptolomæo perscripta gradus.23.& minuta .51. dupalta gradus conflat. 47.& minuta.42.subductis itaq; a.90.gradibus eiusmodi geminante distante gradibus.47.& minuta.42.relinquuntur gradus.42.& minuta.18.proxima scilicet distantia circuli borei ad cãcrum. quæ ut notat autor fere dupla est ad maximã solis declinationem.fere non ab re adiectum est: quia ea minor est duplo maximæ declinationis:quanto.47.gradus&.42.minuta superant.42.gradus &.18.minuta scilicet.5.gradibus &.24.minutis . neq; auctor exactam pro introductionis officio curauit ponere munerationem.


26 ¶Id demum animaduersione non est indignum:non omnino uerum esse maximam solis declinationem gradus.23.minuta.51.constanter seruare propter motum inclinationis octaui circuli : quem motum sol insequitur.scilicet indefinienda:determinandaq; maximæ declinationis quantitate:secutus est Alphraganum & ille ptolomæum cui nondum octaui circuli inclinationis motus quem accessum:recessiumq; uocant satis exoloratus euaserat quod ex theoricis fidelius requirere licebit.

De quinq; zonis Capitulum septimum.

27 ¶Paralellus circulus est qui quoquo uersus omniq; ex parte alteri circulo æquidistat ut circulus arcticus paralellus est circulo cancri : æquatori:circulo brumæ: & antarctico. & sunt quinq; paralelli in sphæra signati:qui sunt circulus arcticus:circulus cancri:æquator:circulus capricorni:& circulus antar

ticus .quoꝝ quattuor minores arcticus:cācri:capricorni: & antarcticus diſterminant diſtinguuntq; quinq; cœli zonas.

28 ¶Eſto ergo adiectæ figuræ a polus mundi b & c circulus boreus d e circulus cancri f g circulus brumæ h k circulus antarcticus l uero polus notius atq; aſtro noticus.erit prima zona ſcilicet borea:arcticaq;:totum inter b a c interceptum ſpacium: quæ continuo frigore rigens inhabitata ē. ſecunda erit totum inter b c & d e interceptum ſpacium:temperata atq; habitabilis tertia erit totum inter d e & f g interceptum ſpacium:feruore male : egreq; habitabilis . ſol enim illic ſecundum lineam g d (quæ nobis eclypticam deſignat) aſſidua uolubilitate gyros ducens ſuo feruore eam reddit inhabitatam.quarta eſt totum inter f g & h k interceptum ſpacium: temperata atq; habitabilis ſi aquarum uaſtitas & altera cœli facies id impune ſinat.quinta eſt totum inter h k l intercluſum ſpaciū:frigore ſemper horrens:atq; īhabitata.& cū dicimus aliquā cœli zonā:aut habitatā:aut īhabitatā hanc denominationem a ſimíli zona terræ illi cœleſti plagæ ſubiectæ intelligi uolumus.& inhabitam aut habitabilem dicimus:bene & facile habitabilem:cum autem inhabitatam in habitabilemue: egre:difficileq; habitabilem intelligimus.ſunt enim qui exuſtam torridamq; zonam nunc habitant multi.& hæ quinq; zonæ ſumpta ſphæra facile conſpiciuntur. Cætera autē litteræ intellectui peruia ſunt. Introductorii Aſtronomici de ſphæra ſecundi finis.



ENARRATIO Libri Terti.

De ortu & occaſu ſignorum:de diuerſitate dierum & noctium: & de diuerſitate climatum : & primo de ortu & occaſu Coſmico:Chronico: & Heliaco: hoc eſt mundiali:tēporali:& ſolari Capitulum primum.

Hæc ātē cognoscit̄ ꝑ argumētū latitudinis Lūæ ueꝝ. Vñ argumētū latitudīs Lūæ mediū ē arcꝰ zodiaci īter līeā ueri motꝰ capitis dragōis & līeā medii motꝰ Lūæ scd̄m successionē signoꝝ acceptꝰ. Argumētū ātē latitudīs Lūæ ueꝝ ē arcꝰ zodiaci a līea ueri motꝰ capitis ad līeā ueri motꝰ Lūæ nūeratis scd̄m successionē. Subtracto igit̄ uero motu capitis de uero loco Lūæ aut addito uero motu Lūæ cū medio motu capitis argumētū latitudīs Lūæ ueꝝ ꝑdibit.

¶ Declarat modū inueniēdi latitudinē in tabulis ꝑ cām. Repit̄ qdē latitudo Lunæ ꝑ ueꝝ argumētū latitudinis medio autē nō indigemus. Est nāꝙ uerum argumentū latitudinis Lunæ arcu zodiaci a linea ueri motus capitis scd̄m signoꝝ ordinē ad usqꝙ ueꝝ locū Lunæ. u. g. caput in a & Luna in b exñtibus erit argumētū latitudinis a b ꝙ remanet si a uero motu Lunæ demat̄ uerus motus capitis unde existēte initio arietis c si ex uero motu Lunæ c a b c a uerus capitis demat̄ argumētū ꝑdictum a b restat uel scd̄o hētur si medio motui capitis c b a addatur uerus Lunæ c a b resultat a b c a completa circulatio: qua subtracta a b ar



gumentū ueꝝ latitudinis ꝑdibit. Qd argumētū dicit̄ qa eo mediāte arcus aliter repit̄. sp nāꝙ arcus quo mediāte aliter pricipaliter itētus imediate repitur argumētū dicitur ꝑp cām dictā ī theorica de Sole. Et qa arcus itētus ē lunæ latitudo iō argumētū Lunæ latitudinis noīatum ē. Nā qñ argumētum nihil ē ꝙ cōtingit luna ī capite exñte: uel. 6. signoꝝ eadē ī cauda latitudo nulla ē qa nulla nūc ī nobis & cōsequnter ē ī eclyptica. Qñ uero ē. 3. signoꝝ uel nouē ī altero uētriū dragōis punctis. s. a nobis æqdistātibus maxia ē. Et in punctis a uētre æqdistātibus ad ptes oppositas æquales. Et similiter in pūctis æqualiter a nobis rēotis: quare cū argumētū designet h̄ loca in Luna latitudines accidūt mō dicta. Quæ licet in spico debeant declarari in plāo tñ conabor oīa demōstrare. unde exto zodiacus c a b cuius borealis polus d augē deferētes uero e a f cuius polus articus g qa arcus d c & g e sunt quartæ circuli sūt æquales: quare dēpto cōi arcu c g rēanet decliatio poli d g & declinatio supficiei e c ab eclyptica adiuicē æqualis similiter arcus d b & g f qa quartæ circuli eadē rōne æquātur: quare dēpto arcu cōi d f restat g d & f b æquales ꝑ tertiā cōceptionē primi: iō cū arcus c e & b f æqualēt arcui d g & adinuicē erunt æq̄les ꝑ primā cōceptionē eiusdē: declinatōes igit̄ deferentium augē & etiam ec. Lunæ ab eclyptica tā uersus septētrionē quā uersus adinuicē sūt æq̄les & maxie: ꝙ si nō erunt alibi Luna exñte in pūcto h cuius latitudo: circulo ꝑducto d i h erit i h & ducta q̄rta circuli g h erunt duo arcus g d g h maiores arcu d h per. 20. primi q̄ tam in plāo q̄ in spērico uerificatur: sed qa d e æquatur g d & g h erit longior d h quare dēptis æqualibus d c & d i per cōem scientiam relinquus arcus c e maior erit arcu i h quod est ꝑpositum. ¶ Et si l punctus eclyptice capiatur a c remotus quantū i ducta linea d l k & g k erunt duæ latitudines i h & l k æq̄les sunt nāꝙ duo latera g d g h triāguli g d h æq̄lia duobus lateribus g d g k trianguli g d l2 & basis d h basi d l2 per. 73. siquidē anguli ambo d sunt æquales per. 26. eiusdē arcubus c i & c l æqs exñtibus: quare demptus d i & d l remanent i h & l l2 latitudines æquales: qd̄ ē scd̄m: & qa m ex b æqualiter elōgatur ut l ex c erit latitudo n m æquales latitudi. l l2 q̄ cū æqualiter distēt a capite a siqdē a c & a b q̄rtæ sūt zodiaci patet tertiū. s. ꝙ Lūa æq̄liter a capite semota latitudies possidet æq̄les. Et hac de cā ī tabula latitudīs Lunæ in lineis numeri ponit̄ duplex ordo argumētoꝝ dans eandē uel æq̄lem latitudinē quoꝝ primus a nodo primā distantiā scd̄m ordinē signoꝝ & scd̄us denotat scd̄ā similiter ibidē notū est argumēto a. 90. gradu seu. 270. ultra citroꝙ æqualiter elōgato latitudo æqualis habetur. Quom igit̄ ꝑ uariationē argumēti uarietur latitudo Lunæ & ꝑ illud repiatur & hæc non imerite argumētū latitudinis Lunæ ē appellatū.

Deinde cum dicit.

Tres uero supiores duplicē hñt latitudinē unā q̄ cōtigit ꝑp declinationē supficiei deferētis a supficie eclyptice ī opposi-

tas ptes ſicut ī Lūa ſp q̄tītate maxīa īuaria bili manēte. Interſectiōes tñ deferētiū cū eclyptica ſup diāetro mūdi: q̄ ēt caput & cauda dicunt nō mouēt ſicut ī Lūa cōtra ſucceſſionē ſignoꝝ: ſed ſicut dictū ē ſcdm motū octauæ ſphæræ: ita ut auges deferē tiū illoꝝ ſp circūferētias eclyptice æqdiſtā tes a pte ſeptētriōis deſcribāt. Quāq̄ āt au ges illoꝝ ſp ſint ſeptētriōales nō tñ ī oībus trib⁹ ſūt pūcta maxīaꝝ latitudinū deferē tiū ab eclyptica: īmo ſolū iu Marte ſic ē ut aux deferētis maxīe declīet ad aqlonē ab eclyptica. Sed ī Saturno talis pūct⁹ diſtat ante augē ſui deferētis. ſ. cōtra ſucceſſionē qnquagīta gradib⁹ ī Ioue uero poſt augē .ſ. ſcdm ſucceſſionē gradibus uiginti.

¶ In parte hac ꝓſequitur de latitudine trium ſu perioꝝ planetaꝝ: qui propter hoc q̄ latitudinem hñt duplicē alterā ex parte deferentiū: & alteram cauſa epi. hic duo facit: quia primo notificat prio rem. Scdo uero ſecundam ibi. Latitudinē autem aliam. Dicit igitur primo q̄ tres ſupremi planete habēt unā latitudinē cōtingētē ob declinationē ſupficiei deferētis ab eclyptica uerſus auſtꝝ & ſeptentrionē per diuerſas medietates: q̄ ſicut in Lu na inuariabilis eſt: nūquā augetur neq; minuitur ſed æqualis ſemp rēanet quapropter qñ plāeta ē in pte uerſus aqlonē declinantem latitudinē ha bet aqlonarē: & quādo ē in alia meridionalē: in nodis uero nullā inuenitur rōabiliter latitudinē hñe. Differūt tamē a Luna q iſtoꝝ interſectiōes q̄ caput cauda etiā dici poſſunt nō mouētur ſicut in illa cōtra ordinē ſignoꝝ ſed tñ motu .8. ſperæ pp hoc q̄ deferētes augē mouēt eodem motu ſuper axi orbis octaui: quare oīum triū auges ſemp ſep triōales ſūt ex quo deſcribūt circulos polis eclyp tice & ipſi eclyptice: ut dictū fuit & demōſtratū in tertia theorica æqdiſtātes: q̄re ex quo uerſus ſeptē trionē īuēte ſunt auſtralē latitudinē nūq̄ acqrēt. licet autē augiū puncta ad articū polum uergant: nō tamē īter oīa puncta circunferētiaꝝ deferētiū ei polo maxime uicinatur & ab eclyptica remouē tur in oībus tribus hiis planetis: ſed tñ aux Mar tis maximam habet latitudinem propter hoc qui æqualiter diſtat a nodo utroq; & in uentre drago nis reperitur: uero nanq; uentrem dragonis pun ctum ab ambobus nodis gradibus .90. elōgatum qd ab eclyptica latitudinē habet maximā ut ſupra mathematice patuit: in hoc igitur uentre eſt aux Martis. ut cōprēſum eſt & in alio oppoſito augis eiuſdē oppoſitum: q̄re aux latitudine ſeptentrio nalem ultimā habet & oppoſitū meridionalē. Eſt nanq; caput Martis in tauri .14. gradu. 54. m̄. hoc tpe nīo. 14. 95. cauda uero in oppoſito Scorpiōis .14. g. 54. m̄. in quoꝝ medio ē aux. 14. g. & 54. m̄. Leōis & oppoſitū in. 14. g. & 54. m̄. in reliqs uero duobus Saturno & Ioue auges non ſunt in uen tre dragonis eorum neq; maximaꝝ latitudinum ſunt puncta: nam punctus habens maximam lati tudinem in Saturno eſt ante augem eiuſdem ſcili cet contra ordinem ſignorum .30. g. nam eodem tempore caput dragonis Saturni eſt in Cancri. g. .23. m̄. 6. & cauda. 23. Capricorni &. 6. m̄. & uenter eiuſdem dragonis eſt. g. 23. 6. m̄. Libræ ī quo eius aux non eſt immo .30. g. poſt ín. 23. Libræ &. 6. m̄. At in Ioue uenter dragonis eſt poſt augem. 20. g. nam caput eſt in. 13. g. Cancri &. 29. m̄. cauda uero in Capricorni. 13. g. 19. m̄. & uenter in eodem. g. Li bræ aux uero eius in Virgine. g. ſimili. Quæ oīa ſi inſtrumento oñderentur appropriato clara fierēt.

Deinde cum dicit.

Latitudinē āt aliā ex pte ſupficiei plane epicycli qñq; a ſupficie deferētes plana de clinātis. Mouet āt epicyclus ī latitudinē reſpectu augis uere ſup axe ſuo cētꝝ ei⁹ & lōgitudīes medias trāſeuntes: taliter tñ ut cum cētꝝ epicycli fuerit ī nodo capitis aut cau de: aux uera & oppoſitū epi cycli dire cte ſint ī ſupficie deferētis & ſupficies epi cycli ī ſupficie eclyptice. Poſtq̄ āt recedit a nodo diāeter augiū epicycli declinare īci pit a ſupficie deferētis: ita q̄ oppoſitū au gis uere epicycli rēoueri īcipit ſupficie de ferētis uerſus eā ptē ad quā medietas de ferētis p quā tūc moueri cētꝝ epicycli inci pit ab eclyptica: & aux uera epicycli tātun dē ad ptē oppoſitā. Et ſic cōtinue rēouet aux & oppoſitū augis epicycli a ſuperficie deferētis dōec cētꝝ epicycli pueniet ad pūctū deferētis maxīe ad eclyptica declinan tē. ſ. īter duos modos mediū: tūc maxime epicycli ſupficies cū dicta diametro a de ferēte declīat. Ab hoc āt loco ſucceſſiue de clīatio epicycli a deferēte mīorat uſq; quo cētꝝ epicycli puenerit ad modū aliū ī quo iteꝝ tota ſupficies epicycli erit ī ſuperficie eclyptice: & diāeter augiū ueraꝝ ī ſupficie deferētis. Vñ axis ſuper quo fit mot⁹ iſte ī latitudinē ſēper dū cētꝝ epicycli extra no dos fuerit ſuperficiei eclyptice æqdiſtabit.


¶ Declarat ſecundum latitudinem quam tres ſu periores acquirunt motu epi. in latitudīe. Ex qua ſecundo infert quattuor corelaria ibi. Ex hiis ap paret. Superficies plana epi. in qua planeta in lon gitudine defertur nunquam ē in ſuperficie plana

ec. sed qñq; in eclyptica. Q d'ut possit declarari: qa in plano nō pōt demōstrari. Capiatur instr mentum cuius eclyptica secetur a superficie deferentis & epi. situ tur in sectione altera ex qua septentrionem incipit moueri motu ec. quæ caput dicit ibi tota superficies epi. sit in superficie eclyptice: cuius centrum quia est in nodo ibidem aux uera & oppositum reperientur: quare ambo erunt in superficie deferentis. Moueatur hinc centrum epi. motu ec. borealem acquirendo latitudinem & proportionaliter aux uera inclinari incipiat uersus eclyptica & oppositum uersus septentrionem partem oppositam polis factis duobus punctis mediarum longitudinem & continue sicut centrum epi. appropinquat uentri: ita inclinatio p̄dicta continue augmentetur: q; dum centrum epi. erit in uentre puncto maxime declinante talis iclinatio ultima sit hoc est tam aux q̄ augis epi. oppositum ad partes oppositas a superficie ec. maxima elōgata sint. Ab hoc autem loco moueatur centrum epi. uersus cauda latitudinem epi. centri incipiēte minui & inclinatio prædicta minuetur continue usq; dū centrum epi. in cauda fuerit ubi eo nullam possidente latitudinem inclinatio nulla erit: īmo scdo tota superficies epi. sub supficie eclyptice: & aux cū oppositō quia in nodo in utraq; superficiem scilicet ec. & eclyptice. Inde uero centro epi. uersus uētre australem moto aux scdo incipiet uersus eclyptica reflecti & oppositum uersus polum meridionalē: quæ cōtinue augetur & maxima iterū fiet illum uentrem epi. possidente: eo q; epi. ab eclyptica ultimam habet elongationē. Quo recedente a uentre & capiti scdo appropinquante inclinatio minuitur & aux & oppositū uersus superficiē deferentis redeunt: in qua erunt dū cētrum epi. nodū caput adipiscetur ubi qa centrū epi. ab eclyptica nō elongatur: & diameter augis epi. uere a deferentis superficie non differet. unde quantum centrū epi. elongatur ab eclyptica: tātū a superficie deferentis aux & oppositum: ita q; oppositum a dicta ec. superficie elongatur uersus eandem partē ad quam cētrum epi. latitudinē acquirit: & aux erit īter eclypticam & superficiem p̄fatam. Et sic patet qualiter epi in latitudine moueatur motu inclinatiōis super axi eunte per centrum epi. & eiusdem longitudines medias: quæ quidē axis uel in eclyptica erit qñ. s. centrum epi. est in nodis: uel eidem æquidistat uidelicet eodem extra nodos existente.

Deinde cum dicit.

Ex his appet prīo q; axis ut dictū ē supius sup quo fit reuolutio epicycli ī lōgitudinē: Axi eclyptice qñq; æqdistat qñq; uero nō: nūq̄ axi eccētrici æqdistabit. scdo sp corp⁹ plāetæ dū ī supiori medietate epicycli fuerit cētro epicycli extra nodos existēte erit īter duas supficies. s. eclyptice & sui deferētis: dū āt fuerit ī īferiori medietate epicycli erit distāti⁹ ab eclyptica quā deferēs ab eadē. Nō igī sp astq; īter deferē tē & eclypticā repiet. Tertio auges epicycloq; ueras & medias nō sp terminos eē lineaq; q̄ p cētrū epicycli trahūt. Verū tamē eas p tales līeas cōtīgit determinari. unde aux media epicycli sp ē ī supficie plana orthogonaliter supficiē deferētis ī līea augis medie secāte & aux uera epicycli ī simili supficie secāte deferētē ī līea augis uere. q̄rto māifeste patet cētra deferētiū & æquātiū a supficie plana eclyptice declinare. Latitudies āt horū q̄ scribūt ī tabulis cōtīgūt dum centrum epicycli in puncto deferentis maxime declinante fuerit.

¶ Quattuor ex dictis cōcludit corelaria. Quorū primū ē q; axe eclyptice qñq; æqdistat axis supra quo fit motus in longitudine & qñq; nō: nunquā tñ axi ec. pede quibus demōstrandis a b c d in cētro e circulus describatur: cuius eclyptica a c & polī b & d p̄ducta axi b e d sitq; epi. in eclyptica in pūcto a erit eius superficies eadem cum eclyptica f g & axis eiusdem h a ī quia igitur cēs anguli ē sunt recti & etiam a ex quo formati sunt ínfia quartas circuitorum eorum: erūt duo axes eclyptice b d & epi. h i æquidistantes per. 27. & 28. primi quare cētro epi. in auge ec. existente axis eiusdem epi. æqdistabit axi eclyptice qd' ē primū. Extra uero eclypticā qa p p̄dicta diameter augis & supficies epi. inclinatur ut in eadē figura erit dicta diameter k l & supficiei eclyptice ut patet minime distat quare ob eandē cām axis epi. eo extra nodos exīte axi eclyptice nō erit æqdistās qd' ē scdm: & hoc dicebat' in theorica triū supioq; cuius ego ad hunc locū declarationē seruaui. At qa supficies epi. ut patuit supficie ec. nunquā æqdistat īmo eā secat epi. axis ab ea ec. nūquā æqdistabit: qd' ē tertiū. ¶ Secundū corelariū cētro epi. extra nodos cōstituto qa aux epi. uera uersus eclypticā a supficie deferētis inclinatur & oppositū uersus p̄tē oppositā magis ab eclyptica remotū seq̄t q; si plāeta sit in parte epi. sup̄ma. s. uersus augē erit inter eclypticā & supficiē deferētis: & q̄ eadē minorē possidebit latitudinē. At si sit uersus oppositū augis in pte infima epi. mediis lōgitudinibns maiorē habebit latitudinē q̄ dicta supficies: qua de cā nō sp planeta inter eclypticā & supficiē ante dictā ut maledicūt qdā reputur. ¶ Tertiū corelariū nō sp aux media & uera epi. terminat lineas a cētro mūdi & æquātis p̄ducte p cētrū epi. p̄babitur in p̄tacta figura in qua zodiacus fiat ec. cuius supficies a c a qua declinet supficies plana epi. k l & sit k aux cētrū mundi e & æquantis m motū ē q; si ducantur lineæ e k augis uere & m l augis medie p cētrū epi. minime trāsibūt. Q d' si p̄ducāt a eisdē e f & m f sp epi.



medium ab auges k minime terminabuntur: quã docũq; igitur ſuperficies plana epi.a ſuperficie plana ec.ſemota eſt per augẽ & oppoſitum lineæ augis uere & medie non penetrabunt centrum epi. Et eo caſu utraq; aux in ſuperficie plana epi.orthogonaliter cadente ſuperficiem ec.eamq; ſecante in lineis augium dictarum. Quod & ſi non niſi in ſperico demonſtrari poſſit:tamen in prædicta figura plana ita exemplifico: ex quo nanq; ſuperficies ec. eſt a c quam ſuperficies epi.ſecundum eius latitudinem l2 f i ſecat orthogonaliter í linea e f & m f erit aux utraq; in hac ſuperficie ſecundum latitudinem:& ſecundum longitudinem ſemper i ſuperficie l2 l erit igitur l2. Contíngit tamen quanlibet earum lineas per medium epi.productas terminari & hoc quando centrum epi.in nodís moratur. Quare tunc dux & oppoſitum erunt in ſuperficie f f & g. Quare ducta linea e f per centrũ epi. a puncto f augis terminabitur. Hoc autem qui uult mẽte capere inſtrumentum materiale ſpericum habeat apud ſe: quia aliter nullus percipere poſſet niſi uigeat imaginatione. ¶ Sed contra hoc tertium corelarium non incongrue quis dubitare poſſet: quom aux media in theoricis Lunæ & trium ſuperiorum planetarum deſcripta ſit per eſſe punctum terminantem lineam per cẽtrum epi. protractam & ſimiliter aux uera oſtenditur per lineam idem centrum penetrantem. Qua de cauſa q̃ augis dictæ oſtendantur a lineis per cẽtrum epi. eſſentiale eſt eis. Sed quod eſt alicui eſſentiale ſemper ineſt ei:quare ſemper líneæ oſtendentes auges per medium epi.præteribunt. ¶ Et cõfirmatur quia qd̃ eſſentiale eſt alicui & in illius ponitur diffinitione non accidit ei: eſſentiale nanq; & accidentale ex oppoſito diſtinguuntur:ſiquidem igitur auges terminare lineas productas per centrum epi. eſt eis eſſentiale:qualiter igítur hoc continget ut in littera dicit autor. ¶ Immo quod plus eſt ſibi ipſi contradicit cum in theoricis prænominatis diffiniuerit auges epi.ceu modo dictum eſt: & modo eius habet oppoſitum. ¶ Secundo ad idẽ aux eſt lineæ punctus longiſſime quæ poſſit trahi a cẽtro ad circunferentiam epi.ideo nanq; aux nominata eſt:quia eſt circunferentiæ epi.punctus a centro remotiſſimus ut dictum eſt in allegatis theoricis modo linea quæ ad epi.producitur circunferẽtiam & non per centrum eius non eſt longiſſima: neq; eam terminans pũctus a cẽtro remotiſſimus ut ſi linea augis uere eſſet e l2 non tranſiens per cẽtrum epi.cum duo latera a e & a l2 triãguli a e l2 per.20.primi elementorum ſint longiora tertio e l2 & dicta duo latera a e & a l2 æquiualeant lineæ e f ſequitur lineam e f eſſe longiorem linea augis e l2 & conſequenter f punctum circunferẽtiæ epi. remotiorem a cẽtro e q̃ l2 aux uera:quod ſi ſit falſum quilibet fatetur. ¶ Ad hoc dubium reſpondetur breuiter augem epi. tam ueram q̃ mediam ſemper oſtendi per lineas centrum epi.penetrantes & a centro a quo accipiuntur ſemper maxime diſtare inter omnes punctos ſuperficiei plãe q̃ planeta motu longitudinis deſcribit. Pro quorum declaratione eſt notandum q̃ lineam per cẽtrum epi.tranſire dupliciter contingit:primo modo tãtum ſecundum epi.longitudinem ita q̃ illa linea termíetur ad eundẽ punctum zodiaci ſecundum lõgitudinem quo finit linea uere per centrum íllud tranſiens:unde qa hæc duæ lineæ ſunt in pũcto eodem zodiaci & cõiunctæ ſecundum longitudinem ambe per cẽtrum eius tranſire dicuntur quia ambe ſecant epi.ſecundum eius lõgitudinẽ in partes æquales. Et iſto modo lineam tranſire per centrum epi.in diffinitione augis ponitur. Sẽ per nanq; aux quelibet per lineam penetrantem centrum epi.modo declarato oſtenditur. Qualiter etiam autor in præallegatis theoricis intellexit. Alio modo linea poteſt per centrum epi.tam ſecundum longitudinem q̃ etiam latitudinẽ trãſire q̃ ſit eius axis nec aliquo modo a dicto cẽtro remoueatur & ita lineas augium per cẽtrum tranſire non eſt neceſſe:immo contingit ſicut in textu dicit autor:quando nanq; in nodorum aliquo ẽ epi.tunc linea augis tranſit per medium eius ex quo centrum & aux eſt in circunferentia ec. alias uero epi.a nodis remoto non tranſit per eius medium quia aux remota eſt a circunferentia ec. & eius ſuperficie plana. Et per hoc ſolutum eſt primum: eſt nanq; eſſentiale augi quod oſtendatur per lineam penetrantem centrum epi,primo modo ſcilicet tantum ſecundum lõgitudinem ſi per idem tranſeat ſecundo modo contingit. Et conſequenter patet q̃ autor ſibi non cõtradicit cum diuerſos habeat hic & ibi intellectus. ¶ Ad ſecũdũ reſpondetur q̃ aux eſt punctus ſuperficiei plane epi.maxime a centro a quo accipitur elongatus ut aux uera a cẽtro mundi & media a cẽtro æquãtis uerum quia tam auges epi.q̃ oppoſita imaginantur pro habenda diſtantia planetæ: ibi uel in parte illa eſt aux ſimílr & eius oppoſitum ubi planeta eſſe poteſt & moueri:at quia planeta nõ mouetur niſi in ſuperficie epi.plana: illius ſuperficiei punctus maxime remotus aux eſt nominatus: & licet in epi.plures puncti diſtantiores iſto dentur quia tamen in eis nunquam eſt neq; erit planeta aux illorum nullum nomiaui merietur. Exempli cauſa in figura priori eſt ſuperficies plana epi.qua

in longitudine defertur k l & ſemper in ea eſt in qua ex quo non datur punctus diſtantior a cẽtro ille eſt aux & non alius. Si uero epi. ſit in nodorũ aliquo. tunc punctus augis diſtantior eſt a centro non tantum aliis qui ſunt in ea ſuperficie uerum etiam cæteris: & hoc eſt contingens. Et ita patet ſolutio huius quæſtiõis: quam & ſi alio modo potuiſſem ſoluere. quia tamen prædicta optima uidetur mihi & ita eſt: nolo multiplicare ſermõem.

¶ Quartum corelarium ſæpius deductum ẽ præcipue in theorica Lunæ & trium ſuperiorũ: quom nanq; in hiis auges ab eclyptica latitudinem poſſideant & centra deferentium & æquantium augi bus ſupponentur eadem nanq; linea a centro totius per centra dicta tranſiens ad auges definit: clarum eſt & ea a circunferentia eclyptice elongari: quin immo ad partem eãdem ad quam auges: unde quia trium ſupremorũ planetarũ auges ad ſeptentrionem declinant & centra ea erunt borealia & hoc quartum corelarium nõ infertur ex hiis q̃ dicta ſunt de motu latitudinis epi. uel ec. dictum eſt enim ibi q̃ ſemper auges horum trium ſeptentrionalem habent latitudiem quare ſequitur q̃ & centra eorum. ¶ Patet igitur q̃ hiis tribus planetis duplex cõtingit latitudo ratione ſcilicet deferẽtis: & cauſa epi. quæ multiformiter uariẽtur in tabulis ſcripſerũt antiqui nñi Aſtronomie Autores latitudines planetæ uarietas per ſingulos gradus epi. & argumenti: ac ſi centrum eius eſſe in uentre dragonis & puncto ec. maxime declinante: nõ. n. potuiſſent ſignare latitudines uarietas per ſingulos gradus argumenti epi. in ſingulis gradibus cẽtri ueri cõſtituto. Quia quot in ec. eſſent gradus tot induiſſent tabulis quod longum fuiſſet nimis & nõ minus faſtidioſum. Sed tantum eas quæ in uentre exiſtente epi. contingunt notarũt q̃ ſi epi. ibi morari æquatum centrum oſtendat latitudo tota quam uerum dat argumentum planetæ eſſet latitudo. At ſi p̃dictus epi. nõ fuerit in uentre nõ erit tota latitudo plãetæ: ſed de ea capiẽ pars ꝓportionalis ad totã ceu minuta per cẽtrũ repta ad. 60. ſe habẽt. Quam opationẽ quia tabularum canoniſte declarãt amplius cã notificare nõ curo.

Deinde cum dicit.

Sed Venus & Mercurius triplicem ſolent habere latitudinem. Vnam ex parte deferentis quæ deuiatio dicitur. Aliam ex parte inclinationis diametri augis uere & oppoſiti epicycli quæ inclinatio uocatur. Tertium ex parte reflexionis diametri longitudinum mediarum reſpectu augis uere quæ reflexio appellaẽ. Superficies nãq; deferentis in latitudinem nũc ad partem ſeptentrionis nunc meridiei ſuper diametro mundi mouetur. Cuius motus poli utrinq; ab auge æquantis nonaginta gradibus eclyptice diſtant. Ibi enim caput & cauda fiunt. Hic tamẽ motus latitudinis motui centri epicycli taliter eſt proportionatus ut quando centrum epicycli fuerit in aliquo loco nodorum ſcilicet nonaginta gradibus ab auge æquantis diſtans: nulla eſt deuiatio deferentis: ſed tota ſuperficies eius in ſuperficie eclyptice exiſtit. Deinde centro epicycli eius a nodo recedente incipit deferẽs deuiare ita ut medietas eiꝰ quam ingreditur centrum epicycli in Venere quidem ſemper declinet ad aquilonem: in Mercurio uero ſemper ad auſtrũ. Et augetur ſucceſſiue deuiatio donec centrum epicycli peruenerit ad augem deferentis uel eius appoſitum: tunc enim deuiatio eſt maxima: in Venere quidem minuta decem ſeptem in Mercurio minuta quadragintaquinq;: quæ ulterius cõtinue minoratur uſq; quo centrum epicycli in nodum alium peruenerit: ubi rurſus nulla fiet deuiatio. Poſt iterum fiet ut prius. Vnde patet ſicut nunquam centrum epicycli Veneris uerſus meridiem deuiat ab eclyptica: ita nuuquam centrum epicycli Mercurii uerſus aquilonem contingit deuiare. Manifeſtum eſt etiam motum circuitionis centri epicycli in deferẽte æqualem eſſe reditioni deferentis in latitudine Hinc ſimiliter apparet polos ſuper quibꝰ fit motus deferentis in longitudinem ut dictum eſt ſupra: nunc ad polos zodiaci accedere: nunc ab eis remoueri. Propter dictas autem deuiationes orbibus p̃numeratis alium modo concentricum p̃dictos omnes includentẽ ſuper addi uideẽ oportere ad cuius motum trepidationis prædictæ deuiationes accidant.

¶ In hac pte motus in latitudiẽ Veneris & Mercurii ĩnoteſcit: hñt nãq; tres motus latitudis eorũ ſinguli quorũ primi cã ẽ ec. q dicit deuiatio: ſcdi epi. p diametrũ augis & oppoſiti q ĩclinatio nominat tertii uero idẽ epi. p diametrũ euntẽ p lõgitudies medias eius: quẽ reflexionẽ appellarũt: iõ tria facit prĩo nãq; de ec. deuiatiõe: ſcdo de epi. ĩclinatione ibi: ſed ſupficies plana epi. & tertio ꝓſequit de eiuſdẽ reflexiõe ibi. ſcdo autẽ mouet. Ad hoc ut

motus deuiationis percipi possit capiatur instrumentum proprium sphericum habens superficiem planam eccẽtrici secantem eclypticam in duobus locis oppositis capitis scilicet & caude dragonis: in quibus sectiõibus claui taliter sint infixi q̃ possit super eis dicta superficies in latitudine moueri ut pars borealis australis:& australis fiat borealis. & talis motus deuiatio dictus est eo q̃ eo superficies eccen.deuiat nunc ad arcos & nunc ad austr̃ ab eclyptica. Ponatur nãq; epicyclus in dictorum altero nodorum: & superficies eccentrici sub eclyptica nusquam deuians.Inde epicyclus in longitudine motus remoueatur & proportiõaliter superficies incohat deuiatiõem:ut medietas in qua epicyclus Veneris egreditur ad septentriõem:& Mercurii ad austrum & oppositе medietates ad partẽ oppositam deueniant.Et augentur huiusmodi deuiationes usq; quo epicycli dictorum perueniant in uentram dragonis punctum.90.gradu a dicto nodo semotum : in quo eis existentibus maxime erunt in Venere.17. minutorum &.45.in Mercurio . A quo loco epi.elongatis diminuuntur usq; ad secundum nodum:ubi nulla erit sed tota circũferentia eccẽtrici secundo fiet in eclyptica. Remoto autem epicyclo ab hac sectione uersus uẽtrem reliquum iterum deuiatio acquiritur ut pars in qua Veneris epicyclis ẽgreditur ad boreã & Mercurii ad meridiem deuiant & reliquæ medietates oppositas acquirant latitudinem : & epicyclo in uentrem per uento secundo maxima erit . A quo si discedat uersus priorem nodum deuiatio remittitur in tantum ut in nodo nulla fiet sicut prius: & eadem dispositio reuersa erit. ¶Notandum ẽ pro perfectiori intelligentia huius partis q̃ antiqui astra contemplantes epicyclum Veneris septẽtrionalem possidentem latitudinem: ad eclypticã perceperunt appropinquari:ad quam per uentum ubi nullam possidentem latitudinem austri nam acquirere expectarent ad partem septentriõalem reuersum esse admirati sunt . Quare cum ingressus sit medietatem quæ erat meridionalis & non est factus meridionalis immo iterum septentrionalis:fateri coacti sunt medietatem illam septentrionem aquisiuisse latitudinẽ ubi prius meridionalem haberet : & reliqua quæ septentrionalis in meridiem uersa esset : quam motum deuiationis nominauerunt quí modo expositus est . Econtrario autem epicyclum Mercurius moueri deprenderunt: qui cum esset australis uersus eclypticam motus latitudinem perdens ad meridiem iterum se contulit quare cum deuenerit ad partem illam quæ septentrionem possidebat & nõ est factus septentrionalis cõcluserunt partem dictam cum epicyclo ad austrum motam esse:& oppositam ex austro ad aquilonem.Et hoc est quod primo inferẽdo ait q̃ sicut nunquam centrum epicycli Veneris ab eclyptica uersus austrum ita nunquam centrum epicycli Mercurii uersus septentrionem deuiat. ¶Secundo infert q̃ æquali tempore ♄ est in anno cẽtrum epicycli circuit & complet' motum longitudinis & eccentricus motum deuiationis quia donec epicyclus Veneris mouetur in medietate eccentrici illa deuiat uersus septentrionem:at quando est in alia illa prior uersus austrum : sed motus deuiationis integratur ex partiali deuiatione uersus septentrionem & deuiatione uersus meridiem:quare donec epicyclus moueatur p utrãq; medietatem motus deuiationis complebitur. ¶Tertio infert q̃ propter hunc motum sicut eccẽtrici superficies ab eclyptica ad partes diuersas elõgatur & ei appropinquat ita & poli eccẽtrici a polis eclyptice recedunt & accedunt siquidem poli quarta circuli distant a superficie:qd̃ patet ex multotiens dictis. Et hoc dixi etiam in theoricis Veneris & Mercurii : quod hic promisi exponere. ¶Quarto infert q̃ cum epicycli deferens habeat motum proprium in longitudine zodiaci motus hic in latitudine ei non erit proprius siquidẽ corpora singula singulis ferũtur motibus.erit igr̃ aliud corpus mundo concentricum ambiens totã spã cuiusq; eor̃ Veneris & Mercurii qd̃ motu ꝓprio deuiatiõis motu ferat & rapiat orbes eor̃.

Deinde cum dicit.

Sed superficies epicycli plana a superficie deferentis hac atq; illac declinando mouetur. Primo super diametro epicycli per lõgitudines medias ab auge uera eunte:quo motu fit ut diameter augis uere & oppositi superficiem deferentis secet : ita ut aux ueram unam partẽ & oppositum in aliam a deferente declinent.Hæc tamẽ declinatio motui centri epicycli taliter proportionatur ut quandocũq; centrum epicycli fuerit in auge æquantis dicta diameter nusquam a deferente declinet sed insuperficie eius constituatur. Centro autem epicycli ab ea recedente aux uera epicycli a superficie deferentis declinare incipit : in Venere quidem uersus septentrionem: in Mercurio uero ad meridiẽ:& oppositũ augis uere ad ptẽ oppositã: q̃ declinatio continue augetur usq; quo centrum epicycli ad nodum caude peruenerit scilicet dum ab auge æquantis nonaginta gradibus secundum successioñem signorum distiterit:tunc enim maxima dictæ diametri cõtingit declinatio quæ postea continue minorabitur donec centrum epicycli ad oppositum augis æquantis puenerit ubi rursus nusq̃ dicta diameter declinat sed ĩ su-

perficie deferentis cõstituit. Inde uero cẽ tro epicycli recedẽte uersꝰ nodũ aliũ aux uera declinare incipit a supficie deferẽtis in Venere qdẽ ad meridiẽ in Mercurio ãt ad aquilonem: & oppositũ augis ad par tem oppositã: & maioratur successiue de clinatio donec ad nodũ alium peruenerit cẽtrum epicycli: ubi rursus maxima fiet. De hinc autem decrescit donec in augem æquantis uenerit: ubi sicut primo dicta diameter in superficie deferentis erit. In de prior dispositio redit. Quandocunq; igitur maxima deferentis deuiatio cõtin git nullam epicyclus declinationem ha bet: & quãdo hæc nulla est: illa maxĩa est.


¶ Manifestat secũdã latitudinẽ q̃ epicycli incli natio dr̃: mouet nanq; epicyclus Veneris & Mer curii in latitudine sup axi eũte p cẽtr̃ eius & me dias lõgitudines: ut aux uera a supficie deferentis & oppositũ ad diuersas partes ut in tribus supio ribus remouent taliter ut cũ epicyclus fuerit ĩ au ge æquãtis inclinatio dicta nulla ẽ imo tota dia meter augis epi. est in supficie deferẽtis. Sed si ab auge elõgetur declinatio incipit auge. s. Veneris epicycli ad borealẽ polũ Mercurii uero ad austra lẽ & oppositio ad partẽ oppositã ĩclinãte: q̃ succes siue aucta maxĩa fiet dũ epicyclus ĩ node caude p uenerit ab hoc aũt loco epicyclo elõgato illa di minuitur in tãtũ q; eo augis oppositũ possidente ĩtr̃ nulla ĩuẽta erit. Ab oppositio ãt augis æquã tis discedẽte incipiet secũdo inclinatio augis epi cycli Veneris ad meridiẽ & Mercurii ad septen trionẽ & oppositor̃ ad oppositas partes & ultĩa erit ĩ nodo capitis. Inde uero decrescet ut ĩ auge epi. morãte ut prius nulq̃ augis ad diameter a su perficie ec. plana ĩclinata erit: uñ qa ĩ nodo nulla eccẽ. deuiatio & maxĩa epicycli inclinatio: ĩ uẽ tre uero deuiatio maxĩa & ĩclinatio nulla: q; ecõ trario mõ hæ duæ latitudĩes se hẽant notũ ẽ.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Secundo autẽ mouet supficies plana epicycli a supficie deferẽtis declinãdo su per diametro epicycli p augẽ uerã & eius oppositũ eũte: quo motu fit ut diameter per lõgitudines medias ab auge uera trã siens supficiẽ deferẽtis quãdoq; fecet: ita ut medietas epicycli siniſtra ĩ unam par tem: dextra in aliam a deferente reflectã tur: siniſtrã aũt uoco q̃ post augẽ epicycli secũdũ successionẽ existit. Hæc tamen di cta diametri reflexio etiam motui centri epicycli ꝓportionata est taliter ut quãdo cũq; cẽtrum epicycli fuerit in nodo capi tis scilicet in intersectiõe ante augem de ferentis cõtra successionem signor̃ gradi bus nonagĩta nulla sit dictæ diametri re flexio: sed in eadẽ supficie cũ deferẽte lo cetur. Centro aũt epicycli hinc uersus au gẽ recedẽte medietas diametri dictæ sini stra siue oriẽtalis a superficie deferẽtis: in Venere quidẽ ad septẽtrionẽ sed in Mer curio ad austrũ incipit reflecti. altera ue ro medietas uersus partẽ oppositã: quæ quid reflexio continue augetur usq; quo centrum epicycli ab augem æquantis ue nerit ubi tunc maxima fiet. Post uero uer sus nodum alium decrescet donec ad eũ dem centrum epicycli perueniet ubi rur sus nulla accidet reflexio. Sed ab hoc lo co centro epicycli transeunte uersus op positum augis æquantis iterum medie tas siniſtra diametri euntis per longitudi nes medias incipit reflecti: in Venere qui dem ad meridiem ad aquilonem autem in Mercurio & augebitur usq; quo ueniet ad oppositum augis æquantis: ubi tunc iterum maxima fiet. Hinc autem minue tur successiue usq; dum centrum epicy cli ad nodum capitis reuertitur: ubi nul la fiet reflexio: & rursus habitudo prior redibit manifestum est igitur in loco de ferentis ubi nulla contingit epicycli de clinatio maximam eius reflexionem acci dere. Deuiationes itaq; ab eccliptica de clinationes autem & reflexiones a defe rente computantur. Et quæ scribũtur in tabulis sunt quæ contingunt dum maxi me fiunt. Cum autem maxima contin git reflexio scilicet in auge deferentis uel oppositio existente centro epicycli extreni tas diametri quæ reflectitur minorem ha bet reflexionem quam plures partes cir cunferentiæ epicycli sub ea uersus oppo situm augis existentis: punctus tamen cir cunferentiæ epcicyli contactus a linea eam contingente a cẽtro mundi protra-

cta: tũc p̃ cæteris maximã hẽt reflexiõem sicut itaq; motus declinatiõis epicycli fit sup diametro q̃ reflectit᷑ ita ecõuerso motus reflexiõis epicycli sup diametro declinãte accidit. Vñ uicissim una ẽ axis motꝰ alterius. Nõ igit᷑ ĩ istis sicut in supioribus oportet axe sup quo sit motꝰ inclinatiõis epicycli cũ extra nodos fuerit supficiei eccliptice æquidistãte. Propter dictas epicycloꝝ ĩclinatiões atq; reflexiões orbes pui epicyclos intra se locãtes a qbusdã ponũtur ad quorum motum eadẽ contingũt.

¶ Exponit tertium motũ in latitudine Veneris & Mercurii ex reflexiõe diametri p lõgitudines medias euntis: polis factis pũctis augis uere & oppositi eius supra qbus p̃dicta diameter reflectit᷑ scdm unã partẽ ad polũ alteꝝ: & ad reliquũ p alterã a supficie deferẽtis: centro epicycli a supficie eadẽ nũq̃ elõgato: lõgitudinũ mediaꝝ punctus oriẽtẽ uersus ad quẽ primo puenit planeta in auge existens epicycli sinister dicit᷑: & medietas illa tota epicycli ab auge uera ad oppositũ usq; ĩ qua dictus punctus intercipitur sinistra pars dicta est: reliquus punctus cũ medietate dexter: cuius causa est quia ĩ situ nostro illa sinistra & hæc dextra: uel & melius quia ad partem oriẽtalem defertur planeta motu proprio directo ab occidẽte incohans illum: unde autem incipit motum secũdo de cœlo dextrum & sinistrũ dicitur ad quod desinit: nõ igitur siue ratione has denominatiões p̃dictæ partes sortite sunt: accepto modo instrumẽto appropriato epicyclus ĩ nodo capitis situetur qui augẽ præcedit gradibus nonaginta: ubi reflexio nulla inuenta erit qui ĩmo tota diameter lõgitudinum mediaꝝ epicycli in supficie deferẽtis situabitur. Moueatur deinde epicyclus motu eccentrici uersus augem reflexio incohabit: unde pars orientalis & sinistra in Venere ad aquilonem ĩ Mercurio uero ad austrum: & sinistre earum ad opposita reflectuntur. Quæ cõtinue aucta in utroq; astro ultima inuenietur eoꝝ epicyclis augem ec. possidẽtibus & æquantis: & ab hoc loco remotis mínuetur q̃ iteꝝ nulla erit eisdẽ ad nodum scdm. s. caude peruẽtis. Post hoc uero epicyclis remotis a tali nodo reflexio secũdo incipiet: & diameter prædicta a supficie ec. reflectitur ut pars sinistra Veneris australem: Mercurius uero borealem & destra oppositam acquirunt latitudinẽ: q̃ in summo erit dum centra epicycloꝝ augis obtinebunt opposita: inde uero remotis minuitur in tantũ q̃ iterum nulla reperietur reflexio: eis priorẽ nodũ capitis acquisitis: ĩmo tota diameter longitudinum mediaꝝ reflectẽs in supficie ec. situata manebit & prior redibit dispositio: erit igĩ in nodo utroq; reflexio nulla: & in uentre maxima sicut etiam deuiatio: at inclinatio in uentre nulla & maxima in nodo: quare per oppositum se habẽt qa ubi inclinatio nulla reflexio & deuiatio maxima & hoc i uentre dragonis: & ubi inclinatio maxima epicyclo nodos possidẽte: erit reflexio & deuiatio nulla: & in hoc cõuenit reflexio cum deuiatione & utraq; differunt ab inclinatiõe: differt autẽ reflexio a deuiatione qa deuiatio est ec. ab eccliptica remotio reflexio uero epicycli ab eccẽtrici supficie: & similiter inclinatio: ambe nãq; sunt in epicyclo. Distinguuntur tamen qa ĩclinatio est diametri augis polis longitudinibus mediis existentibus & per eas eunte diametro existente axi: Reflexio nanq; econuerso cum sit diametri longitudinum mediarum factis polis auge uera & oppõsito & axi per ea eunte linea: unde patet q̃ motus inclinationis fit super diametro quæ reflectitur: & motus reflexionis super diametro inclinante: quare altera ĩ alterius motu est axis adinuicem sequitur etiam q̃ propter motum hunc reflexionis axis longitudinum mediarum supra quo fit motus inclinationis nõ est necesse q̃ æquidistet eccliptice semper in Venere & Mercurii sicuti in tribus superioribus: nam propter hunc motum reflexionis una extremitas dictæ diameter magis uicinatur eccliptice quam relíqua ut ĩnotuit: nota tamen q̃ & si diameter longitudinis medie reflectatur non tamen maxime reflectitur immo maxime reflectitur punctus cõtingentiæ a linea ducta a centro mundi epicyclum contingentem: qui non est aliqua longitudinum mediarum. Vnde eccentrico a in quo epicyclo b c d e designato: & centro totius f a quo linea per centrum epicycli f a b & ei perpendicularis per idem centrum c a e cum b si aux: & d oppositum non est dubium c & e esse lõgitudinum mediarum puncta ducatur quoq; f g epicyclum in puncto g cõtingens notum est punctum g esse maxime reflectens: ad qđ si ducatur a g erit perpendicularis & angulus g trianguli a f g rectus per. 17. 3. quare p. 32. primi angulus f a g minor recto: & cõsequenter arcus g d minor quarta circuli quare nõ æquidistet ab b & d non est longitudo media: in longitudine nãq; media reflexio maxima non reperitur: quin ímmo omnia puncta inter eam c & pũ



ctum contactus g magis reflectuntur. Haud aliter deduci potest reliquum punctum longitudinis medie e non maxime reflecti: immo punctus contactus a linea producta a centro mũdi: & omnes puncti epicycli inter eum & longitudinẽ mediam maiorem inueniunt reflexionem. Et ita habemus declaratos tres motus latitudinis Veneris & Mercurii. Quæ autem latitudines in tabulis scriptæ sunt: maxime sunt quæ cõtingere possint: ut deuiationes centro epicycli in uentre aliquo & similiter reflexiones & inclinatiões in nodis existente eodem: in quibus locis argumentũ per gradus singulos latitudines has ostendit: qđ factum est ob causam narratam inde latitudine trium supremorum planetarum. Quod si centrum medium demonstret epicyclum esse in uẽtre tota reflexio & deuiatio est latitudo planetæ quæ scilicet per uerum capitur argumẽtum. Et si in nodis tota inclinatio. At si centrum æquatũ non demonstret epicyclum hæc loca possidere tam reflexionis quam inclinationis pars proportionalis accipi debet secundum minutorum proportionalium ad. 60. proportionem: ceu præcipiunt tabularum de latitudine canones: ubi operatio huiusmodi declaratur. ¶ Antequam finẽ imponam doctrine de latitudine duo uidẽda restant: primum ẽ ut aliquid de fixorum syderum latitudine dicatur propter hoc q̃ nihil meminit auctor solum enim de planetarum agit proprietatibus secundum quía in principio capituli huius de latitudine declinationem astri descripsit: ne superuacue diffinitio ea posita sit de declinatione astrorum aliquid & breuiter: erit determinandum. ¶ Dico igitur de primo secundũ mentem Alphag. capitulo. 18. q̃ cũ octaua sphæra uoluatur super polis zodiaci ordine signorom secũdum suam nam opinionem & Ptholo. qui non perceperunt motum trepidationis in sequenti capitulo declarandum quem moderniores adinuenerũt: & omnes stellæ fixæ: quæ in alio orbe sunt faciant circulos æquidistantes a dictis polis: & ecliptica æquidistet ab eisdẽ: omnis stella existens in eclipticam: ecclipticam describet: & in eadem continuo reperietur: & talis nunquam latitudinem cognoscet. ¶ Secunda regula stella q̃ non est in eccliptica tam ei q̃ polis æquidistãtem circulum describet: quare latitudinem semper possidebit & inuariabilem: & æqualem: q̃ si uersus septentrionem ab eccliptica remoueatur latitudinem semper possidebit & inuariabilem: & æqualem: q̃ si uersus septẽtrionem ab eccliptica remoueatur latitudiem semper habebit aquilonarem & si ad austrũ uerget latitudo eius erit meridionalis. ¶ De secundo scilicet declinatione quattuor pono regulas: quarum prima est q̃ cum omnis stella tam fixa q̃ errãs supra polis zodiaci moueatur motu proprior secundum præmissam dictoꝝ loquor opinionem: & eccliptica secet æquatorem in principiis arietis & libræ: omnis stella quæ nullam unquam latitudinem sortitur ut sol & stellæ existentes in eccliptica: dum fuerit in dictis punctis initiis arietis & libræ nusquam declinabit: immo in æquinoctiali existens a polo mũdi utroq; æquali remotione distabit: extra uero hæc loca declinationem semper inueniet boream lem: si in eccliptice medietate quæ est a principio atietis ad finem usq; uirginis & meridionale si ī reliqua quæ ẽ ab initio libræ usq; ad terminum piscium moueatur. ¶ Secunda regula si astꝝ maiorem habeat ab eccliptica latitudinem. 23. g. 33. minutorum quanta est maxima declinatio eccliptice ex quo in motu describunt paralellum ecliptice circulum: qui nunquam tanget æquinoctialem: quare nunquã declinatione carebit. u. g. si sit uersus septẽtrionem ab eccliptica remotum plus. 24. g. quãdo erit in principio Capricorni magis elongatur ab eo q̃ Capricornus ab æquatore quare nõ erit in æquinoctiali immo semper uersus septentrionem ab eo declinabit: similiter si sit uersus austrum ab eccliptica plus. 24. grad. elongatum quando erit in principio Cancri ubi ẽ appropiquatio ad aquilonem polum eadem ratione æquinoctialem non tanget: quare australe ab eo semper erit. ¶ Tertia regula si astrum tantum ab eccliptica quantum ea ab æquatore maxime elongetur: circulum describet eccliptice æquidistantem: & æquatorem in puncto cõtingentem in principio Capricorni uel Cancri exempli causa si stella uergat ad boream quãtum est maxima declinatio zodiaci: in principio Capricorni existens tantum ab eo distabit uersus artos quãtum hoc ab æquinoctiali uersus meridiem quare eo tunc declinationem nullam habebit: alias uero semper borealem: similiter eadem si existat ab eccliptica australis cuius latitudo æquet dictæ maximæ declinationi: quando erit in principio cancri tantum erit in æquatore eadem ratione: alias uero semper australem obtinebit declinatiõem & heæ duæ immediate præcedentes regulæ ueritatem habẽt tantum de stellis fixis: quia nullus planetarum latitudinem habere potest æqualem maxime declinationem eccliptice. ¶ Quarta regula si stella nõ sit in eccliptica ut dícit prima regula uerum ab ea minus remoueatur q̃ sit maxima declinatio solis circulus quem ipsa describit in reuolutione completa æquatorem secabit in duobus locis qaod satis patet ex dictis: ī quibus cum ea fuerit declinatione priuabitur: in aliis uero locis eã semper habebit ad partes oppositas: & licet potuissem figura plana de hiis exempla dare: quia tñ clarius liquent in sperico instrumẽto: aliter q̃ dictum sit declarare superuacuũ esset.

¶ De motu octauæ sphæræ.



Ctauæ uero sphæ ad cuiꝰ motũ sæpe dictũ ẽ orbes deferẽtes auges plãetaꝝ mutãt triplex ĩest motꝰ unꝰ qdẽ a prío mobili. s. diurnꝰ quo ĩ die nãli semel sup polis mũdi reuoluit.

EXpedita cum laude dei theoricali determinatõe oĩum errantium ſtellarũ motuum reliquarũq; paſſionũ earũ ĩ hac parte agreditur ſciam. 8. ſpe motuum & ꝓprietatũ. Neq; indecẽter de ea ꝓſequtur cum p ſe faciat ad ſcire: theorici nãq; aſtronomi eſt motuum cœleſtium q̃litatẽ iueſtigare eorũq; apparẽtias ſaluare: & tanto magis orbis. 8. quãto eius motu plura aſtra feruntur quæ ei ĩfixa ſunt. ¶ Præter hoc autẽ eius ſcia neceſſaria eſt inſciẽ do motus plãetarũ eorũ: nãq; oĩum lunæ ꝑter auges deferẽtes eodẽ motu & æq̃li uelocitate mouẽtur cum. 8. ſpa: q ĩmo deferentes etiã augẽ æq̃ tis Mercurii: q̃ de cã orbes illos uirtute motus. 8. ſpe cõtinuo meminerat Autor: q̃re ſi eorũ orbiũ q̃litates motuũ liceat hĩe octaui orbis prius motum nõ ignorare neceſſum eſt: & hac de cã tabulæ ueræ planetæ motũ minime poſſunt oſtẽdere: niſi prius huius orbis localẽ motum tribuant. Et hãc neceſſitatẽ muit Auctor qñ dicit. 8. ſpe ad cuius motum ut ſæpe dictũ eſt. 1. in theoricis planetarũ deferẽtes auges planetarũ mutãtur triplex ẽ motus. ¶ Eius tñ determinationẽ ĩ fine põit & poſt cõpletã ſciam planetarũ: pp eius difficultatẽ motus nãq; eius ẽ tãte tarditatis q̃ uix ĩ magno tpis ſpacio pcipi põt: imo plures cõſideratiões & cõſideratores ĩſpicere oportet: q̃ de cã diuerſi diuerſa de eo imaginati ſunt: & plures opiniões in uẽte: qdã nãq; dixerũt moueri tribus motibus & duas ſupra ſe hĩe ſpas: qdã uero duobus tñ motibus deferri & unicã tantum ſpam hĩe priorẽ: q̃ q dẽ opinio etiam bipartita eſt: qa qdã dixerũt motum illum eſſe trepidatiõis ceu thebit: qdam uero eſſe motum in lõgitudĩe: quorũ etiam ſnĩa diuerſificatur ſecundum q̃ motũ illum tarditate & uelocitate diuerſari uoluerunt. ¶ Oẽs tñ hęc opiniões cõueniunt ĩ hoc q̃. 8. ſpera plures hẽt mutatiões: neq; ponunt eam eẽ primum mobile ſed aliam ſupra eam. ſ. nonam uel decimã ſũpmum corporũ & motus primum ſuſceptibile affirmantes: quam de cã ponũt anteq̃ ulterius ꝓcedam uidẽdum eſt: & dubitando per rõnes illud ꝓbare: q̃ritur igr̃ an ſupra ſperam. 8. alia ſpera ultra ponenda ut q̃ nona ĩ ordine ſit a nobis: & ſecũdum aliq̃os etiam ultra nonam decimam: uel. 8. ſufficiat ultra ſperas. 7. planetarũ: & arguĩtur q̃ ſupra. 8. nulla alia ſit prĩo Ariſt. ſcdo de cœlo & mũdo textu. 61. mouens qõnẽ q̃rit q̃re eſt q̃ ĩ prĩa latione ſunt tot ſtellæ: cum in ſperis reliqs nõ niſi una infigatur: uult igr̃ q̃ tot ſtellæ ſint in latione prima & primo mobili: ſed tot ſtellæ ſunt in ſpera. 8. qua de cã firmamentum dicta eſt hoc ẽ ſtellas fixas deferens octauus igr̃ orbis eſt primum mobile: ſed ſupra mobile primum corpus nõ ẽ aliud prĩo de cœlo tex. 100. nõ erit ergo nona neq; decima ſpera ſed octaua tãtum cum. 7. planetarũ orbibus. ¶ Scdo q̃to ſpera ẽ ſupior tanto dignior eſt & nobilior & pcipue mobile primum qd̃ primo principio ꝓpinquiſſimum eſt inter oĩa entia ĩmo inſtrumẽtum eius cum ab eo ĩmediate motum recipiat ex ſententia pb̃orũ: Sed ſi darentur nona & decima ſpera ignobiliores eſſent. 8. eum in eis nulla ponitur ſtella: & in octaua innumerabiles pars autem ſtellata nobilior eſt non ſtellata ſecundo de cœlo: q̃re nona & decima ſpera uilior eſſet q̃. 8. qd̃ eſt indecens: cum propriores ſint primo enti: & earũ altera oĩum corporũ eſſet primum ultra igitur. 8. orbem nihil eſt. ¶ Tertio illud poni nõ debet qd̃ ſenſu neq; cõpnſum neq; eſt cõpnſibile quom oĩs noſtræ notitiæ p inuentionem habite principium ſit ſenſus nona autem ſpera non cõpnditur ſenſu neq; decia ſiqdem ibi nõ ponitur ſtella ſtella tantum inter oẽs ptes orbis ſenſu uiſus cõpnditur ut uult Auerrois ſecundo de cœlo & mundo: non erit igr̃ nona neq; decima ſpera. ¶ Quarto oĩs ſpera facta eſt ut moueat ſtellam ĩ ea infixam: hmõi nãq; eſt finis eius cum ſtella influat in hæc inferiora nõ põt autem influere ſine motu: ſed nõ põt moueri abſq; orbe orbis igr̃ ad deferẽdum ſtellam ordiatus eſt: ſed nonus & decimus nullum deferunt aſtrũ: ex quo oẽs cõcedunt in illis nullũ infigi: q̃re eſſent abſq; ꝓprio fine & fruſtra qd̃ eſt contra ſnĩam Ariſto. primo de cœlo & mundo tex. 32. &. 3. de aĩa tex. 60. & Auerroim ſecundo methaphyſice cõ. prĩo ubi uolunt in natura nihil fruſtrari q̃re non dabitur nona neq; decima ſpera: ſed. 8. cum. 7. inferioribus erraticarũ ſtellarũ cõtenti erimus. ¶ In oppoſitum eſt Ptho. in Almag. maxime in ſeptima dictione ubi ꝓbat ſtella fixas moueri in zodiaco ordine ſignorũ: q̃re. 8. orbes illas deferẽs nõ erit primum mobile: & conſequẽter ſupra eum dabitur alter. Et demum oĩum aſtrologorũ eſt diuulgata ſententia ponẽtium ſaltem nonam ſperam ut infra patebit. ¶ In hoc q̃ſito an. ſ. orbis octauus omnium mobilium primum exiſtat uł oportet ponere ſperam ſuperiorem ſenſu minime perceptam duas reperio opiniones: prima eſt antiquior priorum aſtrologorũ quam phyloſophi ſequuntur quod ſperæ cœleſtes tantum. 8. ſunt: orbes uidelicet. 7. planetarum &. 8. deferens ſtellas fixas quas ſenſu perceperunt: cum nanq; aſtra ne queant per ſe & propriis motibus locum mutare: ut probat Ariſtoteles ſecundo de cœlo immo infixe in orbe ceu nodus in tabula feruntur motu orbis in quo infixe ſunt: ſed comprenſum eſt ſeptem ſtellas erraticas quas planetas græci appellant diuerſis moueri motibus & differẽtibus uelocitate & tarditate: & ſitu: quidam nanq; progrediuntur uerſus orientem: & quidam regrediuntur ad occidentem: quidam eorum ad auſtrum mouentur: & alii ſeptentrionalem adipiſcuntur partem: & cum non ſeruẽt inter ſe æqualitatem in motibus eorum errantes ſtellas latini appellauere: quadere quom per ſe non moueantur immo ceu dictum eſt motu orbis feruntur in uno orbe infixi eſſe nequeunt: quia æquali uelocitate omnes ab orbe illo uoluerentur ſed ſinguli ſingulos orbes habẽt quibus mouẽtur: erunt igitur ſeptem ſperæ planetis ſeptem

appropriate adinuicem distinctæ:quæ sunt ordine incipiendo a nobis spera lunæ: speræ Mercurii:spera Veneris:spera Solis: spera Martis: spera Iouis:& spera Saturni de quorum ordine dicam imediate & per rationem probabo. Vltra autem dictas.7.stellas erraticas uidetur Sole occasu stellæ fixæ:quarū est tanta multitudo:q pene cōprēdi non possunt:quas longa experientia & longa astrologorū obseruatione deprensum est omnes æquali moueri uelocitate & æqualē distātiā sem per adinuicem seruare & ꝓpinquitateu situq; & figuram nunq uariate:concluſum est in eadē spera oēs ifixas & eius motu æqli uelocitate & uno mō moueri continuū nāq; est cuius motus unus est & æqualis quinto methaphysice:tale nāq; corpus eas deferens quia supra est omnes planetarū speras octauam speram a nobis nominauere: seu firmamentum hoc est deferens stellas firmas & fixas ad differentiam planetarum:non q sint fixæ & non mote motibus propriis:quia hac de causa planetæ quoq; dicuntur stellæ fixæ:sed fixæ adinuicem.i.non uariate in motibus in ordine & in situ:omnes nāq; æqualitatem eandem habent in motu ordinem & figuram nūq uariant sed sem per distantiam & propinquitatem eandem adinuicem seruāt:& situm quoq; respectu orbis i quo sunt eundem semper retinent: q nō est de planetis: qui propter inæqualitatem motus eorū eo q alter tardius & alter uelocius fertur non seruant figuram neq; situm quare errātes nominari dixi sed cum non acceperint stellas alio motu moueri orbem alium ab octauo &.7.dictos nō posuere. Et octauū esse mobile primum eo q uidebant stellas fixas moueri ab oriente in occidentē motu diurno & in eis motum alium nō perceperūt crediderunt simplicissimo motu moueri:quam opinionē secundo de cœlo imitatur Arist.quando querit cur tanta stellarum multitudo sit i primo mobili ut in primo ante oppositum deductū est argumentum. ¶ Quod autem stellæ noīate ceu dixi scdm superius & inferius: prius & posterius ordinate sunt manifestum erit considerāti uelocitatem in motibus eorum:quom.n.primū mobile motu simplicissimo moueri debeat & uelocissimo:aliæ uero speræ quāto magis ab eo elongant tanto tardius & pluribus motibus:sed ita est q spera.8.secūdum opinionem narratam ponit primū mobile & simplici motu mouet ab oriente in occidente tantum uelocissime ex quo perfectam circulationem perficit in.24.horis rapiens tali motu oēs sub se speras:q cum habeant alium motum huic contrarium.s.ab occidēte in orientem:quanto uelocius spera motu hoc secūdo mouetur tanto magis deficit a primo & quāto tardius tanto minus deficit & conseqnter motu primo uelocius mouetur sed ita q Saturnus tardior est proprio motu inter oēs planetas:& p cōsequēs uelocior motu diurno quare inter oēs speras orbis Saturni propinquissimus est orbi.8. deinde quia Iupiter post Saturnum motu ꝓprio i tarditate sequitur:& post Iouem Mars postquē Sol Venus Mercurius & Luna uelocissima: erit sub spera Saturni orbis Iouis deide Martis &isolis & Veneris & Mercurii & in fima spera Lunæ. Et nota pro hac rōne q q̄to orbis i motu magis deficit a motu primi tanto motus eius minorem percipiat simplicitatem:quia motus diurnus simplicissimus est cui q̄to uelocior motus cōtrarius admiscetur tāto permixtior fit & minus simplex quare spera quanto uelocius mouetur motu cōtrario motui primo:tanto minus parū habet motum & a prio cœlo elongata est magis. ¶ Secunda ratio ex eodem ꝓcedens fundamento oēs speræ motum diurnum habēt a primo mobili:quare quāto uelocius primum mouet caū aliquam tantu supra eam magis ꝑualet & cōsequenter ei propinquius est:sed Saturnum mouet:uelocitate maiori:& post Iouem & cōsequentur alios:Saturni igitur spera primi mobili magis appropinquat:& post eum Iouis & alii per ordinem. ¶ Et cōfirmatur:qa ex quo motus planetarū cōtrariat motui primo oppositione saltem cōiter accepta: & intelligentiæ mouentes planetas uolq̄tate saltē improprie opponūtur primæ:& quanto uelocius mouent tanto magis cōtrariantur sed intelligentia mouēs orbem lunæ uelocissimæ mouet eam eo motu:quare maxīe cōtrariatur:uel ut rectius locatur parū inter oēs cōformatur primæ i uolūtate & cōseqnter inter oēs maxīe elōgatur. Motor autē Saturni tardius mouet ergo magis ei cōfirmatur & ꝓpinquior est ei:& pariformiter de aliis orbibus dicēdū est q quanto tardius mouentur motu ꝓprio tanto q propinquiores pp cōformitatē maiorē:& q̄to uelocius tanto distātiores ob cām eandē. Hæc autē ratio secunda nō credo q sit demōstratiua cū nō moueantur tanta uelocitate orbes pp maiorē uel minorē cōformitatē intelligētiarū earū ad primam: sed natura sua ꝓpria:licet aūt rō sit suasiua tamen uerū cōcludit qa natura cōcurrit orbis moti & mouētis intelligētiæ ad primā cōformitas. Patet igit prima opinio phylosophorū & priorū astrologorū tantū.8.speras ponētiū:& q octaua sit mobile primū dicētiū. ¶ Seda opinio est posteriorū oīum astrologorū qui pp dicēdas rōnes apparētias fortificatas nō sunt cōtenti octo speris imo nonā seu etiā decimā dari uolūt:pceperūt nāq; q a prioribus minime cōprēdi potuit octauum cœlū duplici uolutiōe deferri:q̄rū pria ē ab oriēte i occidētē in.24.horis circulū pficiēdo:q motus diurnus dī eo q diei naturalis spacio termi natur:quē demōstrāt stellæ fixæ in oriēte existētes in prīcipio noctis:q cōtinue eleuantur donec mediant cœlū: & inde occidunt in noctis uero sequentis initio iterū i loco eodem orientis conspiciunt:quare ab eodem puncto ad eundem reuerse sunt in die naturali. ¶ Secūdus motus huius speræ est contrarius prædicto uidelicet ab occidente in orientem supra polis zodiaci qui tāte est tarditatis q ab uno tantū cōsideratē etiam si

centrū annis eundē motum cōsideraret uix sensu percipi posset cuius diuersas opiniões inferius narrabo: & q hmōi transferatur motu declarat Ptho. septimo Almag. fortissimis rōnibus inuenit nāq; suo tempore stellas fixas aliis in locis zodiaci q̄ fuissent ab astrologis prioribus inuente: & a principio arietis magis elongatas: similiter repperiet astra q̄ austrum possidebant septentrionalia facta esse: & septentrionalia uersus austrum mutata esse: qđ quibus ingeniis quibusue instrumentis inuenisset non est speculationis p̄sentis enarrare. ¶ Stantibus igitur hiis duobus motibus in spera octaua: cā esse sperax primā & supremam negauerunt. Primū nāq; mobile motu unico & simplicissimo deferri debet: nam qa est propinquissimum primo enti oīno īmobili ei q̄tum pōt debet assimilari minorēq; possit habēdo uariationē: & hanc ꝓpositionem tam pbi q̄ astrologi admictunt. Sed cœlum octauum duplici motu uetur motu ut dictum est: nō igitur erit primum mobile sed eo corpus prius dabitur & superius. ¶ Secundo unum corpus simplex unicum tātū simplicem motum debet hre ex primo de cœlo & mūdo qui sit ei proprius & naturalis: omniq; ab eo alius est ei p̄ter naturalis: sed spera octaua corpus simplex est ut conceditur primo de cœlo & mundo: quax hox motuū alter erit naturalis & alter p̄ter naturam. At oīs motus alicui præter naturalis: alteri est naturalis ut in eodem primo ꝓbatur: ceu nāq; oē corpus simplex motum proprium habet ita & quilibet motus alicui corpori ꝓprius debet eē & naturalis: quare motus qui. 8. speræ præter naturalis est alteri ab ea erit naturalis: nō alicui sperraum inferiorum quia & ille habent motum proprium: & quia. 8. spera quæ superior est non mouetur ab inferioribus orbibus erit igitur supra speram. 8. alius orbis: cui naturalis sit alter dictox motuum & moueat octauam. ¶ Tertio unico orbi cōtinuo tantum unica intelligentia mouens applicatur. 12. methaphysice ubi philosophus uult tot esse intelligentias quot sunt orbes. Quod nō esset nisi singulis orbibus singulæ applicarentur intelligentiæ. Orbis autē octauus unicus est non diuisus sed continuus ut uolunt astronomi. Quare ab una intelligentia motum recipiet. Vna autem intelligentia unica tantum mouet mutatiōe. Qua de causa reliquū motum accipiet a superiorem orbem mouēte intelligentia. Quom per dicta nō sit ille motus ab orbe inferiori: supra igitur. 8. spera ad minus dabitur orbis alter. Est igitur secunda opinio astrologorum q̄ non sunt tantum. 8. speræ q̄ per motum comprobata est. ¶ Bipartitur autem dicta opinio etiam propter motuum qualitates. Licet enim oēs astronomi concedant ultra octauum cœlum esse speram aliam: differunt tamen inter se in numero earum quidam unam tantum ponunt. s. nonam quam dicunt esse primum mobile: alii uero duas nonam. s. & decimam corporū primum ponūt. ¶ Antiquiores nāq; astrologorum concedentium motum secundum. 8. speræ diuersa imaginati sunt scđm q̄ diuersa concepe-runt: primus nanq; Ptho. ut in septimo Almag. eius apparet cōsiderans motum stellax fixarum: qui oēs fere considerationes fecit supra stellā primæ magnitudinis in corde leonis existentis latitudinem septentrionalem. 10. minutorum & septentrionalem declinationē habentis q̄ hoc tpe nostro anno gratiæ. 1495. est in. 22. g. &. 5. m̄. iuenit motas esse singulis centenis annis uno gra. a loco in quo inuente nitab abracho & yparco se prioribus. Quare unum motum tribuit. 8. speræ ultra motum diurnum & unam tantum sperā. s. nonam super eādem: quam uoluit esse primum mobile: & Ptholo. in oībus his sequitur Alphag. differentiam. 13. prope principium. ¶ Sequēs deinde albategni & cōparens loca stellarum ab eo reperta eisdem a suis antecedētibus inuenit motas esse motu uelocissimo ꝓpter causas q̄ dabuntur in littera: unde qualitatem motus cōsiderans circulatiōem cōpleri in. 216. 12. annis: & octauam speram uno gradu. 60. annis & quattuor mensibus in longitudine zodiaci secundum ordinem signox moueri dixit: quare cum tātum motum unicum ultra primum ī hoc orbe poneret: nonā speram esse primum mobile affirmauit. ¶ Alii uero adhuc posteriores uidētes stellas fixas iecū dum q̄ alii p̄cedētes percepērūt in ordine signorum ꝓcedere tpe tamen suo retrogradari & motus ad tēpora cōparātes cōcluierūt octauam speram noningentis annis uersus oriētē scđm ordinē signox. 7. gradus: & aliis noningentis annis totidē cōtra ordinē signox seu uersus occidētē ptrāsire: & ita successiue ad partes oppositas ī tēpore æquali spacio moueri æquali: & hii eadē rōne tātum nonā sperā admictunt supra octauā decimā nō curantes. ¶ Thebith aūt core percipiens motum octaui orbis ultra diurnum: & uidens stellas ceu hæc īmediate p̄cedēs opinio ad partes diuersas moueri uoluit stellas fixas & octauā sperā uni co tantum moueri motu ultra diurnum: in circulis paruis in capite arietis & libræ descriptis ut patebit qui motus accessionis & recessionis dictus é ab eo: uñ & etiam thebith dixit nonam speram esse primum mobile: licet eius opinio & eā immediate præcedēs habeat manifestas instantias: hii igitur omnes sapientes astronomie nō tantum concedunt ultra. 8. esse aliam sed unam tantum speram nonam quam primū mobile nominant. ¶ Posteriores autem astrologi ut Alfonsius auctor noster Ioannes de monte regio & alii comparantes omnes considerationes antiquox cum considerationibus eox inuenerunt stellas fixas quandoq; ad orientē & quandoq; ad occidentē ad septentrionem & austrum moueri uerum ad orientem uelocius q̄ ad occidentē: ad septentrionem quandoq; uelocius q̄ ad austrum: & quandoq; ad austrum uelocius quam ad septentrionē quam apparentiā non confidentes unico motu saluare duos motus imaginati sunt ī orbe. 8.

quorum primus tardissimus in longitudine zodiaci ordine signoꝝ singulis ducentis annis gradu uno:& 28.m.extenditᵉ. Alter uero fit in duobus circulis paruis in capite arietis & libre quo motu stellæ aliquādo progrediuntur ad orientem quandoq; uero ad occidentem & septētrionem & austrum mouentur:ex quorum combinatione ut patebit omnium dant causas apparētium:quando nanq; in illis circulis.8.spera mouetur secundū ordinem signorum combinatur cum priori qui etiā est ad successionem signorū & motus fit uelocissimus ad orientem:at quando est motus in reliqua parte circulorum: cōtra ordinem signorum:tardior fit motus ad occidētem eo q̄ primus motus in longitudine deficit ab isto.Et simili modo ceu declarabitur infra cūcta quæ de stellis fixis uidentur saluare:quā opinionem tanquam magis uerificatam contemplationibus priorum omnes ī presentiaꝝ sequūtur.Quæ quia fatetur.8.speram moueri duobus motibus ultra motum diurnum: non tantum nonam imo decimam speram ponere cogunꝫ tur decimam primam mobile uocātes quo octaua motu diurno mouetnr:nonā secundū mobile ꝓpter inferius dicendam rationem:quo eadem octaua motum recipit in longitudine. Et octauam etiam ponunt quæ proprio motu mouetur in circulis paruis:quem motum trepidationis dixerunt siue accessus & recessus ut patebit in littera.Et ita habemus q̄ ultra octauū orbem nonam uel nonam cum decima spera esse ponendam & ratio iam notificata est.¶Restat modo ante oppositum factas soluere. Ad primā quando dicitur phylosophum ponere orbem octauum esse primum mobile:concedo hanc eē opinionem Aristo.& astrologorū sui temporis qui credentes octauam speram tantum motu diurno moueri ex quo non adhuc acceperant alium motum contrarium concludebant esse primū corporum post uero percepto eius motu secundū successionem signorum:necesse ē fateriᵗ speram superiorem motu simplici esse motam.¶Ad secundū dico quod datur non spera seu decima quæ nobilior est omni alia inferiori ex quo ꝓpinquior primo enti.Et quando dicitur octauam nobiliorem esse quia stellatā: nego pars nanq; stellata nobilior est parte nō stellata orbis eiusdem nō autem alterius orbis nō enim pars stellata octaui orbis nobilior est non stellata noni uel decimi:uerificatur igitur ꝓpositio si fiat comparatio inter partem stellatā & nō stellatā unius & eiusdē orbis:ratio est quia pars stellata ex quo dēpsior est maiorem habet uirtutem:& lumen maius influit:haud aliter eā accepit Aristo.nō uerificatur autem comparādo partem stellatā unius orbis cum parte alterius neq; stellata:licet.n.in nona uel decima spera non sit stella ibi tamen maior uirtus maius lumen & influentia maior est q̄ in quocūq; inferioꝝ orbiū ut optimæ inquit Albertus magnus secūdo de cœlo:est tamē hæc uirtus per totū orbē dispersa.Quæ si cōgregaretur certū est q̄ causaret stellam:unde imaginādum est torū orbem dēpsiorē esse q̄ orbis iferior:& decimus q̄ nonus.¶Ad tertiā respondetur q̄ illud admicti nō debet q̄ sensu nō apprehēditᵉ neq; ratione concluditur: modo & si ultra octauā non comprehendatur sensu aliqua ut nona uel decima quia stellis priuātur:concluditur tamen ratione eas esse:ut tribus quas feci patuit:sicut licet primū ens nō cōprehendatur sensu:cōceditur tamē esse rationibus physicis & methaphysicis.¶Ad ultimam quādo dicitur finē orbis esse deferre stellā:dico si per deferre intelligitᵉ mouere cōcedo simpliciter ꝓpositionem hāc:& sic dico q̄ nonus seu decimus mouēt omnes stellas & stellarum orbes motu diurno:quadere nō priuantur fine ꝓprio. Si uero p differre intelligatur stellā in se in fixā mouere:tunc eam nō admicto sufficit tamē q̄ deferat stellā:uel influentiā & uirtutem stellæ: quæ in orbe tota dispersa est:& ita est ad ꝓpositum:licet nonus seu decimus nullam stellā deferat:habet tamē tantū lumen & uirtutem in omnibus partibus:quod motu influat:quod uicem supplet plurium stellarum:quinīmo maius est q̄ lumē in stellis existēs inferioribus:Et ita credo satisfactum esse huic quæstioni.¶At tamen ne locus remaneat aliquis quærendi:quia ut dictū est supra planetas motu contrario mouentur a motu primi causas patefaciam huius:mouentur nanq; planetæ motu diurno circa terram in die & noctæ:ut cōmotu influant:omnesq; influentias eoꝝ omni parti terre p ortum & occasum eoꝝ cōmunicent.¶At tamen ne influētiæ sint semp eodem uniformiter se habeāt:& inde effectus similes ꝓducantur semper quod non facit ad perfectionē uniuersi:moti sunt motu oppositō:ut diuersetur motui diurno & effectus producti etiam diuersetur.¶Etiam mouentur in zodiaco in quo minorem seruant uniformitatem:appropinquāt nanq; quandoq; artico & aliquando australi uicinātur polo:ut hac diuersitate diuersentur effectus:ut uidemus de solæ: qui dum septētrioni appropinquat fiunt generationes:ad austrum uero dum elongatur corruptiones.¶Secunda causa est q̄ motus primi diurnus est tantæ uelocitatis q̄ rapit omnes speras secū uidemus.Etiam ignem & supremā partem aeris.Si ergo planetæ nō mouerentᵉ ad ptē oppositam:& impetū huius motus mitigarēt & intercideret terra agitaretur & totus mundus reueret:nihilq; daretur fixum:in quod cœlum se substētaret in motu:quod est cōtra Aristo.de animalibus:uolentem omne quod mouetur ad fixum aliquod se appediare.Oportet igitur hiisce de causis plāetas moueri motibus oppositis motui primi.¶Procedamus modo in expositione textus & diuisione prius.unde cū in præ

&

senti capitulo auctor determinat de motu octa ui orbis duas opiniones specialiter prosequitur quæ maiori indigent expositiones: alias etiam breuiter transiens:prima quarum est moderno rum quam omnes hodierno tempore insequũ tur decimã speram statentiam:secunda est opi- nio Thebit quam recitat ibi.Thebit uero dupli cem.Prima pars in qua declarat opinionem pri mam in tres secatur partes:secundum q̃ huiuſ- modi positio tribus motibus deferri octauã spe ram annuit.In prima nanq; primũ motum qui ei inest a decimo orbe & primo mobili: secũda secundum qui eidem a nona spera causatur ibi. Alter a nona:i tertia uero tertium notificat qui ei speræ proprius est & naturalis ibi.Tertius au- tem.Notandum pro prima parte q̃ motus pri- mus quo mouetur octaua spera,pcedit a primo mobili seu decimo corpore secundum q̃ uult præsens opinio.Mouetur nanq; mobile primũ motu simplicissimo & uelocissimo supra polis mundi ab oriente occidentem uersus in spatio diei naturalis complendo totum circuitum & hac de causa eius motus diurnus est nominatus hoc est motus qui complet in die naturali. Et quia circuit & complectum omnes speras infe- riores illas secum ducit & eadem uelocitate ra- pit:ut demõstrant omnia astra & sensibilius sol & luna qui singulis diebus oriuntur occidũtq; & hac ratione motũ raptum appellauerunt:hoc est motus quo singula corpora cælestia rapiun tur & mouentur nõ rapiuntur quia mouentur uiolẽte ut uocabulum sonat:quia nullum taliũ mouetur uiolenter sed quia mouentur motu ad quem:& si habeant naturalem inclinationẽ: non tamen in eis causatur ab intelligentia pro pria ĩmo a corpore alio ideo raptus dictus est tã tum respectu sperarum aliarũ a prima:quia pri- ma mouetur eo motu & proprius est eo q̃ cau satur ab intelligentia ei unita.

¶ Deinde cum dicit.

Altera nona spera quæ secũdum mo- bile uocatur:qui semper est secundum successionem signorum conrra motum primum super polis zodiaci regularis: ita ut in quibuslibet ducentis annis per unum gradum & uigintiocto minuta fe re ꝓgreditur.Hic motus augium & stel- larum fixarum in tabulis appellatur. Et est arcus zodiaci primi mobilis inter ca- put arietis primi mobilis & caput arietis nonæ speræ. Superficies nãq; eclypticæ nonæ speræ semper est in superficie ecly ptice primi mobilis.

¶ Notificat motũ secundum quo defertur octa na a nona circunducta.Pro quo primo est ad- uertẽdũ q̃ anteaq̃ præsens opinio clareret: erat priorũ astrologorũ certissima sẽtẽtia octauũ cœ lũ tantũ duobus motibus deferri motu.s.ꝓprio modo explanãdo & diurno quẽ a spera superio ri caperet:quare cũ ultra motũ ꝓpriũ nõ habe- ret nisi tantũ diurnũ:unicam tantũ sup eam po nebant sperã nonam seu primũ mobile qd mo ueret prædicto motu.Postq̃ autẽ posteriores in uenerũt tertium motũ octaui orbis ultra nonã decimã speram posuerũt quæ haberet motũ di ctum diuruũ & nonã speram secum raperet:q̃re cum nona nõ amplius moueretur motu simpli- cissimo quia ultra ꝓprium habet motũ raptum neq; supræma sit,sperarũ ex quo superior est de cima:nõ amplius primũ mobile: uerũ secundũ nominata est meretur nanq; nomen mobilis si quidẽ mouet speras iferiores octauũ cœlum & deferentes auges planetarum:non tamen primi nomen redictũ est sed secũdi ꝓpter dictas cau- sas.Cuius speræ motus fit sup polis eclyptice suc cessione signorũ & cõtra motũ primũ:& regula ris est:mouet nanq; nona spera singulis ducen- tis annis gradu uno.28.minutis:circulũ pficien do in.49000.annis:uelocitas autem diei secun dũ tabulas est 0 0 0 0.4.20.41.17.12. ¶ Secun- do est notandum q̃ secundũ opinionẽ antiquã nonam tantũ speram ponentẽ.8.spera moueba tur motu ꝓprio in longitudine zodiaci seu secũ dum ordinẽ signorũ siue cõtra secundũ diuersas opiniones enarratas:& sicut sæpius dictum est omniũ planetarũ auges secũ capiebat:qua de cã motũ augiũ & stellarum fixarũ eum nominaue runt.Posterior uero opinio motũ trepidationis adinuenit.Quẽ ꝓprium dixit esse octaui orbis,i motũ dictum augiũ stellarum fixarũq; in nonã sperã transtulit:ꝓpter hoc q̃ tardior est motus hic q̃ accessus & recessus:ideo cõuenit speræ su- perioti:eiusq; nomẽ nõ uariauit:ĩmo & si stellæ fixe nõ mutẽtur eo tanq̃ motu ꝓprio:eodẽ no- mine appellauit:& ĩ tabulis eo mõ adhuc dicit. Qui icipit ab initio arietis primi mobilis ad ca put usq; arietis nonæ speræ scdm ordinẽ signo- rum.Inuenit nanq; quantũ caput arietis nonæ remotũ est ab ariete decime.Semp nanq; princi pium arietis nonæ est in eclyptica decime:& to- ta eclyptica sub eclyptica primi situatur.


Deinde cum dicit.

Tertius autẽ est sibi ꝓprius:qui mo- tus trepidationis uocat siue accessus & recessus octauæ speræ:& fit sup duos cir culos paruos in cõcauitate nonæ spheræ æquales super principia arietis & libræ eiusdẽ descriptos:sic q̃ duo pũcta certa octauæ spheræ q̃ capita arietis & libræ eiusdem uocantur diametrali.

ter oppoſitat circunferentias talium duo rum nonæ ſphæræ regulariter deſcribant: cum hoc ꝙ eclyptica octauæ ſphæræ ſem per interſecet eclypticam nonæ: dum in terſecat ſaltem in capitibus Cancri & Capricorni nonæ diametraliter oppoſitis. Vnde ſequitur cum unus eorundem punctoꝝ octauæ ſphæræ eſt in medietate ſui meridiāi: alter erit in medietate ſui circuli ſeptentrionali. Eclyptica quoꝙ octauæ ſphæræ ſemp eclypticā nonæ ī ꝑtes æquales dum ſecat ſecabit: atq; portiones circulorum paruorum alteratim æquales. Velocitatis uero motus iſtius regula eſt iſta ut quilibet duorum punctorum circunferentiam ſui parui circuli in quo circunfertur in ſeptem milibus annorum præciſe perficiat. Quamquam autem hoc motu prædicta puncta ſcilicet capita Arietis & Libræ octauæ ſphæræ duas æquales circulorum circunferentias deſcribant: nulla tamen alia puncta eius circunferentias circulorum deſcribere contingit. Capita uero Cancri & Capricorni octauæ ſphæræ quaſi figuras conoidales habentes pro baſi lineas curuas utrinq; a capitibus Cancri & Capricorni nonæ peragere neceſſe eſt. Vnde & quandoq; præcedent ea: quandoq; uero ſequentur: quandoq; autem coniunguntur: coniunguntur enim caput Cācri octauæ & caput Cancri nonæ dum caput Arietis octauæ fuerit in maxima latitudine ab eclyptica nonæ: quod accidit in circulo magno per polos zodiaci nonæ & centra circulorum tranſeunte. Poli autem eclypticæ octauæ ī proprie dicti poli quādoq; accedunt ad polos eclypticæ nonæ: quandoq; ſunt ſub eis quandoq; uero ab eiſdem remouentur talis tamen acceſſus & receſſus ſemper eſt ſu circulo magno per per polos zodiaci nonæ & centra circulorum paruorum eunte.

¶ Pateſcit tertium motum proprium ipſi. 8. ſperæ. Et quæ inde ſequuntur declarat antecedentia. Et duo facit primo theorica agit de eo. ſecundo magis practice nomina & operationem quibus in tabulis utuntur pro eius uero motu reperiendo ibi explicans. Medius itaq; motus. Prima iterum in duas ſecatur partes. in quorum prima motum proprium orbis octaui manifeſtat. in ſecunda eum cum motu nonæ componendo quæ de octaua ſpera uidentur ſaluat apparentias ibi. Ex hiis autem ſtellarum. In prima parte iterum duo agit: primo nanq; motus. 8. ſperæ qualitatem declarat & æqualitatem. ſecundo ex eo expoſito infert corelaria ibi. Contingit itaq; ut eclyptica.


¶ Ponit primo qualitatem motus & plurima antecedentia quæ inde ſequuntur quæ omnia diſtincta patebunt. Motus hic tertius abſq; inſtrumento niſi quis ſublimis & excelſe ſit imaginationis nunquam imaginari poterit neq; ſufficiet antecedentia quæ in littera ponuntur capere mente abſq; ab extrinſeco oſtenſione. Tamen ergo ut imaginatio moueat uel diſponat ſaltem omnia quæ hic dicuntur in plano depingere & demonſtrare



conabor ut habito appropriato inſtrumento ſperico quilibet per ſe poſſet operari in illud faciam plures figuras ſecundum quod oportebit: & ne totiens replicentur. Quod declaranda ponuntur ſingulis uicibus ad figuram reuertar in qua melius intentum fateri poſſit ideo eis ordinem dabo & quota ſit in ordine inſcriptum demonſtrabit. Pro prima figura deſcribo eclypticam nonæ ſperæ fixam appellatam eo ꝙ non mouetur in latitu

dine ceu eclyptica octauæ a b c d cuius polus borealis e. Et quicquid ab ea uersus e declinet septentrionalem extra uero illam australem habet latitudinem. Sitq; a initium Arietis nonæ b principium cancri c Libræ & d Capricorni. Imaginetur in superficie concaua nonæ super a principium Arietis circulum f g h i describi: alterum uero k l m n cuius centrum c principium Libræ adinuicem æquales. Intra quam nonam speram imaginetur octauam taliter situatam q̄ initium Arietis sit in circunferentia circuli a & in ea semper circulariter circunferatur caput uero Libræ eiusdem in circunferentia circuli c & eam in motu nunquam deserat. Taliq; modo oportet disposita eē q̄ uno in latitudine existente septētrionale astrinam reliquū possideat eclyptica octauæ speræ eam nonæ secāte in capitibus Cancri & Capriconi nonæ: quod & si in plano esse non possit quia hii circuli non possunt super centro eodem depingi in sperico tamen uerum est. Exempli causa caput Arietis m pūcto f ponatur parui circuli septentrionali: erit initium Libræ in puncto k australi eclyptica octaui orbis quam mobilem ut patebit appellauere f b k d existente in b & d fixam secante in partes uideli cet æquales: & quia f septentriōale est tota medietas d f b eandem habebit latitudinem & b k d australem: & in isto casu capita Cancri & Capricorni octaui orbis erunt coniuncta cum capitibus eorundem nonæ in punctis b & d eo q̄ Arietis & Libra octauæ cum Ariete. & Libra nonæ sunt secūdum longitudinem unití: q̄ mäifestabitur si per polum eclypticæ fixæ circulum quis duxerit e f a per utriusq; Arietis caput transeuntem & e m c per principia Libræ. Hinc caput Arietis mobile in circunferentia parui circuli motum perueniat in g eclypticam fixam: & ínitium Libræ in l quia mouetur uelocitate æquali: nulla erit latitudo eclyptice mobilis a fixa immo una erít sub alia. Caput autem Cancri mobilis in siquidem tantum distat a b Cancro fixo quantum g ab a & caput Capricorni in p ut notum est quia g o oportet esse quartam æqualem quartæ a b. ¶ Ab hoc autem loco caput Arietis fiat uersus austrum in h & Libræ ad boream in m eclyptica mobilis h b m d secabit fixam etiam in b & d capitibus Cancri & Capricorni in quibus semper eam intersecat. ita q̄ eius medietas d h b ad meridiem & reliqua b m d uerget ad boream & quia iterum est coniunctio longitudinalis capitum Arietum adinuicem & Librarum ꝓductis circulis prioribus usq; ad h & k erūt etiā capita Cancrí in b & Capricorni in d secundo simul iuncta. Post hoc caput Arietis mobilis fiat in l & Libræ in n erit secundo tota eclyptica mobilis posita sub fixa quare nusquam declinabit ab ea & caput Cancri mobilis propter rationem superíus posítam in q Capricorni uero i r mutatum erit ab hoc autem loco in f capite Arietis mobilis & Libræ in l2 redeunte prior reuertetur dispositio. Hoc igitur modo imagíari oportet motum octauæ speræ: qui trepidationis dicitur propter hoc q̄ non est in longitudine zodiaci immo ad quatuor positionis differentias. Qualiter fit trepidatio. Ad quas differentias eo q̄ accedit & recedit accessus quoq; motus & recessus est nominatus. Completur autem motus iste regulariter continue procedens in .7000. annis diurnus uero motus huius 0.0.0.0.30.24.49. ¶ Patet igī huius motus qualitas: quo eclyptica mobilis diuersam & ad partes oppositas a fixa acquirit latitudíem. Ariete alterū uersus polorum: & Libra ad reliquum declinante quí immo quantum eorum alterum habet latitudinem & alterum æqualem: ut in prima figura declaratur: ponatur nāq; Aries in f & Libra in l2 erit mobilis eclyptice polus f & quia concentrice mūdo sunt ambe. Arcus e a & f l quartæ circulorum æquales sunt: dempto arcu communi e f restant e s declinatio poli mobilis a polo fixæ: & a f latitudo Arietis mobilis a fixo æquales: eadem ratione quía e c & s l2 æquantur dempto s c cōmuni arcus remanent æquales s e & c l2 quom igitur a f Arietis latitudo & c l2 Libræ æquiparentur arcui e s erunt adíuicem æquales. ¶ Eodem modo potest demonstrari q̄ quandocunq; mobilis eclypti ca secat paruos circulos portiones eorum sectæ in partibus oppositis erunt æquales. Pro quo demōstrando fiat secunda figura describatur nanq; zodiacus fixus a c cuius polus b cum paruis circulis d e & f g eclyptica uero mobilis d e f g cuius polus h & circulus per polum b & initia Arietis & Libræ ducatur a b c eclypticam mobilem secabit in duobus punctis i & l2 erunt ut demonstratum est duæ declinationes ad partes oppositas a i & c l2 æquales: quare per secundam partem .13.3. duæ lineæ speriales d a & f g ex quo a centro æqualiter remote sunt æquales: quare æqualium circulorū super æquales lineas e d & f g æquales quod est propositum: cum d e sit uersus austrum & f g uersus boream: quibus demptis remanent reliquæ portiones e d septentrionalis & f g australis æquales. ¶ Hiis declaratis consequenter tria uel quatuor prædicto motui accidentia innotescit in illa parte. Quamquam autem hoc motu. Quorum primum est q̄ si principia Arietis & Libræ mobilium perfectorum circulorum scribant in motu eorum circunferentias: illius speræ punctus nullus hoc agere potest: quod materiale instrumentum patens satisfaciet: & patet etiam in prima figura in qua caput Arietis in f & secundo in h existēte eclytica mobilis angustior fit q̄ sit in a magis uersus b quare quilibet alter punctus a principio Arietis & Libræ describet figuram cuius diameter in longitudine æquatur diametro parui circuli: in latitudine uero propter dictam angustiam minor est: quare non faciet perfecti circuli circunferentiam. ¶ Secundum accidens est q̄ capíta Cancri & Capricorni facient figuras piramidales quarum ba-

ſes erunt lineæ curuæ: ut in eadem prima figura capite Arietis in f dictum eſt & demonſtratum caput Cancri mobilis iunctum cum Cancro fixo in b deinde Ariete moto uerſus g tantum quando erit in g eclyptice unientur: & tunc caput Cancri factum erit in o ut ſupra patuit: motus igitur erit



Cancer a b in o lineam illam curuam deſcribẽdo q; ſi Aries in h Cancer in b iterum reuertetur reliquam lineam curuam deſignãdo deſcribit igitur figuram cuius piramis eſt b in principio Cancri nonæ ſperæ & baſis linea curua in o ut patet: & ita proportionaliter uerſus q aliam deſcribet ſimilem figuram & Capricornus eodem modo.


¶ Tertium accidens eſt q; in huiuſmodi motu neceſſe eſt Cancrum mobilem moueri a Cancro fixo ad ambas partes: eum ſcilicet quandoq; præcedendo & quandoq; ſequendo: & ei quandoq; cõiunctum eſſe ut in eadem priori figura Ariete mobili in f patuit Cancrum mobile cum fixo in b cõiunctum eſſe: ſiquidem circulus e a demonſtrat Arietem utrunq; ſecundum longitudinem unitum: inde uero ſi Aries fiat in g Cancer mobilis in o tranſmutatus præcedit ſucceſſione ſignorum Cancrum fixum. Poſt hoc Ariete per h in i deuento & Cancer mobilis in q ſequetur fixum: quare patet propoſitum. ¶ Quartum accidens eſt q; poli .8. ſperæ impropriè tamen dicti poli: tria nanq; ſunt de ratione polorum: quorum primum eſt q; æqualiter diſtẽt a circulo cuius ſunt poli: ſecundũ q; talis circulus uoluatum ſuper eos, tertium q; ad motum circuli immobiles permaneant: poli autem .8. circuli poli dicti ſunt, propter primam conditionem: æquidiſtãt nanq; ab eclyptica eius orbis. ſed quia orbis non mouetur ſuper eos motu proprio ut patuit: nec immobiles ſint motu orbis octaui: improprie dicuntur poli mouentur igitur ſuper circulum magnum per centra circulorũ & polos nonæ ſperæ tranſeuntem prædictis polis accedendo & recedendo eiſq; coniungendo. Vt in figura prima capitibus Arietis in f & Libræ in l2 exiſtentibus erit ſ polis eclyptice f b l2 d Ariete uero in g & Libra in l factis eclyptice mobilis & fixa unientur: & polus mobilis in e acceſſus erit & cum eo unitus. Eiſdem uero in h & m tranſlatis eclyptica mobili exiſtente h b m d & e recedet polus eclypticæ prædictæ in reliqua reuolutione per e iterum in ſ reuertetur quod eſt propoſitum ſemper igitur appropiquabit & remouebitur per circulum c e a omnia tamen hæc antecedẽtia clarius inſtrumento mãifeſtanſ materiali & ſperico.

Deinde cum dicit.

Contingit itaq; ut eclyptica octauæ ſphæræ ſub diuerſa eius habitudine ſucceſſiue in diuerſis ſuis partibus æquinoctialem primi mobilis interſecet atq; interſectio talis nunc in ipſo capite Arietis primi mobilis accidat: nunc citra nunc ultra ita ut in tempore quo centrum parui circuli reuolutiõem unam perficit: quæ in qua dragintanouem milibus annorum contingit loquendo naturaliter: quilibet punctus eclypticæ octauæ ſphæræ æquinoctialem prope caput. Arietis atq; etiam prope caput Libræ primi mobilis ſecuerit quæ quidem ſectiones in æquinoctiali accedere quandoq; ad capita Arietis & Libræ primi mobilis quandoq; autem ab eiſdem remoueri uidentur aliquãdo quoq; ſecundum: aliquando contra ſucceſſionẽ ſignorum progrediẽdo.

¶ Ex dictis infert corelarium: ex quo declarato alia tria concludit ibi. Vnde fit ut maxim:. Pro corelario declarãdo fiat tertia figura cum eclypticis & circulis paruis ceu prima: & æquinoctialis o p q r cuius polus borealis ſ addatur fitq; caput Arietis in f & Libræ in l2 punctis paruorum circulorũ eclyptica mobilis o f q l2 æquatorem ſecabit in duobus punctis oppoſitis o & q contra ordinem ſignorum a capitibus Arietis & Libræ primi mobilis & nonæ ſperæ diſtantibus: fiãt deinde capita prædicta in g & l eclyptica mobilis cum fixa unie

tur: & cū eadē æquinoctialem in c & a secabit. Ad capita igitur Arietis & Libræ secundum ordinem signorum erunt sectiones appropinquate & unite capitibus autem Arietis & Libræ in h & m trāsla tis mobilis eclyptica h p m r æquinoctialem inter secat in p & s erunt igitur remote sectiones secun dum ordinem signorum ab Ariete & Libra pri mi mobilis. Inde uero in i & n prædicti translatis secundo unita erit mobilis cum fixa eclyptica & sectiones in a & c contra ordinem signorum pun ctis æquinoctiorum erunt factæ propinquæ: ulti mo in f & k redeuntibus illis sectiones fient in o & q & remote sunt ab a & c contra successionem si gnorum. Quare patet q̄ eclyptica mobilis sem per secat æquatorem i capitibus Arietis & Libræ primi mobilis uel prope ad ea accedendo & rece dendo utrinq;. Ita q̄ tempore quo nona spera su am uolutionem complebit. 49000. annis secun dum naturales phylosophos loquendo qui confi tentur motum & tempus eterne duraturum & no nam speram infinitas perficere circulatiōes quod abnuendum est a fidelibus. Dato nanq; q̄ motus duraret tanto tempore eclyptica mobilis per quē libet eius punctum æquatorem secabit in capiti bus Arietis & Libræ primi mobilis uel prope hic inde ad certos limites q̄ secet in his locis manife stum est per probationem in hac tertia figura qd' autem quilibet punctus eclyptice in tanto tempo



re secet manifestum est eo q̄ in tato tempore mo uetur nona spera in longitudine.

Deinde cum dicit.

Vnde fit ut maxime zodiaci declinationes uariabiles existant. Hinc itaq; con tigisse creditur a diuersis astronomis di uersis temporibus eorundem maxima rum zodiaci declinationum quantitates fuisse non æqualiter inuentas. Maiores nanq; reperte sunt a Ptolomeo quam ab almeone: quod utiq; cum similibus uiis & modis processerunt uix aliter quam ta li motus diuersitate uel simili sicut di ctum est modo euenire potuit.

¶ Ex dictis in hoc corelario tria alia concludit se cundum ibi. Variationem autem tertium ibi. Ex quibus quidem primo. Dicit igitur primo quod ex quo dictum est eclypticam mobilem æquato rem non semper in punctis secari eisdem sequitur maximas declinationes zodiaci uariari ut in præ dicta tertia figura quando eclyptica mobilis uni tur cum fixa æquatorem secat in a & c capitibus Arietis & Libræ primi mobilis & eius maxima de clinatio est in b Cancro & d Capricorno. At quā do Aries mobilis est in f & Libra in k fiunt præta ctæ sectiones in o & q & punctus medius eclypti ce maxime declinans ad boream erit t qui magis q̄ b declinat ex quo maxime: & punctus ei oppo situs ad austrum maxime declinabit q̄ d ecce mo do q̄ maxima declinatio quæ prius erat in b ua riata est cum in puncto t fit facta maior. Eodē mo do Ariete in h & Libra in m mutatis sectiōes præ dictæ fient in p & r in quarum medio punctus ma gis declinabit q̄ b & punctus diametraliter oppo situs magis q̄ d non igitur maxime declinationes zodiaci inuariabiles sunt & æquales semper. Qua re nō est mirum si diuersi astronomi in huiusmo dí discordati sunt Ptolomeus nanq; primo Alma gesti cap. 12. 23. graduum & si. m̄. reperit. Alme on autem ei posterior minores. s. 23. g. &. 33. m̄. di uersitatis nāq; causa haud aliud q̄ motus huiusmo di esse potuit. Eisdem nanq; uiis & similibus inge niis processerunt nam cum Sol semper ubi eclyp tica feratur declinatio Solis eadem ē cum ea eclyp tice: eo igitur in maxima ad austrum remotione existente in meridie: eanq; notarunt. secundo ue ro eiusdem eleuationem medium cœli possiden tis polo quoq; artico propinquissimi inter quas la titudines differentia distantia est duarum declina tionum maximarum meridionalis. s. & aquilona ris: quæ cum sint æquales erit æquator diei in me dio ab utraq; æquidistans: medietas igitur earum est maxima Solis declinatio & zodiaci. Ptolome us igitur hac uia procedens differentiam inter du as maximas declinatiōes inuenit. g. 47. m̄. 42. cu ius medium. 23. g. si. m̄. dixit esse ab æquatore ma ximam Solis & eclyptice remotionem: almeō au tem reperit eas simul. 47. g. m̄. 6. cuius mediū. 23. g. 33. m̄. ab æquatore eclypticem dixit maximam distantiam. Tempore nanq; Ptolomei puncta

declinationum maximarum ad seinuicem & ab æquinoctiali magis erant elongata: quæ tempore almeonis appropinquata sunt magis ab enarrati motus causam: Quare patet q̃ uariantur maxime declinationes:& quia per eas transeunt tropici ipsi etiam uariantur: unde maxima declinatione existente in b si tropicus æquidistans a polo.s.in b designetur quis dubitat q̃ minus declinabit q̃ tropicus descriptus in t uel in u punctis magis declinantibus:& eodē modo uersus d Capricornum quia cum declinatio Cancri uersus articū æquet declinatiōi Capricorni uersus antarticū polum quādo altera est maxima & reliqua.

¶ Deinde cum dicit.

Variationem autem sectionis ecclipticæ octauæ & æquinoctialis respectu arietis primi mobilis necessario sequitur ut æquinoctia similiter solstitia cōtinue diuersificentur. Vnde non semper cum Sol ī capite arietis primi mobilis fuerit necesse est æquinoctium accidere: sed stat antea fuisse uel postea secuturum esse: scilicet cum fuerit in sectione p̃dicta. Ex quo nāq; sicut supra dictū ẽ orbes augẽ Solis deferẽtes sup axe eccliptice octauæ sphæræ ad motū eiusdē sphæræ mouẽt:& orbis Solẽ deferẽs sup axe p̃dicto axi æqdistāti necessario seq̃t ut centrū corpis solaris semper in superficie octauæ sphæræ reperiatur. Hæc autem superficies sæpe immo frequenter est extra caput Arietis primi mobilis: quare sequitur illarum similis de uariatione solstitiorū est ratio.

¶ Est quod solstitia & æquinoctia non contingunt sole in eodem loco existente immo continue diuersantur: est nāq; æquinoctiū Sole æquatorẽ possidente: ut patet ex principiis huius scientiæ: sed non semper in eodem puncto æquator: ut patuit ab ecclíptica secatur nō enī secatur semper in capitibus Arietis & Libræ primi mobilis imo ante uel post successionem signorum quare Sol qui mouetur etiam ad motū.8.sperę & semper eccliptícā possidet ad æquatoris perueniet & non semper eundem punctum: nō enim semper æquinoctionū est quādo is est in capitibus Arietis & Libræ primi imo cōtingit tūc esse: stat quādoq; sequutur:& aliquādo præcessisse. Exempli causa cū caput Arietis mobilis est in g uel ī unitur ceu sæpius dixi cū fixa mobilis ecclíptica: sed fixa secat æquatorẽ in Ariete & Libræ primi: quare & mobilis:& cōsequẽter sol in eisdem locis & æquinoctiali existens ubiq; aget æquinoctiū: At in eadē tertia figura capite Arietis in f constituto eccliptica mobilis diuersa a fixa æquatorem parcietur in o & q in quibus punctis cū Sole mouebitur æquinoctium fiet: sed tūc adhuc nō peruenit in capita Arietis & Libræ: in quibus nūq̃ erit nisi sit in f & k ut patet oibus quare cōsequutum est æquinoctium priusq̃ ad arietē & Librā primi mobilis perueniret: Eodē aūt mobili Ariete in h morante mobilis eccliptica æquatorē secabit in p & r quare Sol cū existit in h & m primi mobilis Ariete & Libra non adhuc æquatorē adeptus est: neq; æquinoctiū causauit uniuersale: imo futurum est. ¶ Propter autē motū eundē & sectionum uariationē solstitia diuersantur quando nā q; sectio fit in a c eccliptica. s. mobilis ī Ariete & Libra secat æquatorē maxima solis declinatio fit in b Cancro primi mobilis & d Capricorno eiusdem quare in illis locis solstitiū fiet. Sectionibus autem ī o & q factis fiet solstitium in t ubi maxima declinatio reperitur antequam sol perueniat ad Cancrum: & eodem modo in loco opposito intelligendum est: At dum sectiones contingūt in p & r maxima declinatio zodiaci & Sol in u contingunt & loco opposito reliqua: quare solstitium fiet post recessum Solis a Cancro & Capricorno primi cœli quod est propositum.

Tertium corelarium ibi.

Ex quibus quidem primo concluditur non esse necessarium existentem Solem in capite arietis uel Libræ primi mobilis nullā habere declinatiōem ab æquinoctiali. Secundo similiter non esse necessarium in capite Cancri uel Capricorni primi mobilis Solem existētem ab æquinoctiali declinatiōem habere maximam. Stat enim solem esse in circulo per polos eccliptice primi mobilis & caput Arietis eiusdem transeunte & tamē esse extra superficiem æquinoctialis. Similiter stat eū esse ī circulo per polos zodiaci primi mobilis & caput Cancri eiusdem eunte & tamen tunc ab æquinoctiali declinatiōem non habere maximam sed antea an ipsa fuisse uel post in ea esse futurum. Hæc etiam sequitur tropicos Cancri & Capricorni cōtinue respectu æquinoctialis uariari: nūc quidem uersus eum propinquādo: nunc ab eo elongando: certos tamen limites quos exire nō pōt h; illa uariatio.

¶ Per eandem figuram oſtendetur quando nã. q̃ mobilis eccliptica extra fixã ſituatur ut ſit arie te mobili conſtituto ín ſ & h & omnibus aliis pũ ctis eius patui præter q̃ in g & i tunc ſol exiſtens in f & h erit in principio arietis primi mobilis: & in l2 & m in principio Libræ eiſdem & tamẽ ma gnam poſſidet declinationem: q̃ ſi in hoc caſu ſit ĩ initio Cancri b maximam q̃ poſſit habere de clínatiõem non poſſidebit: immo uel habuit in pũcto t uel habiturus eſt eam in puncto u tũc enĩ quando eccliptica mobilis unitur cum fixa quod contingit ariete mobili tantum in duobus pun ctis g & i parui circuli conſtituti ſol exiſtens in ariete & Libra primi mobilis decliuationem nul lam habebit: & in Cancro & Capricorno maxi. ma continget: ut patet ex multis dictis: quæ ſi in. ſtrumento materiali proprio oſtendantur luce clarius percipientur.


Deinde cum dicit.

Ex his autem ſtellarum motibus ſatis apertum eſt motum aggregatum ex mo/ tibus nonæ & trepidatione octauæ quã/ doq; ſecundum ſucceſſionem nunc qui/ dem uelociter nunc tarde: quandoq; au/ tem ſtationarium & quandoq; cõtra ſuc ceſſionem contingere ſecundum diuer/ ſum ſitum capitis arietis octauæ ſphæræ in circunferentia ſui parui circuli: Diffici/ le igit̃ ualde fuit huius motus antiquis repperire qualitatem. Vnde diuerſi di/ uerſimode in hoc fuerunt imaginati. Ali qui nanq; dicebant auges & ſtellas fixas moueri p̃ noningentos annos uerſus orié tem continue uſq; ad gradus ſeptem. De inde per alios noningentos annos tantũ/ dem econuerſo uerſus occidentem. Alba tegni uero dicebat eas moueri uno gradu in ſexaginta annis & quattuor menſibus ſemper uerſus orientem. Alfraganus au/ tem putauit q̃ in centrum annis unũ gra dum ſemper uerſus oriẽtem perficerent: ¶ Quia per ſe & diſtinctæ omnes quibus octa ua ſpera deferẽ motus ſupra declarat: modo eos aggregando ſtellarum fixarum quæ uidentur ſal uat apparentias: motus nanq; qui uidetur in ſtel. lis fixis commixtus eſt ex motibus in longitudi. ne nonæ ſperæ & trepidationis octauæ: quo fit ut aliquando ſtellæ fixæ directe uideantur moueri & uelociter: quandoq; uero & ſi directe tarde ta men ſunt ín motu: tertio uidentur ſtationarie: & quandoq; retrogradari. Quorum cauſæ reddi poſſunt tã in prima q̃ in tertia figura ex quo nãq; eccliptica fixa a b c d mouetur ſecundum ordinẽ ſignorum ſemper & uniformiter ut a uerſus b & punctus Arietis mobilis in f conſtitutus uerſus g feratur ad orientem mouebitur & ſecundum or dinem ſignorum: quare duo motus nonæ ſcili cet & octauæ ſperæ aggregati ad orientem uer ſus non tantum directas uerum etiam ueloces ef ficient ſtellas firmas: ex g uero moto Ariete mo bili: incipit ad occidentem deferri: tardius tamen q̃ nona ad orientem: quare non aget ut ſtellæ fi xæ regrediantur: uerum ín motu directo tarde reddantur: at quãdo idem ex g ad h magis pro cedet ad occidentem motus octaui orbis æqui perabitur motui noni ad orientem: quare ſtellæ fixæ ad earũ neutram partem delate ſtationarie iudicabũtur. Quando uero prope h caput Arie tis mobilis exiſtens retrograde & ad occidentẽ uelocius moueatur q̃ nona ſpera ad orientem: firmæ ſtellæ regredientur: & ita habemus: quali ter per diuerſum ſitum Arietis in ſuo paruo cir culo & Libræ ĩ ſuo: has omnes ſtellarum paſſio nes ſaluare non eſt difficile. Et ſi per ſectionem eccliptice mobilis cum æquatore & per uariatio nem illis aliter poſſunt dictæ paſſiones ſaluari per motum ſtellarum ad latitudines auſtrales & ſeptentrionales ſicut credidit Ptholomeus ut di cetur in recitando opinionem thebith Aries nã q̃ mobilis in f ſeptentrionalem habens latitudi nem: auſtralem adipiſcitur dum in h fiet: & ſimi li modo plurimæ ſtellarum fixarum. ¶ Hunc quidem motum antiqui non comprendentes diuerſa opinati ſunt ſecundum q̃ diuerſas diſ poſitiones tempore ſuo conſpexerunt in moti bus ſtellarum: Albategni nanq; aſtrologorum ſummus cõparans loca ſtellarum ab eo inuenta eorũdem locis & conſiderationibus aliorum ui denſq; uelociſſime eſſe trãſlatas: dixit motus ſtel larum ſemper eſſe ad oriẽtem. 60. annis & quat tuor menſibus uno gradu: ut completa circula tio fiat. 21720. annis: Ptholomeus autẽ. 7. Almag. & Alphagranus. 13. differentia uidentes tardiori motu eſſe tranſlatas: dixerũt motum octaui cœ lí compleri. 36000. annis centrum ſcilicet annis gradum unum tranſeundo. Alií uero uidentes loca ſtellarum fixarum ſuo tempore: eaq; com parantes ad conſiderationes priorum inuenerũt ſtellas fixas regreſſas & ad occidentem motas cũ antiquiores ponerent moueri ad orientem & ſe cundum ordinem ſignorum putauerũt eas diuer ſis temporibus ambobus motibus moueri: qua re octauam ſperam noningentis annis ad orien tem gradibus. 7. & in tempore æquali totidem occidentem uerſus deferri protulere: quæ quidẽ diuerſitates qualiter trepidationis motu cum eo qui eſt in longitudine ſaluẽtur palã eſt ex dictis.

¶ Deinde cum dicit.

Medius itaq; motus acceſſus & receſſus octauæ ſphæræ eſt arcus circuli parui a puncto ſupremo quartæ ſecũdum ſucceſſionem ſignorum uſq; ad caput arietis octauæ ſphæræ computatus

¶ Determinat de motu ſtellarum fixarum practice magis terminos: terminorum rationes & canones exponendo: & quia octaua ſpera mouetur motu diurno qui regularis eſt & non pertinet ad partem iſtam de eo terminare immo ad doctrinam de motu primi mobilis: ſeu de ortu & occaſu ſignorum cœliq; mediatione: fertur ſecundo motu in lõgitudine zodiaci ab nona ſpera: qui quia regularis eſt ſecundum ordinem ſignorum: faciliter per tempus reperit ſicut & omnes motus æquales: eſt nãq; ſimul medius & uerus motus augium & ſtellarum fixarum nominatus: ideo de eo nihil oportet dicere: at quia tertio mouetur motu trepidationis capitibus arietis & Libræ eiuſdem paruos circulos deſcribẽtibus ut patuit: qui motus & ſi ſit regularis ꝗa tamen non eſt in eccliptica: apparet aliquando tardus & uelox quandoq;: quandoq; directus & aliquãdo retrogradus oportet hanc diuerſitatem habere & æquationem. Et qualiter ea motus ſperæ octauæ habeatur declarare canonice diuerſitas & ille motus in zodiaco fit & cauſatur propter motum capitis arietis in circulo paruo: in quo cum regulariter moueatur: medius motus appellatus eſt motus eius. Primo igitur diffinit medium motum qui fit in paruo circulo: ſecundo uero æquationẽ & motum in zodiaco correſpõdẽtem ibi. Aequatio autem: notandum eſt pro primæ partis intellectu ꝙ ſtellæ fixæ ceu innotuit ſuperius mouentur motu duplici ſcilicet trepidationis omis octaui & motu noni in lõgitudine: unde habito motu noni oportet deinde inueniri motum trepidationis: & quod ei in zodiaco correſpondet uerbi gratia ſit eccliptica primi mobilis a b a pricipium arietis eiuſdem primi mobilis: & b arietis nonæ erit motus augium & ſtellarum fixarum arcus a b at quia principium arietis mobilis in paruo circulo defertur ſupra b deſcripto nõ manebit ſemper in b cum ariete fixo quare ultra motu dictum oportet inuenire motum trepidationis & æquationem per medium motum: unde ſi c ponatur polus eccliptice nonæ ſcilicet borealis: a quo arcus c b per caput arietis fixi ducatur ſecans circulum paruum in d & e erit per. 8. 3. punctus d propinquiſſimus polo ſeptẽtrionali c ideo dictus eſt ſupremus: ab illo igitur ſupremo puncto ad uſq; caput arietis mobilis ſecundum motum illius capitis arcus acceſſus & receſſus motus medius eſt dictus uerbi gratia ſi caput arietis ſit in f erit me



dius motus d f & ſi in g medius motus d ſ g hoc nanq; modo dictum eſt arietem mobilem moueri inceperunt náq; ab illo puncto medium motum quia ibi exiſtens caput arietis mobilis cum fixo coniunctum eſt ut demonſtrat arcus c b per utrũq; tranſiens quare tũc habito motu augium & ſtellarum fixarum non proceditur ulterius: ſed quia eadem ratione incipere poterant ab e puncto ad auſtrum uiciniſſimo: ĩ quo iterum cum ſit aries mobilis cum fixo iunctus eſt eodem arcu priori per utrũq; tranſeunte: inde non incoharũt quia punctus eſt infimus & a nobis diſtãtiſſimus modo illud quod eſt ſeptẽtrionale & nobis propinquum dignius eſt præponere ꝙ auſtrale & remotum a nobis.

¶ Deinde cum dicit.

Aequario autem octauæ ſphæræ eſt arcus eccliptice nonæ ſphæræ centrum parui circuli & circulum magnum a polis eccliptice nonæ per caput arietis octauæ tranſeuntem interiacens. Cum igitur medius motus acceſſus & receſſus nihil fuerit aut ſemicirculus: nulla fit dicta æquatio. Sed ſi. lxxxx. gradus aut. cc lxx. fuerit ipſa erit maxima. Cum autem talis motus acceſſus & receſſus fuerit ſemicirculo mĩor æquatio erit ſemper adẽda ſed cum maior fuerit erit minuenda.

¶ Declarat uerum locum capitis arietis mobilis in zodiaco: seu diuersitatem inter uerum locum arietis fixi & uerum locum mobilis: unde si caput arietis mobilis sit in f ducto circulo a polo eccliptice per eum c f eccliptícam secante in h erit h uerus motus eius & eius arcus b h qui capitur inter b locum uerum arietis fixi & h uerum locum arietis mobilis æquatio & diuersitas nominatur: cum habito uero motu arietis fixi per eius additionem uel demptionem uerus motus arietis mobilis proueniat & consequenter loca stellarum fixarum: Prædicta æquatio reperitur mediante motu medío octauæ sperę: uel accessus & recessus. Nam quom huius motus nihil fuerit: ꝙ denotatur arietem mobilem esse in puncto supremo d aut semicirculus & sex signa capite arietis mobilis punctum e oppositum tenente: eo ꝙ semicirculus a polo c eccliptice c d b e transit per hæc duo loca & centrum circuli ubi est caput arietis fixi nulla est æquatio: quare habito motu augium & stellarum fixarum habetur motus octauæ sperę nec aliud queritur. Maxima autem est æquatio cum caput arietis mobilis destiterit a duobus dictis punctis quarta circuli: ut ꝙ sit in pũcto i dest & medius motus d i. 90. grad. uel ín k & medius motus d i e k. 270. grad. uel nouem signorum tunc enim æquatio dícitur esse tota circuli semidiameter b i uel b k quæ non potest esse maior: ut per se notum est: ꝙ autem medio motu existente. 3. signorum uel. 9. caput arietis mobilis sit in i uel in k & ꝙ hæc duo puncta semota sint a d quarta circuli notum est ex quo arcus c b perpendicularis est super eccliptícam quare omnes anguli b recti & consequẽter arcus eis subtensi quare partes sunt parui circuli. Sed talis medius motus nõ tantũ dat æquationem prædictam uerum per eam æquare motum augium & stellarum fixarum instruit: Nam quandocunq; medius motus accessus & recessus minor fuerit semicirculo uerus motus octaui orbis maior est q̃ motus augium & stellarum fixarum. uerbi gratia motu accessus & recessus di. existente maior erit motus a b i q̃ a b quare æquatio b i addici debet motui nonæ sperę & uerus octauæ emerget: At quando idem motus fuerit maior ut d e k motus nonæ maior est q̃ octauæ a k quare æquatio l2 b demi debet a motu nonæ ut habeatur motus. 8. ¶ Nota pro complemẽto huius opinionis & maxime quod dictum est de æquatione: ꝙ cum æquatio nulla reperiatur in d & e ab eis in duobus locis æquidistantibus æquatio reperitur æqualis ut f ex d duo puncta capiantur æquidistantia & l per quæ a polo eccliptice ducantur arcus f c g & c m erunt in spera æquidistantes arcui c e at quia arcus parui circuli d f & d l æquales sunt: erunt & corde eorum æquales per regulas arcuum & cordarum primo Almag. declaratas: sed quia b h & b n perpendiculares sunt super tres arcus dictos erunt ad seinuicem æquales: quæ sunt æquationes cõtingentes capite arietis mobilis in punctis f & l existente quod est propositum haud aliter deduci poterit capite arietis in duobus punctis æquidistantibus ab i & l2 punctis scilicet maximarum æquationum æquationes contingentes adinuicem æquari: & hac de causa in tabulis æquationum motus octauæ sperę augmentatur medius motus ad. 90. usq; gradus quot sunt a d in i dein ceps retrogradari præcipitur ad initium tabulæ: quia in arcu altero i e æquationes contingunt æquales eis quæ in d i.


Deinde cum dicit.

Thebit uero duplicem tantum octauæ sphæræ motum inesse dixit: unum a primo mobili siue sphæra nona diurnum scilicet alium uero proprium scilicet trepidationis qui fit super circulis paruis duplicem eccliptícam asseruit: fixam quidem in nona sphæra: mobilem autem in octaua: ita ut capita arietis & Libræ mobilis circunferantur in duobus circulis paruis quorum media seu poli sunt ipsa capita Arietis & Libræ eccliptícæ fixæ & arcus eccliptícæ fixæ inter polos horum paruorum circulorum & circunferentias suas quattuor gradus habet decemocto minuta. xliii. secunda. Dixit autem capita arietis & Libræ mobilia taliter circunferri ut cum caput Arietis mobilis fuerit ĩ sectiõe parui circuli & æquatoris occidẽtali ipsum mouebitur in medietatem parui circuli quæ ab æquatore septẽtrionalis est: caput autem Libræ mobilis mouetur tunc per medietatem sui parui circuli quæ meridiana est ab æquatore. Et cum caput arietis mobilis fuerit in sectione æquatoris & sui parui circuli orientali mouebitur in medietatem parui circuli quæ ab æquatore est meridiana. Caput autem Libræ mobilis uoluetur tunc per medietatem sui parui circuli septẽtrionalem ab æquatore at cum caput

ari tis mobilis fuerit in alterutro duorū
pūctoꝝ ſectionis eclyptice fixe cū paruo
circulo ſtatuet eclyptica mobilis directe
in ſupficie eclyptice fixe qđ in una reuo
lutione capitis arietis mobilis in ſuo cir
culo puo bis accedit. In oībus aūt aliis lo
cis capite arietis mobilis in periferia ſui
parui circuli locato: eclyptica mobilis ſe
cabit eclipticā fixā in pūctis qdem capi
tum Cācri & Capricorni mobiliū. Nam
hæc duo pūcta ecliptice mobilis ſemper
circūferētie ecliptice fixe in hoc motu co
herent ut nuſquā ab ea recedāt. A capiti
bus tamē Cancri & Capricorni fixoꝝ p
quātitatem quattuor graduū decēocto
minutoꝝ .xliii. ſecundoꝝ elōgari uerſus
oriētem aut occidentē cōtingit. Vbicūq;
etiā ſectio harū eclipticarū fiat ipſam ne
ceſſe ē a pricipiis arietis & libræ mobiliū
p q̄tā circuli magni diſtare. Licet uero in
una reuolutiōe capitis arietis mobilis in
ſuo circulo puo bis accidat ut capita Cā
cri & Capricorni mobiliū ſtatuant ſub
capitibus Cancri & Capricorni fixorum
nunq̄ tamē capita arietis & libre mobi
liū ſub capita arietis & libre fixorū per
ueniēt. Nam dum eclyptica mobilis cō
tinget circulū paruum a parte ſeptētrio
nis in pūcto arietis mobilis capita Cācri
& Capricorni mobilia iuncta ſunt cū ca
pitibus fixorum. Similiter accidit in cō
tactu meridiano: ſed capita arietis & li
bræ ſemper a capitibus fixorum quanti
tate quæ dicta eſt: diſtant.

¶ Cōpleta determinatione modernæ opinio
nis de motu octauæ ſperæ in hac pte ꝓſequitur
opinionē Thebit chore inter alias recitatæ con
formiorē. Differt nanq; a dicta quia ceu illa de
cimā ſperam nō fatet: & in hæc reliqs omnibus
cōuenit: ſed nonā dicit eſſe primū mobile: & oc
tauā ultra motū diurnū a primo cœlo ei cōmu
nitatē habere unicū motū tantū acceſſionis &
receſſionis ab eo nominatū ſupra duos puos cir
culos in capitæ arietis & libræ primi mobilis de
ſcriptos æquales ut dictū eſt factū. Tantū quoq;
duas ānuit eclypticas fixā. ſ. quā ponit in primo
mobili ſeu nona ſpera & mobilē motu acceſſio
nis & receſſionis in orbē octauo. Cōuenit autē
cum eadē ex quo motū trepidationis inter alias
tantū ponit: quinimo eo tm̄. 8. ſpera uult moue
ri ultra motū quæ habet a primo mobili: qđ pa
tet ab eo in primo capitulo operis eius qđ motu
octaui cœli cōſtruxit dū inquit. Nec orbis ſtella
rum fixarū q eſt orbis formarū & ſignoꝝ habet
motū præter hūc. ſ. acceſſus & receſſus. Et ſubdit
q̄ eſt motus cōmunis toti quod eſt ſub eo ſecū
dum acceſſionē & receſſionē. Et in capitulo ter
tio cōcludens in fine habet ſententiā eandē: un
de dicit. Et ſtellæ fixe nō habent aliū motū neq;
alio motu mouēt niſi iſtō acceſſiōis & receſſiōis
& ē cōis eis & oīum erraticaꝝ augibus. Et neceſ
ſitat ipſe Thebit hoc fateri ſi qđ ſupra octauā tā
tū nonā ſperā dicit eſſe a qua octaua motū hēat
diurnū & motū hmōi trepidatiōis ei ē ꝓprius.
Et qa nō daſ altera ſpa aliū motū non hēt: hēt
igiſ cōueniētiā hæc opinio cū opīione moder
niori cū ab eadē reliq̄ ferē i oībus diſcrepēt: pri
mo in ſperaꝝ nūero decimā eaꝝ nulla annuēs.
Scđo qa motū acceſſus & receſſus ut Thebit mi
nime admittit tanq̄ ad cognitionē eius nō pue
niēs. Hac igī de cā opīonē Thebit diffuſius ꝓſe
quutus ē. Ad qđ cōcurrit altera cā: q̄ alię opinio
neſ nō tātā reqrūt declarationē: ex quo dicūt oc
tauā ſperā ī lōgitudine zodiaci tātū deferri: quī
motus facilis ē & notus ei q ī theoricis imagina
tus eſt motus ec. ſolis & alioꝝ planetaꝝ: nō. n. eī
accidit imagīatio difficilis: iō ſuccincte & breuī
ter illas opiniōes ꝓſequutus ē ſupra q̄lītatē mo
tus & uelocitatē māifeſtādo. Motus āt quē The
bit dicit eē octaui cœli difficilioris e imagīatio
nis & plurimas hñs ꝓprietates occultas ut pate
bit: q̄ declaratiōe īdigēt lucidiori: iō hāc opinio
nē ꝓſequēs ad ſummū declarat: unde ponit to
tam ſentētiam Thebit in primo capitulo: & duo
facit primo agit de motus octaue ſperæ qualita
te theoricæ: ſecūdo uero magis practicæ opera
tionē pro motu uero habēdo notificās: & appa
rentias ſaluat ibi. Aequatio ítaq;. Partē primam
iterū in duas ſecabo: nā in prima motus decla
rat qualitatē: in ſecūda uero ꝓprietatē ex motu
iſto ſequentē & diuerſitatē declinationū maxi
marū innoteſcit ibi. Eclyptica autē fixa. Pro no
ticia & cōpletiori manifeſtatione eoꝝ quæ ī pri
ma parte & in aliis dicētur deſcribo primā figu
ram planā in qua æquator diei A B C D E F cu
ius aquilonaris mūdi polus. 6. uerſus quem qc
quid uergerit ab æquatore ſeptētrionalē decli
nationē teneat: & extra æquatorē cōſtitutum ſit
meridionale: ſecūdo eclypticam primi mobilis
quā fixam nominauit depingo A H I k D intra
quam quicquid repertum fuerit borealem ex
tra uero meridionalem latitudinem poſſideat:
ſecet quoq; dicta eclyptica æquatorem in a prin
cipio arietis fixi & D libræ ſectioníbus nunq̄ ua
riātibus: īmo ſemp in locis illis repertis & angu
los æquales. 23. g. &. 33. m. cauſantibus. Super a

igitur & D sectiones eclyptice fixe cum æquatore duos circulos M N O P. Super a & Q R S T Super D designo: ita nãq; uult prædictus auctor capitulo primo quando dicit centrum cuiuslibet circuli est cõmunis septio æquatoris diei cũ orbe decliui hoc est in initiis arietis & libre fixorum. Qui quidem circuli adinuicem ita æquentur ꝙ eorum cuiusq; semidiameter. 4. gradus. 18. m̃. 43. secũda contineat ad quam tota diameter dupla existens sit. g. 8. m. 37. secũda. 26. Sitq; orizon R P transiens p centra circuloꝝ paruoꝝ R punctus orientis & P occidentis. In circulorũ prædictoꝝ circũferentiis semp sunt & mouent capita arietis & libre octauæ sperę quæ mobilia dicta sunt taliter ꝙ semper adinuicem opponũtur: altero nãq; supra orizonte existente reliquũ sub eo morabitur: & sub eodem tantũ hoc deprimitur quantũ illud eleuatur. Similiter altero septẽtrionale secũdum latitudinem seu declinationem uel utrãq; existente erit reliquũ meridionale eodem fere modo: quod p se notum est si quidem capita prædicta in circulo terre concẽtrico qualis est orbis octauus diametraliter sunt opposita: & hac eadem de causa quanta alterius est declinatio seu latitudo tanta alterius est ad oppositam partem: ut etiam supra patuit. Vt autem pateat quod dictũ est exemplariter & qualitas motus manifestetur: caput arietis mobilis in .m. puncto sectionis parui circuli cum æquatore occidentali ponatur sub orizõte: erit libra mobilis supra orizõtem in. q. sectione eius parui circuli cum æquatore occidentali quoq; inde uero aries ad septẽtrionem ferret in n & o supra orizontem libra uero ad austrũ uniformiter in r & s sub orizõte. Ex o uero reliqua sectione orietur aries ferẽs ad austrum in p & m itęq; rediẽs libra uero ad boream per t in q sectionẽ priorem se reddet & prior redibit dispositio: hæc est sententia eius thebit ut ex tertio capitulo accipi potest: quã & si nõ exprimat: ex illo tamen qd̃ uult



de additione uel demptione æquatiõis octauæ sperę a motu astri hæc quod dictum est necessario sequitur. Cuius motus uelocitas est: licet auctor nõ meminat singulis annis. 5. m̃. fere: ita ꝙ reuolutio capitum arietis & libre in suis circulis puis terminat circiter. 43. 20. ãnis ut ex tabulis eius de motu accessiõis & recessiõis hr̃. In hac igr̃ cõpleta reuolutione bis cõiungitur & unit̃ mobilis eclyptica cũ fixa: quando. s. arietis mobilis est altera sectionẽ parui circuli cum fixa eclyptica gratia exẽpli: capite arietis in l uel in x existẽte & libre similiter in aliis sectiõibus circuli eius cum eadẽ totaliter ut superius claruit cõiungũt̃ & una fiũt eclyptice præfatæ: ariete uero mobili extra hæc duo loca constituto similiter & libra ex quo altera pars eclypticæ mobilis ad boreã: ad austrũ reliqua remouetur a fixa: adinuicẽ se secabũt & talis sectio fiet in Cãcro & Capricorno mobilis eclypticæ: quæ quidem duo puncta ab eclyptica fixa nunq̃ remouebũtur imo ei semper adherere necesse est: cuius ratio ut inquit thebit in cap. primo: quia aries & libra mobiles inter omnia pũcta eius eclypticæ maximã retinẽt latitudinẽ quando reperit latitudo: quare pũcta in eorum medio existentia quæ sunt Cancer & Capricornus mobiles nusq̃ & nunq̃ declinabũt uel latitudinem possidebunt ab eclyptica fixa: in eis igitur eclypticæ fixe a mobili fiet: intersectio. Exempli causa si sit aries mobilis in n & libra in r erit i punctus æqualiter distans ab eis in eclyptica n i c r in pũcto igitur. i. qui erit principiũ Cãcri & principio Capricorni ei opposito mobilis eclyptica fixam secabit & p rationem dictã illã nunq̃ deserent: uerũ a capitibus Cancri & Capricorni fixoꝝ hinc inde hoc est orientẽ & uersus & occidentẽ. 4. g. 18. m. 43. secũda quanta est semidiameter circuli remouentur: ita ꝙ spatiũ inter duos terminos elõgationis maxime duplũ est ad dictum & æquale dyametro eiusdem circuli uerbi gratia ponatur aries in l & libra in u eclypticis ambabus unitis pũctus in medio. s. principium Cancri mobilis erit h tantũ remotus ab i quantum i ab a quom nãq; a i & l h quarte circuloꝝ unitorum sint æquales si arcus cõmunis a h demat̃ remanet distantia Cancri mobilis a fixo i h æqualis a l sed a l semidiameter ẽ. 4. g. 18. m. 43. secunda igitur & i h æqualis: qnimmo quia l remotum est ab a uersus occidentem & h ab i etiam eandẽ uersus partem: remotus est igitur Cancer mobilis a fixo uersus occidentem semidyametro circuli. Eadem ratione ariete in x & libra mobilibus in sectione reliqua: erit Cancer mobilis in k si qnidem unite sunt ambe eclypticæ adinuicem a i x k erunt æquales quare dẽpto arcu cõmuni x i k & a x restant æquales erit iterum arcus i k semidyametro circuli æqualis. Sed x ab a uersus orientem elongatum est quadere & k uersus orientem ab i remotum erit qd̃ est intentum primum i h igitur æquatur circuli


semidiametro & i k similiter quare totus arcus h i k circuli diametro erit æquiperans per totum igitur arcum k h principium Cancri potest moueri æqualem diametro parui circuli quod est secundum: ex quibus omnibus sequitur corelariũ: quod & si in reuolutiõe completa Arietis in paruo circulo bis iungatur Cãcer mobilis cum fixo & uniantur adinuicẽ Arietes tñ mobilis cũ fixo nunquam unietur: primum patet ex quo nanque Cancer mobiles mouetur continuo sub arcu k h aliquando erit in Cancro fixo: & quia semper heret eccliptice fixe unita erunt adinuicem nullo modo distantía hoc autem bis contingit in una reuolutione: primo Ariete mobili existente in n puncto contactus boreali eccliptice mobilis cum paruo circulo: quia circulus per polum eccliptice transit per n & a uterque Aries coniunctus erit secundum longitudinem quare a i & n i erũt æquales & quartæ idest igitur erunt ambo Cancri mobilis scilicet & fixus: idem contingit Ariete eodẽ existente in puncto contactus meridionalis p ubi iterum uterq; Aries erit cõiunctus secundum longitudinẽ per eos dicto circulo transeunte: & Cancri tam mobilis q̃ fixus uniti: secundum patet etiam quia aries mobilis nunquam circuli parui circunferentiam relinquit: fixus uero eiusdem circuli centrum est: a qualibet autem parte circunferentiæ centrum elongatur prædicta distantia scilicet. 4. grad. 18. minu. &. 43. secunda nunquam igitur erunt simul & tam longitudine coniuncti quam latitudine: quod est propositum: & quod de Ariete dictum est de Libra intelligatur proportionaliter & quod de Cancro de Capricorno uerificatur.

ℂ Deinde cum dicit.

Ecliptica etiã fixa semper secat æquatorem in capitibus Arietis & Libræ fixorum ad angulum semper eundem puta. xxiii. minutorum &. xxx. secundorũ. Sed eccliptica mobilis æquatorem successiue secat in singulis punctis comprehensis in duobus arcubus quos eccliptica mobilis in duobus sitibus cõtactuum ab æquatore separat & quantitas cuiusq; est circiter. xxi. gradus &. xxx. minuta. Est enĩ maxima distantia capitis Arietis mobilis a sectione eccliptice cum æquatore per gradus decem & quadragintaquinq; minuta. Vnde maxía declinatio eccliptice mobilis ab æquatore uariabilis est: maior quandoque declinatione eccliptice fixe quandoq; minor eadem: quandoque sibi æqualis. Tunc enim æqualis est illi cũ mobilis sub fixe superficie fuerit maior uero in sitibus contactuum: Vnde eã Ptholomeus. xxxiii. graduum li. minutorum. xx. secundorum repperit. Minor autem dum caput Arietis mobilis in sectione æquatoris & parui circuli fuerit. Nam tũc intersectio eccliptarum erit in puncto eccliptice mobilis maxime declinãte qui minus declinat quã caput Cancri & Capricorni fixum.

℄ Declarat quãdam proprietatem quæ insequitur hunc motum accessionis. Propter hoc enim q̃ æquatorem secat non in eisdem punctis semper immo in diuersis uariantur maxime declinationes: quod declarat per comparationem declinationum eccliptice fixe: unde dicit q̃ ex quo eccliptica primi mobilis fixa est: & æquatorem secat semper in locis eisdem scilicet in Ariete & Libra fixis: neque sectiones uariantur & mouentur neq; a sectionibus causati anguli unquam diuersantur immo sunt æquales: sequitur q̃ punctorum intersectiones mediorum Cancri & Capricorni fixi ab æquatore æquales sunt declinationes semper maxime sunt: sunt nanq;. 23. grad. 33. min. sed eccliptica mobilis propter eius motum non secat æquatorem in locis semper eisdem: immo sectiones diuersantur secundum diuersum situm Arietis mobilis i circulo paruo. Nam quando Aries dictus fuerit in n fit sectio æquatoris & eccliptice in f eodem uero in p constituto sectio fit eorundem in b ut patet potest nanq; eccliptica mobilis secare æquinoctialem in toto arcu comprehenso inter duo puncta sectionum Ariete existente in puncto cõtactus exempli causa sicut dixi Ariete in n puncto contactus borea li fit sectio præfata in f quæ distantior est uersus occidentem quam possit fieri ab f nanque ultra non potest æquatorem secare: siquidem punctus contactus punctus est remotionis: eodem modo Ariete existente in puncto contactus meridionalis p sectio fiet in b quæ eadem ratione distantior est orientem uersus: dico igitur q̃ in toto isto arcu f b æquator successiue ab ecclíptica fixa secari potest ultra quos terminos sectio nulla fieri potest inter quos per æquidistantiam a Aries fixus erit medius ab utroque. 10. gradus. 45. min. semotus: & totus arcus f a b duplus gradus. 21. minu. 30. Et ut melius apprehendan-

tur ea quæ hic dicuntur quia non sunt multum facilia ideo aliqua sæpius replico: sententiam thebit aducam: dicit nanq; thebit quando Aries erit in n puncto contactus septentrionalis & Libra in r cõtactu meridiano sectiones fient in f & c ab a & d cõtra ordinem signorum .10.g.45.m̃. quare f erit .19.g.15.m̃. piscium & c gradus oppositus Virginis.19.m̃.15.Ariete uero in p & Libra in t punctus contactuum reliquorum & oppositarum declinationum fient sectiones in b & e ab a & d .10.g.45. m̃.secundum ordinem signorum remotis: & ergo b.10.g.m̃.45.Arietis & e oppositus ſ Libra quare concludit q̃ eclyptica fixa contínue secat æquatorem in duobus arcubus æqualibus a.19.gra. piscium &.15.m̃.ad.10.Arietis &.45.m̃.& arcum huic oppositum interceptum inter.19. Virginis.g.& .15.m̃.&.10.Libræ &.45.Quia igitur prædictæ sectiones uariabiles sunt & mobiles & declinatiões maxime tã fixæ eclypticæ q̃ Solis qui ab illa mouetur & sub illa est uariabiles & inæquales in tẽporibus aliis: quod patebit si eas declinationibus eclypticæ fixæ quas dictum ẽ semper eẽ æquales comparemus: sunt nanq; eis quandoq; æquales quandoq; maiores.& aliquando minores. Ad quæ declaranda fiat secunda figura cum notis puta necessaria designantibus. Et ponatur Aries in c sectione parui circuli cum eclyptica fixa & in d reliqua Libra erũt per prædicta eclyptice ambe unite. Et consequenter æquales erunt declinationes eorum maxime in principio. ſ. Cancri & Capricorni fixorum quod est primum. E nanq; est principium Cancri fixi & maxime declinationis locus. Non tamen erit principiũ Cancri mobilis ut prædicta concluserunt. Si uero mobilis Aries in f & Libra in g punctis ſ contactus quia cõiuncti sunt cum Ariete & Libra primi mobilis secundum lõgitudinem: erit ut patuit supra punctus e sectionis eclypticarum utriusq; initium Cãcri. & punctus maxime declinationis fixæ ut sæpius dictum est. At quia eclyptica mobilis secat æquatorem in h & i erit punctus medius maxime eius declinatõis k qui magis declinat q̃ e maxime declinationis eclypticæ fixæ punctus quod est secundum. Sit tertio caput Arietis mobilis in l sectione parui circuli cum æquatore & Libræ in reliqua in circulo eius m erit punctus maxime declinationis n Cancro. ſ. octauæ sperę ex quo Aries & Libra non declinant immo sunt in æquatore. sed Cancer secat eclypticam fixam in n n igitur punctus Cãcri mobilis & punctus eclypticæ fixæ æqualiter declinãt sed e Cancer fixus maxime declinat inter omnes punctos eiusdem eclyptice magiſq̃ n Aries igitur & Libra existentibus in sectiõibus paruorum circulorum cum æquatore mĩores sunt maxime declinationes. 8. orbis q̃ noni quod est tertium. Cũ igitur sicuti supra cõclusum est declinationes eclypticæ fixæ inuariabiles sint & æquales sequit̃ necessario declinationes eclyptice mobilis in diuersis temporibus uariari in quantitate. Et hac de cã diuersis temporibus inæquales inuente sunt. Inde.24.g.eẽ protulerũt Ptolomeus autẽ .23.51.30. Almeõ uero oĩbus posterior adhuc mĩores.23.33.



Deinde cum dicit.

Aequatio itaq; octauæ sphæræ est arcus eclyptice mobilis inter caput Arietis mobilis & intersectionem eiusdem eclyptice cum æquinoctiali interceptus. Sed motus accessus & recessus est arcus circuli parui inter caput Arietis mobilis & intersectionem æquatoris & circuli parui per medietatem circuli septentrionalem progrediendo. Hoc motu contingit ut stellæ fixæ uideantur nunc moueri uersus orientem: nunc uersus occidentem: nunc motu ueloci: nunc motu tardo. Nam cum fuerit caput Arietis mobilis in quartis parui circuli ab æquatore uidelicet prope situs contactuum de quibus diximus tarde uidentur moueri uersus eam partem uersus quam est motus earum quod tunc æquatio octauæ sphæræ parum crescat aut decrescat. Sed cum fuerit caput Arietis mobilis in alterutra sectionum æquatoris & circuli parui uel prope uelociter moueri uidebuntur stellæ ad eam par

tem ad quam est motus earum: q; sub eisdem sitibus æquatio octauæ sphæræ plurimum crescat aut decrescat. Hinc diuersitas manifesta in motu earum inuenta est. Ptolemæus enim earum loca tempore suo uerificata comparauit ad loca earum ab Hipparcho & aliis inuenta: reperitq; motas motu tardo uidelicet in centum annis gradu uno. Nam tunc caput arietis erat separatum a puncto quartæ circuli parui meridianæ uersus æquatorem accidens. Posteriores uero dum magis accederet inuenerūt moueri in sexagintasex annis uno gradu. Nunc nostro tempore scilicet anno dñi M.cccclx. factum est caput arietis septẽtrionale fere sexagintasex gradibus a sectione parui circuli & æquaroris distãs. Vnde & a sectione eclypticæ mobilis cũ æquatore. lxxxx. gradibus quadraginta octo. minutis fere distat. Sectio igitur iã fit super. xx. gradu. xii. minuto piscium eclypticæ mobilis. Maxima autẽ æquatio octauæ sphæræ cõtingit dum caput Arietis mobilis fuerit sup punctis quartas circuli parui ab itersectionibus eius cum æquatore distinguentibus: & est decem graduum quadragintaquinq; minutorum. Vnde quilibet punctus a decemnouem gradibus quindecim minutis piscium usq; ad decem gradus. xlv. minuta Arietis eclypticæ mobilis potest fieri in loco intersectionis quæ est punctus æqualitatis uernalis: idem intelligẽdum de puncto æqualitatis autũnialis in arcu opposito: constat etiam puncta tropica non semper esse in capite Cancri Capricorni mobilis: sed in punctis per quartam a sectione æquatoris cum eclyptica mobili distãtib⁹. Ptolemæus itaq; iudicans stellas tempore suo moueri ab occidẽte in orientem credidit unum tãtum esse zodiacum fixum. s. qui semper eandem haberet declinationem ab æquatore ad quod sequit̃ id quod dixit. Nã ex quo stelle meridionales a tropico hyemali recedentes accedebant uersus punctum æqualitatis uernalis & iter hoc pũctum & tropicum estiuũ in partem septẽtrionis recedebant ab equatore iudicauit moueri secundũ successionẽ signorũ. Sed suppositio hoc motu tempore suo in rei ueritate mouebãtur contra successionem signoꝝ eclyptice fixe: uerum est tñ q; ppter equationem octaue sphere tunc decrescẽtẽ moueri uise sunt ad successionem signoꝝ q; in intersectione eclyptice mobilis cũ equatore putabat esse caput Arietis zodiaci ĩmobilis: quã intersectionem semp fixã existimabat. Hĩc motum sequũtur omnes sphere inferiores in motibus suis: ita ut respectu huius eclyptice mobiles sint auges deferentiũ & declinationes earum semper inuariabiles.

¶ Determinat de motu accessus & recessus magis practicæ ad operationem dirigendo. ¶ Pro quo aduertendũ est q; Thebit nõ considerat tñ motum in lõgitudine zodiaci qui a motu accessionis causatur & recessionis: imo principaliter motum in latitudine a septẽtrione ad austrũ & econuerso: qua diuersam sortitur declinationẽ. Ariete nanq; a septẽtrione ad austrum mutato plurimæ stellaꝝ uel mutant declinationẽ & latitudinẽ: uel eã uariant per augmentum & decremẽtum: quo sit ut Solæ existente in principio Arietis primi mobilis tam latitudinẽ quã declinationem cõtingit obtinere ad utranq; partem: qua de causa diuersaf eius altitudo in meridiæ: ut inquit idem tertio capitulo ponẽs utilitatem scientiæ huius motus. Licet. n. sit ĩ principio arietis primi mobilis si septẽtrionalis sit ab æquatore altitudinẽ possidet maiorem: q̃ si nõ declinaret: & quanto declinat magis tantomagis hanc illa præcellit: ecõuerso si sit australis: tunc nanq; altitudo eius minor est q̃ si æquatorẽ teneret: & tanto minor q̃to ab eo ad austrũ declinat: secundo diuersatur quãtitas arcus diurni & nocturni est nanq; maior arcus diurnus si septẽtrionalis sit q̃ si præcise esset in æquatore & nocturnus minor: si uero sit meridionalis accidit oppositũ scilicet q; nocturnus maior & minor diurnus. Et cõsequẽter dies diuersanf cum noctibus suis in quãtitatibus eoꝝ: sunt nãq; tanto maiores dies noctesq; minores quãto polo ꝓpinquior sit aqlonari. Diuersanf tertio altitudines stellaꝝ secũdum q; septentrionales fiunt uel meridionales

magis ut dictum est de sole & similiter arcus diurni & nocturni: uel qui supra orizontem & sub eo describuntur quarto diuersantur signa in ortu & occasu propter motum a polo ad polum: quorũ non pono exempla cum parum exercitatio in spera materiali per se nota fient: propter ista igit nõ sufficit scire loca siderum in longitudine: immo latitudinem & declinationem eorum nec ignorare oportet Solis autem & fixarum stellarũ declinationes uariantur propter declinationes Arietis mobilis & latitudines & hæc uariantur ꝓpter eius dem distantiam a sectione eclyptice mobilis cum æquatore: quando nanq; nihil distat ab huiusmodi sectione declinatio nulla est: & quando maxime reperitur maxima igitur habitis locis stellarũ fixarum & Solis oportẽt habere huiusmodi distãtiam: quæ æquabit omnem earum declinatiõem modo quem inferius exponam: huiusmodi igitur distantia Arietis a sectione eclyptice mobilis cum cum æquatore æquatio uocatur octauæ sperę ut in prima figura capite Arietis in n & sectione f totus arcus f n æquatio dicitur: fit autem & inuenitur hæc æquatio mediante motu accessus & recessus: si nanq; Aries mobilis non moueret in paruo circulo semper esset in sectiõe æquatoris cim eclyptica quadere nõ eẽt æquatio: unde si libeat æquationem inuenire prius oportet motum accessus & recessus scire. Et igitur motus accessus & recessus arcus circuli parui a sectione eius cum æquatore occidentali ad usq; dictum Arietem interceptus per medietatem septentrionalem: qualiter mouetur caput Arietis uerbi gratia capite Arietis i n existente erit motus hic m n incipit autem a septione quia ibi existente capite Arietis nulla contingit prædicta æquatio & licet æquatio nulla fiat tã in septione m occidentis q̃ Sol orientis ab m tamẽ potius incohat quia inde principium Arietis uersus septentrionem mouetur ad nos appropinquando. Reperitur ut dictum est æquatio per motum accessus & recessus: nam cum hic nullus erit Arietem in m sectione denotans esse uel sex signorum significans esse in reliqua Sol æquatio nulla est. Quando uero motus talis denotarit eundus Arietem esse in punctis contactuum in n maxima est f n uel in p quæ est p b quas æquales esse patuit supra. f. 10. g. 45. m. ¶ Qualiter autem motus Solis & stellarum fixarum æquatur hac æquatione restat subiungere demente thebit: & si autor non meminat in littera. Dato nanq; ꝙ Sol ferretur cõtinue sub eclypcica fixa quando esset in principio Arietis nulla haberet declinationem. Sed quia est continue sub eclyptica mobili quæ sub fixa non semper situatur stat ꝙ sit in Ariete primi mobilis & patiatur latitudinem ut supra dictum est uerbi gratia in pria figura si Sol sit in principio utriusq; Arietis & mobilis Aries sit in n cum Sole notum est ꝙ declinationem patitur septẽtrionalem: quæ tanta quanta esset si delatus sub eclyptica fixa tantum distaret ab initio Arietis fixi quantum nunc remouetur a sectione: remouetur nanq; a sectione arcu f n si potius sub eclyptica fixa æquali remoueretur remotione ab a loco eius uero haberet tantam præcise declinatiõem quantam nunc habet. Haud aliter si esset in p etiam initio Arietis habet declinationem quam nunc habet declinationem australem tantam quantam haberet si latus sub eclyptica fixa uersus austrum æquali remotione distaret ab initio Arietis fixi uerbi gratia in tali casu remotus est ab eclyptica cum æquatore sectione arcu p b si igitur ponatur in eclyptica fixa tantum distans ab a æqualem haberet declinatiõem quam nunc habet & igitur tunc ab eius uero motu æquatio si demat̃ remanet in tali situ quantam declinatiõem haberet. Et ideo Canon est ponendus quandocunq; motus accessus & recessus est minor. 6. signis ut m n Aries habet declinationem septentrionalem quare æquatio addici debet ut habeatur punctus eclypticæ fixæ ad septentrionem tantum declinans quantum Aries mobilis. Si uero motus prædictus esset plus sex signis ut m n p Aries mobilis meridiõalem haberet declinationem quare æquatio demi debet: & habetur fixæ eclyptice punctũ tante declinationis: quãta est Aries mobilis in hoc situ huius motus fundamento omnia quæ antiqui perceperunt de motu octaui orbis thebit uerificare conatur & saluare uisi sunt & n prioribus ut patuit stellæ fixæ retrograde quandoq; & aliquãdo directe tarde quãdoq; & ueloces: quod contingit propter uariationem sectionis eclyptice mobilis cum æquatore: illi nanq; non percipientes eclypticã moueri huiusmodi motu: immo credentes æquatorem semper in capitibus Arietis & Libræ secare & uidentes stellas ex austro per æquatorẽ transire in aquilonem & econtra iudicabant hoc fieri motu in lõgitudine: quo supposito capite Arietis in p existẽte fiet sectio in b & stellæ in tali loco meridionalẽ declinationẽ habebũt at Ariete facto in n & sectione mutata in f stellæ illæ factæ erunt septentrionales: & his dicent motas esse in longitudine & sectionem Arietis pertrẽsitas esse sicut credidit Ptolomeus ꝙ stellæ secundum ordinem signo mouentur cum Aries tempore suo esset prope p accedens sectioni & consequenter stellæ meridionales ad boream mouebantur cum in rei uerita te secundum qualitatem huius motus Aries moueretur eo tempore contra ordinem signorum: tameu propter hoc ꝙ accedebat sectioni & æquatiu meridionalis minor fiebat censebatur ordine signorum deferri. Quando uero Aries est in n & per o mouetur in p quia sectio quæ fiebat in f facta est in b & stellæ septentrionales ad meridiem mote sunt alii extimebãt eas retrogradari & motas contra ordinem signorum. Q si uero Aries est in parui circuli punctus n p cõtactui seu prope: quia tunc parum appropinquat uel re-

mouetur ab æquatore & consequenter æquatio parum crescit uel decrescit tarde moueri uise sút: qua de causa Ptholo. comparans loca stellarum ab eo inuenta & uerificata locis earum ab hyparcho cõsideratis inuenit motas esse tarde scilicet. 100. annis gradu uno ex quo tempore eius Aries erat prope punctum contactus meridionalis. s.p. ab eo separatuas: & uersus m mouebat. Quãdo uero idem est prope sectionem parui circuli cum æquatore uelocius moueri uidentur quia magis appropinquant æquatori uel ab eo elongantur: quare æquatio multum minuitur uel augetur: ut patet in figura. Et ideo posteriores Ptolomeo inuenerunt eas uelocius moueri. 60. annis grad. uno ut dictum est de opinioue Albategni cuius ratio est quia tempore eorum Aries magis propinquus erat sectioni parui circuli cũ æquinoctiali: ubi magis sectioni eccliptice cum eodem & consequenter Arieti stellæ fixæ meridionales appropinquare uidebantur. Pos hos uero tempore auctoris anno nostre salutis. 1460. Aries sectionem transiens in septentrionem latus est ab eadem sectiõe parui circuli cum æquatore. 66. gradibus distãs unde æquatio est septẽtrionalis. 9. grad. 48. minu. hoc est distat. 9. grad. 48. min. a sectione eccliptice mobilis cum æquatore: quare talis septio fit in piscium. 20. grad. minu. 12. Et ita patet q̃ ab illo tempore usq; ad tempus auctoris magna uelocitate declinationem acquisiuit septentrionalem: & stellæ fixæ uelociter moueri uise sunt secundum ordinem signorum. Et ita thebit saluat uelocitatem tarditatem directionem & regressionem stellarum cum huiusmodi motu octauæ speræ. Verum an hæc opinio possit sustentari: & an saluet apparentias nolo impresentiarum discutere: quia fortissima ratione eam potuissem cõfrigere propter motum quem in stellis uidemus alium scilicet in longitudine. Similiter an thebit conueniat cum moderna opinione in situando Arietem in círculo paruo & motus æqualitate: quia hoc ex superius dictis: illud uero ex tabulis Alfõsii de motu octauæ speræ & thebit de accessionis motu & recessionis falsis liquebit eas consideranti talia resilebo: unum tantum scire oportet q̃ omni eo motu in quo monetur spera octaua seu accessus tãtum & recessus ut uult thebit seu hoc & motu in longitudine dicto augium & stellarum fixarum ceu dixit opinio moderniorum & orbes deferentes auges planetarum etiam mouentur ut in singulis Theoricis planetarum replicatum est: & hac de causa in tabulis si libeat reperiri eas auges motum octauæ speræ uelocitatẽq; eius prius oportet calculari. Qua habita & earum motus non ignorabitur. Quam operationem quia tabularum canones declarant mea non est ad præsens notificare. Vnum tantum in fine huius operis remanet gratias agere in mẽsas deo glorioso qui meam debilem carinam undis fessam pelagiq; fluctibus fatigatam quam submersuram dubitaueram incolumen ad portum salutis reduxit reductamq; firmamit. Sit igitur nomen eius benedictum per infinita secula seculorum. Amen.

¶ Vincentis Tuscus Cesenas artium ac medicinæ professor Domino Francisco Capuano utriusq; disciplínæ Doctori Astronomiam in academia patauina publice profitenti. S. P. D.

Quam bene sydereos aperis Francisce meatus:
Eternumq; tuo numíne pandis opus:
Quis modo dedaleis nõ te putet æthera pulmis
Ac petiisse pii mensa celsa Iouis:
Scribis appollineos cursus: gelideq; sororis:
Et Iouis: & Veneris: bistoniiq; ducis.
Ingenii quis enim non admiretur acumen:
Palladiumq; caput quis neget esse tuum
Quom tibi stelliferi pateat uaga machina cœli
Humanum sapias cellicolumq; sophos:
Dic Frãsciscе præcor qđ sum tibi lẽma daturus:
An deus: an ne hominum pars uocitere: reor.

FINIS

¶ Regiſtrum huius operis.

a b c d e f g h i k l m n o p q r
ſ t u x y z & 9

¶ Omnes sunt terni exceptis d
qui est quaternus 9 duernus

Theorice noue planeta
rum cum commento

mi. 60 26 360 4

